
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
18 G
57

ARII PINELI
LVSITANI
VIRI AMPLISSIMI,
atque utriusque iuris consultissimi ad Rub.
& l. ij. C. de rescin. uend. elaboratis-
simi commentarij.

*IN QVIBVS SIC ELEGANTER,
ornatè ac luculenter materiam ille enucleauit, ut
nihil amplius desiderari possit.*

ACCESSERE VIRI DISERTISSIMI
ac Iurisconsulti celeberrimi EMANVELIS
SOAREZ à Ribeira.

DOCTISSIMAE ADNOTATIONES.
CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS,
Ad candentis Salamandræ insigne.
M D LXX.

VIRO AMPLISSIMO
AC IVRIS VTR. CONSVLTISSIMO
Paulo Leonio Patauino

ILLVSTRISSIMI ATQVE EXCELLENtissimi ALFONSI secundi Ferrariæ Ducis à secretis Consiliario dignissimo.

Emanuel Soarez à Ribeira. I. C. P. F.



EMPER equidem mecum animo, uir amplissime ac iuris utriusque consultissime eam Plinij iunioris sententiam uerissimam sum arbitratus, qua ille beatos grauissimè censet, quibus deorum munere datum est aut facere scribenda, aut scribere legenda, beatissimos uerò, quibus utrunque. Cùm enim ratione solùm atque oratione à brutis animantibus differamus cæteris in plærisque rebus omnibus longè eisdem inferiores, ex ijs profectò tantum operibus, quæ uel diuino rationis imperio ducti præclarè gerimus, uel admirabili dicendi facultate adiuti ingeniosè elucubramus, nostra omnis repetenda est gloria ac felicitas. quę una potissimùm causa me à primis fermè usque annis uehementissimè allexit, mouit, ac propemodum coegit ut relictis rebus alijs omnibus me totum iis traderem ac deuouerem disciplinis, quę exiguos illarum uirtutum igniculos nobis à natura ipsa ingenitos exci

tarent, fouerent, ac latißime etiam propagarent. accedebat quòd cùm turpem omnem, ac perabsurdam uitæ institutionem censerem, quę nullo sibi certo fine proposito uaga inconstansque deerraret, illũ uerè, ni fallor, nec equidem fallor, uerißimum modò uitæ finem iudicabam, quò tum cęteri omnes alij fines necessariò referrentur, tum qui eò referri non possent, tanquam inhonesti atque adeo flagitiosi abiurandi prorsus essent. in ingenuas igitur artes ac maximè in principem absque dubio ingenuarum artium iuris prudentiam à prima ætate incumbens, cùm iam nunc ratio aliqua meorum studiorum reddenda mihi esse uideretur, nonnullas ex meis lucubrationibus cępi seligere, quibus in uulgus datis & quàm facilimè illa omnis posset constare, & non leuis eodem aspirantibus afferretur utilitas. ex illis cùm non ita pridem receptarum sententiarum thesaurum typis commisissem, ac nunc aliquot obseruationum in easdem receptas communiter sententias libellos peruulgare in animo haberem, monitus, rogatus, ac persuasus sum ab amicis ut antea elaboratißimos prudentißimi ac doctißimi præceptoris mei uiri amplißimi Arii pineli ad Rubricam & l. 2. C. de resc. uendi. commentarios (quorum & frequens in nostro illo thesauro mentio fieret, & nulla, aut certè rarißima esset copia in talia) meritißimis italiæ doctoribus communicarem: non potui iustis amicorum suasionibus non lubentißimè obtemperare, non debui ea terrarum orbis regione, quæ omnem terrarum orbem ingenio-

rum

rum præſtantia, ſeriæ eruditionis copia, prędicabili cum ſolidis uirtutum ornamentis coniunctæ doctrinæ ubertate uel uincat, uel profectò æquet, eximiam doctoris mei uiri cum primis doctiſsimi, mihique ſemper apprimè chariſsimi gloriam ferre diutius priuari. itaque, ut erant, non nullis à me, cùm olim euoluerentur, adoleſcente obſeruaciunculis tranſcurſim auctos prę lo eueſtigiò committo. cùmque iam illorum ad finem properaret excuſsio, mecum animo multum diuque uerſans cuinam potiſsimum hos illorum ijs in regionibus natales, ac meas illas quales quales, ſubitarias certè ac iuueniles (nec enim alia quis uel ætate uel maturiori rerũ perpenſione exactiſſimis ac numeris omnibus undequaque abſolutiſsimis pineli noſtri commentationibus quidquam uel imminuere uel addere moliretur) ad ipſos annotatiunculas nuncuparem, te unum uir ampliſsime, ac iuris utriuſque conſultiſsime præ cęteris hac re digniſſimum reperi. nam ocurrebat, præter alia quam plurima, quamque maximi momenti, occurrebat, in quam, quæ id maximè cum quadam ſingulari animi delectatione ſuaderet, mira quædam ac ſilentio minimè prætereunda rebus ferme in omnibus inter te uir ampliſsime, ac noſtrum pinelum ſimilitudo. quippe quia ut ille ab antiquiſsimæ ac nobiliſsimæ gentis vſque familia ſuos arceſſebat natales, ſic tu, uir ampliſſime, à ſummo ſemperque continuato maiorum per gradus dignitatum omnes ſplendore tuam repetis originem, ut ille à teneris, ut inquiunt, ungui-

culis

culis liberalium artium studiis addictus nullos non commilitones mirificis ingenii industrięq; dotibus facilè antegressus uix adhuc ad iustę ętatis annos perueniens magna cum scholarium frequētia Conimbricę ius cęsareum enarrare cœpit, multosq; illic annos ingenti cum nominis celebritate, ac iam deinde natu prouectior luculentissimis conditionibus primario in loco Salmanticæ eam exercuit, excoluit, ac doctissimis etiam monumentis exornauit prouinciam, sic tu uel ab ipsis incunabulis in easdem neruis omnibus artes incumbens tuos omnes æquales quà præstalibus fautricis naturæ, quà insignibus admirabilis cuiusdam diligentiæ, industriæq; adminiculis longè antestās uix ex ephebis egressus incredibili studiosorum concursu atque applausu Patauii, mox ętate grandior honorificentissimis conditionibus ac celeberrima tui nominis gloria sublimissimo in loco Salerni intricata eiusdē cœsarei iuris ænigmata explicasti, enucleasti, ac lucubratissimis commentariis illustrastis: ut ille deniqueob prædicabilem illam eruditionem ac doctrinam integerrimis uitę inculpatissimæ moribus exornatam a Ioanne tertio potentissimo Lusitanię rege in supremum Senatorum Collegium meritissimò fuit optatus, sic tu ob tuam illam eximię eruditionis doctrinæq; præstantiam splendidissimis uirtutum omnium cohonestatam luminibus primùm in honorificum tetricæ iustitiæ senatum a diuo Hercule, mox in excelsum senatorū à secretis collegium ab Alfonso secundo eiusdem diui Herculis filio

excel-

excellentissimis Ferrariæ ducibus, quorum uterque procul dubio tum exaggerato illustrissimæ undequaque prosapiæ splendore, tum non fucata, non ambitiosa, non in fisci usus accomodata, sed pura, sincera, ac digna principe religione, tum etiam non tyrannicis uel usurpata artibus, uel latioribus aucta pomæriis ditione, sed parto inclyta maiorum uirtute imperio, ac suis clementissimis diuinisq; conseruato moribus quemuis regem uel post se relinquit, uel certè facilè consequitur. itaque cum nihil laude dignum in illo fuisse, in quo plurima, uel potius omnia summis digna laudibus extitere, memoria mecum repeterem, quod in te, uir amplissime, non quàm simillimè elucescere intuerer, cùm ut illum beatissimum dici duciq; posse censerem qui, & quamplurima lectu dignissima monumenta posteris reliquisset, & quàm plurimas eruditorum monumentis res dignissimas per totam gessisset uitam, sic te in raros felicissimorum numeros referēdum esse omnino conspicarer, à quo cùm tot, tam uariç, tamq; reconditæ doctrinæ elucubrationes ingeniosissimè exaratæ ubique gentium lectitētur, tum etiam tot ac tam singularia iustitię, prudentiæ, constantię, ac reliquarũ omnium uirtutum specimina & olim frequenter, & nunc etiam singulo quoque die præclarissimè edita eruditis multorum ingeniis copiosissimam ad scribendum materiam suppeditare possint, ac debeant, nemini alij illius operum meis cum obseruationibus seu protectionem comendari, seu uigilias consecrari dignius posse sum arbitratus. ecquis enim uel lubentius atque

alacrius

alacrius ſerias uiri eruditiſſimi ac doctiſſimi commentationes à uitiligatorum calumnijs defendet, propugnabit, ac ſeuerè uindicabit, quàm uir eruditiſſimus ac doctisſimus, qui quanto illę conſtent ingenio, quanto conflentur ſtudio ac labore ex ſuis certiſſimam facturus ſit coniecturam? ec cui melius ac iuſtius elaboratiſſimæ uiri ampliſſimi dicabuntur uigiliæ, quã uiro ampliſſimo, qui ut doctrina ac uirtute ad ſummũ dignitatis faſtigiũ conſcendit, ſic humanitate, bònitate ac munificentia ab omnibus, ut fiat plurimi, proculdubio mereturè meum hac in re conſilium, meũ animi propoſitum ac finem uir ampliſſime habes, reliquum eſt ut & illud tu pro tua ſingulari humanitate ęqui ac boni conſulas, & cùm pari prorſus, atque ille olim uiuus, hodieque ſanctiſſimi eius manes, à me ſtudio, animique affectione ameris, colaris ac propenſiſſimè obſerueris, parem apud te ineam, obtineamque gratiam, atque apud illum olim affatim impetraram, benignè efficias, nulloſque alios huiuſce rei gratioſiores, efficaciores ue ſequeſtres excogitari potuiſſe, quàm hos uiri ampliſſimi tibi quàm ſimillimi, uir ampliſſime, meritiſſimò conſecratos commentarios re ipſa comprobes atque oſtendas. Vale. Venetijs pridie iduum Iunij.

F I N I S.

EIDEM VIRO AMPLISSIMO AC I. V. CONSULTISSIMO PAULO Leonio patauino illustrissimi Ferrariæ ducis à secretis dignissimo consiliario

SAMUEL DARDERIUS PHILOSOPHIAE ac medicinæ doctor. s. p.

Quisquis Paule tuas metitur stemmate laudes,
    Et multo insignes carmine laudat opes
Maiores canit ille tuos, qui marte domiq;
    Consilio, ac factis hęc peperere suis.
Officii excelsum quisquis miratur honorem,
    Iustitiam Ducis hic, iudiciumq; probat.
Ast cui parta tuo rerum doctrina labore,
    Cui lux in latiis, Cecropiisq; sonis:
Cui grauitas dulcis, cui splendida lumina morum
    Sunt in seges in laudes, ŭnaq; meta tuas:
Hic tua uerus agit, suntq; illi plura canenda,
    Humano quàm quæ dicier ore queant.

TYPOGRAPHVS LECTORI. S.

VEllē maxime lector candide huiusmodí deprecationibus uti opus non habere, sed quia multa operarum aūt non curantia aut potius negligentia, id non permittit, cogor te tùm adinonere tùm rogare, vt errores hic adnotatos tute ipse accuratè emendes, & quos alios inter legendum deprehenderis, qui forsan non pauci erunt itidē pro tua humanitate diligenter ac sedulo corrigas. Vale.

in epist.colum.4.illustrasti.col.5.facile consequitur, fuisti dignissime ascitus. pag.2 ann.a.ne consequamur, efficiunt. ead.pag.annot.6. quæ in nummis. pag.3.annot.de late pag 5.annot.h.propter coniunctionem, qua cum illo, & infra eadem annot.ex his tex. colligitur & infra. intelligendum est pag. 6. annot.l ad huius generalis naturæ conseruationem.infra ead. anno. uel commode deinde architectata.pag.7.annot.n.credo pudicitiam.infra. quo ciceronem uerba facientem respexisse autumo.infra.ead. annot. ac propria coniunctione infra nec rursus officit.infra ac nostris etiam Iuris consultis. pag.9 annot.a.possessione pag.10.annotat.b. gratificari. annot.d. ex latè relatis. infra. id suadet maxime pag.13.annot.l. possessori honoris.causa.infra restituere debeat.annot.m. nonnulli pag.16.annot n.affectant. pag.17.annot.o. facito. annot.p.ac temporaria.pag.20 annot.r satisfactionem negat, quę nec hoc quidem casu.pag.21.annot.a.melius nunc omen in auro est, victaq; pag.22.annot.c.quem præbeat usum panis ematur, olus, vini sextarius, addę queis humana sibi doleat natura negatis. pag. 24.annot.f. & ita quoq; omnes etiam. pag.25.annot.h.huiusmodi fideiussionem irritari. pag. 26.annot.l. breuiter in nostro thesauro. pag. 27.annot.o. cit idem. pag.28.annot.b. ultra fundamenta infra ead.annot.conuincent, si attendas eam tantum initi l.fin. supra allegata.quia.f.eo casu pecuniæ species censetur, ac rursum aduertas ex iuris ui & cum pro quantitate precii, uel quanto precio, vel etiam, quod fortius, est pro centum, quæ in archa habeo, quidpiam uenditur, eandem rationem. pag.84.annot c.apud cæteros plerosque omnes, ductores passim.quod testatur sex.pompeius ac Nonius.pag.86.annot.a. affirmant. infra & cons.246.n. 3.& nos in responso. pag.93. annot.e. reputatur. pag.102. annot.h. conuentionem uelis infringere. pag.117.annot.f. conuentiones iniri. pag.121. annot.b.cogita an, infra.facienda teneri.infra, qui clare illum & colonum infra. & alia.n semper ingentium atque utilium.pag.122. annot. e. frustra, infra. hic adducit.pag.127.annot.e.emptor precis. rem tradere non erit compellendus.infra.quia hoc pactum.infra non eodem precio.pag.ead.127.annot.f. uerum.n.uero quid quid ille & alii argutentur.pag.131. annot.h. controuerti pag.133.annot.b.quam prius magistro & omnibus iudicibus probatam auctor pag.134.annot.c.legum interpretationem illum desiderare. pag.137.annot.f.contra statas restitutionum definitiones pag.140.annot. i.ualde enorme damnum pag.141.annot.m.controuerti.eadem pag. annot.n. uide infra pag. 145.annot.t.aliqua in parte superare.pag.146.annot.quod placitum frequenter cum multis testamur in nostro receptarum sententiarum thesauro. pag. 157.annot.a.& ita etiam.

INDEX EORVM COPIOSVS QVAE IN HIS COMMENTARIIS tractantur.





BSoluta potestas non recte a DD. explicatur, & iniquè ab eis principi tributur, in Ru. 1. par. cap. 2. nume. 25.

Absoluta potestas Papæ in beneficialibus explicatur in d. cap. nu. 29.

Actio sine causa a Principe tolli nō potest. d. capitu secundo nume. 9.

Actio ex uendito non solum ad precium & interesse, sed etiam ad rescindendum datur, fol. 47. nu. 28.

Actio duplex ex eadem conuentione resultare potest, fo. 40. col. 2. nume. nono.

Actio ex hac l. quo nomine appelletur, & quantum duret? fol. 02. nume. 26. & sequen. & fol. 70. nume. 8. & seque.

Actio mutari non potest post litem contestatam foli. 1 t 4. nume. 24.

Actio noxalis, & eius natura, fol. 180 nume. 3.

Actio personalis in tertium non datur, fol. 103. nume. 30.

Actus intelligitur secūdum regulā, non secundum limitationes, fol. 184. nu. 20. & fol. 208. num. 45.

Adulterium an minus prohibitum censeatur, quam furtum, fol. 6. nume. 22.

Aduocatus durante lite non potest cum clientulo pacisci, foli. 117. nume. 33.

Aestimatio an faciat emptionem, fo. 63. nume. 18.

Aestimatio rerum fit ex earum qualitatibus, nu. 19. fo. 153.

Aestimatores qualiter eligantur & an iurare debeant, & quid si discordent? fo 151.

Aestimatio rei per partes minuit eius precium, fo. 154 nu. 36.

Aestimatio an crescat in pregnante, seu grauida? fo. 155. nu. 35.

Agens ex una causa possit obtinere ex alia? fo. 116, nu 28. cum seq.

Alienationis verbum tanquam ge-

nus longe differt a quolibet nomi ne alienationis in specie, fo.99. nume.14.

Appellatio non est defensio naturalis, f.15.nume.22.

B

Beneficium canonice obtentum nullatenus adimi potest, fol. 19.nume.30.

Bona fides an excuset a fructibus, cum res minoris male alienata repetitur, & quomodo ibi detur bona fides, fo 141.n.31.& in re ecclesiæ, nu.33

Bonæ fidei possessor an lucretur fructus, ex quibus fit locupletior? fo. 146.nume.47.& foli.151. nume.60.

Bonæ fidei possessor cum fructibus perceptis compensare debet impẽsas, quas alias retinere, vel petere posset, fol.152.nu.62.

Bona fides an inducatur ex errore iuris? fo.142.nume.31.cum sequen. & nume.35.

Bona fides, vel fides simpliciter data, an habeat vim iuramenti? fol. 162.nume.13.

Bonum virũ se professus an teneatur læsis citra dimidiam pag.117.nume.34.

C

Casus fortuiti an renunciari possint, & quid de casu insoliti? fo.3.nume.29.cum seque.

Causa iusta efficit, ut recedatur a iuris regulis, fol.16.nume.6.

Causa ciuilis & criminalis regulariter non differunt, fo.15.n.22.

Causa requiritur ad fundamentum actionis, non appellationis, fo.148 colum.secunda.

Citatio non potest tolli a principe, etiam in ciuilibus, quatenus respicit defensionem, fol.14.nume.21.

Clausula ex certa scientia non tollit læso remediũ huius l.f.73.n.23

Clausulæ & formulæ q̃ libellis adyci solent, parum ualere debent inter doctos, fo.148.col.1.

Condictio ex hac l. competit læso, fo. 78.nume.9.

Condictio ex causa datur ex defectu implementi, non ex pœnitẽtia, fol.31.nu.15.

Condictio ex causa an cesset, quando permutatio fit cum re uænali? fol.26.nu.14.

Clerici an læsis citra dimidium teneãtur in foro cõtentioso uide.2. par. l.2.nume.39.

Condictio indebiti an detur læso in contractibus stricti iuris, foli.77. nume.8.& 9.

Conductor renuncians casibus fortuitis, an excusetur, foli.82. nume. 26 & 28.

Conductori an augeatur pẽsio ex magna ubertate, fo.84.nu.34.

Conductori, & locatori an competat remedium huius l.fol. 80.nu. 17.usque ad nume.20

Conductori uectigalium ob spem q̃d rex uel Papa in eo loco resideret

an si illi decedant eo ex loco succurratur pag.84.nu.32
Conductori an non teneatur stare locator si ab eod.conductore remedio huius l.2.ad rem quam uendiderat & conduxerat usus sit pag. fol.86.nu.1.
Coniugi læso in æstimatione rerum dotalium an detur remedium huius l.foli.61. nume 12.vsque ad 14.& fol.64 nume.27. & foli. 95.nu me. 33.vsque ad 36.
Contractus, do vt des an differat a permutatione,fol.30.nu.9.&10
Contractus innominati ,similes nominatis q̃uo cẽseantur,fo. 32.n.17.
Contractus recipit nomen, & effectum ex mente cõtrahentiũ,fol.38 nume.primo.
Contractus an indicetur ex eo quod pluris est,fol.39.nu.4.
Contractuum nominatorum, & innominatorum differentia,fol.45.n. 24.& sequen.
Contrahens per procuratorem, an facilius rescindat cõtractum,fo.99. nu.15.& seque.
Contrahens cum officiali ecclesiæ vel Reipu.an debeat probare versum esse in utilitatem.fo.154.nume. 69.& sequen.
Conuentus impedire potest, ne agens mutet actionem, & an tunc solui ei debeant expensæ,fo.186.n 25.
Conuentus remedio huius l. electionem habet , & quandiu ei duret, fol.189.nu.34.
[Cr]editor authoritate iudicis missus in possessionẽ bonorum debitoris, an ex læsione rescindat locationẽ ab eo factam,fol.85.nu.36.
Creditori datur replicatio aduersus pactum ob malignitatẽ debitoris factum,fol.88.nu.7.
Creditor an compellatur ad accipendum unum fideiussorem pro alio, fo.101.num.21.usque ad nu.25.

D

DAre,an cõgruat emptioni an soli cõntractui innominato, fo.53.nu.13.& seq.
Debens pecuniam an satisfaciat soluendo massam eiusdem quantitatis & ualoris,fol.23.nu.14
Debitor læsus in uenditione pignoris facta per creditorem, an & qualiter agere posit,fol.100.col.1.& fol.114 nu.16
Debitori decoctor' seu fallito, ut doctores fantur,si quid piã creditor remittat,ut aliud exigat, necessitate cogente postea replicatiõi, locus fiet 88,nu.7.
Defensio tolli nõ potest à principe,fo. 14.nu.11
Demonstratio falsa an uiciet,fo.175 nu.15.
Dignitas maior magis à peccato caue re debet,fol.19.nu.30.
Dolus cessat ubi concurrit causa ẽt parum colorata, foli. 124.nu.18.
Dolus censetur ex parte emptoris pe riti ementis librum, uel gemmã, fol.14.nu.29.& fol. 177.nu.20
Dolus censetur ex parte uendentis quando sciebat constitutionem breui

ui promulgandum ad restringen dum precium, foli. 177. nume. 12.
Dolus censetur in administratore transigente cum læsione immodica eius, cuius bona administrauit, fo. 93. n. 23. & nu. 36.
Dolo incidenti læsus an rem præcise possit petere an solum interesse pag. 111. nu. 12. cum sequenti & precedenti & nu. 14. & 15. ubi de dolo inciden ti in parua quantitate.
Dominium quo iure fuerit inuentũ, fo. 4. nu. 15. & seq.
Dominium etiam iure ciuili quęsitũ princeps non tollit, uide in uerb. princeps.
Dominium semel quæsitum & aliquo medio iuris ciuilis dicitur sẽ per de iure gẽtium pag. 10. n. 11
Dominii translatio an dicatur cõtra naturam venditionis fo. 4. nume. 15. & seque.
Dominus, qui patitur mandatarium excedere fines mãdati, an recursum habeat, fol. 00. nu. 30
Donatio an inducatur per uerbum futuri temporis, fol. 126. nu. 30.
Donatione causa mortis resoluta, auocatur res cum fructibus, fol. 136. nu. 11.
Donatore rem ob ingratitudinẽ auocante, resoluitur hypotheca, fol. 124 nu. 19.

E

Ecclesia an sit melioris cõditionis quàm minor ad repetendos fructus, fol. 12. nu. 32
Ecclesia debet succurrere oppressis, fol. 18. nu. 27
Electio datur cõuento, et quãdiu duret, fol. 189. nu. 34.
Emphyteusis an possit renunciari inuit o domino, fol. 86. colum. 1.
Emphyteuta obtinens ex remedio huius l. an egeat nouo consensu domini, folio 130. nu. 4.
Emphyteusi finita, an soluendæ sint impẽsæ ipsi emphyteutæ uel hæredibus, f. 20. nu. 6. cum seq.
Emptionis appellatione, an alij contractus ueniant, fol. 98. num. 10. cum sequ.
Emptio quo iure sit inuenta fol. 1. cum seq.
Emptio nõ potest esse sine precio, f. 7. nu. 29. & 28. nu. 1. cum seq.
Emptio an dicatur, cũ pecunia pro pecunia datur, fol. 24. nu. 15.
Emptionis definitio, foli 27. nu. 28
Emptio an subsistat ex precio, quod in archa est, foli. 28. nu. 2. & fo. 52. nu. 11.
Emptio an ualeat collato precio in arbitrium tertij, fol. 29. num. 4. & seq.
Emptio an ualeat collato precio in duorum arbitriũ, quorum alterũ emptor alterum uenditor sit electurus uel in unius arbitrium ad altero contrahentium eligendi pag. 29. nu. 6.
Emptio an iudicatur ex re a principio taxata loco quantitatis, folio 36. nu. 16.
Emptio an ualeat per uerba illa pro iusto precio. uel pro eo, quod iustum declarabitur, fo. 32. nu. 29

Emptio an permutatio resultet, cum res & pecunia pro alia re datur, fol.38 col. 2.& seq.
Emptoris & uenditoris appellatio apud ueteres promiscua erat, fo. nume.3.
Emptio an probetur per testes eam asserentes, precii tamen immemores fo.29.nu.7
Emptor & uenditor in multis aequiparantur, fo.68.nu.1.& sequen.
Emptor an liberetur a remedio huius l. si res apud eum pereat absque eius culpa, fol, 108.36.
Emptor laesus an agat re apud eum perempta, fol.108.nu.36
Emptor pignoris particeps fraudis an audiatur, si iustum pcium debitori soluere uelit, f.110.n 11
Emptor cum pacto reuẽdendi, an teneatur praecise, an liberetur soluendo interesse. fo 124.num.20. usque ad nu.29
Emptor an teneatur ex deterioratione rei si uẽditor agat remedio huius l.fo.128.nu.34
Emptor in casu huius l. dominus fit, & non malaefidei possessor, f.137 nu.13.fo.1.& 141 nu 26
Emptor an fructus retineat uenditore obtinente ex remedio huius l. fo.133.cum seq.
Error in homine quando uiciet, fo. 30.nu.12
Error iuris an excuset a restõne fructuum.fo 142.nu.31.& seq.
Exceptio dilatoria, & pẽptoria an a principe auferri possit.f.15.n 23
Exceptio impedit executionem rescripti, fo 18.nu.18
Expensae an solui debeant emptori cum uenditor obtinet ex remedio huius l.fo.119.nu.1.cum seq.
Expensas deducturus an deducat ex operis p seipsum factis.f.120.n.4
Expensae an debeantur colono eiecto fo.120 nu.6.usque ad 10
Expensae an solui debeant emptori obtinenti ex remedio huius l fo. 128.nu.31
Expensae, & melioramenta an cũ fructibus compensentur.fo.152. nu. 61.& seq.

Feudatarius an possit feudo renũtiare inuito domino.f.86.2
Fideiussor promittens frumentũ uel aliã rẽ, an obligetur, quãdo principalis debitor teneatur ad pecuniam, fo.29.nu.18
Fideiussor an liberetur rescisso contractu ex remedio huius l.fo.131 nu.43.& seque.
Fiscus cui bona ipso facto applicantur an debeat emptoribus preciũ restituere, fo.155.nu.73
Foetus ouium cui fructuum speciei cõnumerentur, fo.144.nu.53
Fructus an euincantur per remediũ huius l f.133 cum seq.
Fructus restituuntur, reuocata donatione causa mortis, fo. 136.nu.11
Fructus restituuntur rescissa alienatione rei ecclesiasticae, foli 129
Fructus repetuntur rescisso testamento per querelam, fol.136.nume.10
Fructus magis auocantur rescisso cõtractu per auxiliũ restitutionis, quãm si nullus sit fo. 46.num.45

Fructus principaliter considerantur in æstimatiõe rei immobilis f.155.
Furtum an lege naturali prohibitum dicatur, fol. 6. nu. 21.

G

Gabella & tributum solutum ab emptore aut uenditore an & quomodo repetantur, resciſſo contractu & remedio huius l. fol. 129. nu. 35. usque ad nu. 41.
Gabella an debeatur ex contractu nullo, fol. 129. nu. 35.
Gabella & tributum an solui debeat cum res ex pacto reuendendi restituitur, fo. 129. nu. 36.
Gabella an solui debet ex recesſione uoluntaria contractus pag. 128. nume. 36.
Geminatus consensus, fol. 170. nume. 36
Glos. in l. 1. C. ne fil. pro pa. fol. 58. nume. 3.
Glo. in l. hæc uenditio, §. 1. ff. de contrah. emp. fol. 28. nu. 3.
Glo. in l. emptor, ff. de rei vend fol. 152. nu. 62. cum sequen.
Glo. in l. utrum, ff. de peti. hæred. fol. 152. nu. 64. cum sequen.
Glo. in l. 2. C. si quis igno. rem min. fol. 142. nu. 31. cum seq.
Glo. in l. postquam liti. C. de pact. fol. 162. nu. 16.
Glo. §. aliæ, Insti. de dona. fol. 127. nu. 30. cum seq.

H

Haeres iusſus uendere an habeat remedium huius l. fol. 63 nume. 19.
Hæres rogatus restituere post tempus licet fructus interim lucretur, tenetur tamen ex ijs resarcire diminutionem bonis contingentem fol. 152. nu. 63.
Hypotheca an resoluatur resciſſo cõtractu per remedium huius l. fol. 118. nume. 32. & sequen. & fol. 122 nu. 11. usque ad nu 19.

I

Ignorantia læsi an allegari uel probari debeat in hac materia fol. 72. nu. 16 ignorantia in læso præsumitur, fol. 74. nu. 30. & sequen.
Imaginaria uenditio quæ dicatur, fol. 74. nu. 28. & sequen.
Immobilia in loco periculoso, fol. 153. nu. 22.
Immodicum quid dicatur, f 84. col. 1.
Insinuatio an requiratur ad illud quod ultra dimidiam remittitur fol. 73. nu. 24. & sequen.
Intereſſe temporis an consideretur, fol. 152. nume. 24. & 34.
Iudex an secundum conscientiam, an secundum probata iudicare debeat, fol. 189. nu. 33.
Iudex an iudicare posſit de eo quod à principio non petebatur, si postea à litigantibus discuſſum fuit, fol. 186. num. 26.
Iudex circa æstimationem rei omni tempore ante sententiam poteſt neceſſariam diligentiam adhibere

re

re,fol.151.nu.4.& 7.
Iudex appellationis an posit sententiam nullam reformare, fol. 146.nu.21.& sequen.
Iuramentum an excludat à remedio huius l.fol.156.nu.1
Iuramentum in supplementum probationis cessat in hac materia,fol. 152.nu.13
Iuramentum an excludat minorem à nullitate & restitutione, fol. 15. nume.10
Iuramentum an tollat exceptionē non numeratæ pecuniæ,fol.157.nu.3.
Iuramentum ir itat contractum in Lusitania, et prohibetur in tota Hispania,quod tractatur,fol.161.nu.11. & 12
Iustum preciū qualiter dicatur.fo.151 cum sequen.
Iustum pretium censetur quod à principe imponitur,fol.155.nu.35
Ius gentium qualiter accipiatur & diuidatur,fo.3.nu.7.& seq.& fol.4
Ius naturale sepe pro iure gentium ponitur pag.2.nu.7
Ius ciuile fere semper adhæret naturali,fol 3.nu.11
Ius diuinum & ius naturale an poßit limitare pontifex diuinū naturale seu ius gentium princeps vt pag.10 nu.6.& 7
Iuris scientia non præsumitur,fol. 72 nu.31
Iurisconsulti sæpe strictam subtilitatē respexere,fol.10 nu.12
Iuris solida cognitio cū theorica praxi eget,fol.133.nu.2
Institiæ precepta,fol.16.& 17

L.

LAEsio vltra dimidiam qualiter exemplificetur,fol. 69.nu.4 & sequen.
Læsio non curatur,quando in examine plus expenderetur,fol.65 nu.28
Læsio minor an in ecclesiasticis emendetur,fol.117.col.4
Læsio in qualitate rei differt à læsione in precio,fol.168.cum seq.
Læsio iudicatur secundum id tantum quod vterq; contrahens accipit.fo. 131.nu.41
Læsio minor an emendetur in dotalib. fol.61.nu.12.& sequen.& fol.85. nu.33.& sequen.
Læso ex persuasionib.aduersarij magis succurritur,fol.65.nu.31
Læsio enormis et enormißima,fol.160. nume.8
Læsus ex dolo incidente non repetit rē præcisè,sed interesse,fol. 112.nu. 35.& sequen.
Læso in minore quantitate an succurratur, si ob neceßitatem contraxit, fol.118.nu.35.& fo.141.nu.27
Læso ab aduersario sciēter ī foro cōscientiæ restō debetur pag.65.nu.35
Læsis mulierib.rusticis & alijs simplicibus magis succurrit pag. 65.n.30
Legati aut fideicōmißi clausulę an mutari poßint à principe,fol.14.n.19
Lex naturalis accipitur aliquando p ęquitate & benigna ratione,fol.6. nu.21.in fine.
Libellus ad rescindendam diuisionem bonorum fol.97.nu.4.
Libellus in materia huius l. qualiter formari

formari debeat, f.180. nume. 6. & sequent. 185.
Libellus ineptus an uiciet iudicium & sententiam, f.181. nume. 23. & sequent.
Libellus sustinetur ex parte apta, f. 185. nume. 8.
Libellus alternatiuus f.180. n. 5.
Licitator an liberetur ex licitatione alterius, fol. 115. nu. 29. usque ad nu. 31.
Licitator & emens in publica subhastatione an agat remedio huius l. fol. 114 ex nu. 25.
Locatio an rescindi posit ex remedio huius l. fol. 80. nume. 17. cum duobus sequent.
Locatio an fit sine precio expresso quod tamen certum est in loco cõtractus, fol. 49. nu. 4. & sequen.
Locatio an necessario requirat mercedem in pecunia numerata, & eleganter fol. 43. cum sequen.
Locatio an inducatur ex ijs verbis, ut res maneat pro iusta mercede, fol. 34 nu. 24.
Locatio licet perfecte non contrahatur, iusta tamen merces domino solui debet, fol. 33. nu. 23. & seq.

M

Maior & minor quis dicitur diuersis respectibus fol. 40. nu. 9.
Maioratus clausulæ & conditiones an à principe mutentur, fol. 13. nume. 18.
Malæ fidei possessor an dicatur emptor in materia huius l. fol. 178. nume. 26.
Mala fides an dici posit quando uenditor vel emptor scit posse contra eum iuste agi, fol. 103 nu. 28.
Mandatum an extendatur, quando dominus scit mandatarium excedere, fol. 80. nu. 18. & sequen. & fol. 185. nu. 22. in fin.
Medicus an posit ab egroto emere, vel cum eo contrahere, fol. 116. nume. 32.
Minor iurans an excludatur à remedio huius l. fol. 160. nume. 10. cum sequenti.
Minor an probare debeat se rem, uel precium amisisse, an creditor contrarium, fol. 154. nu. 67. & fol. 10 nu. 24. usque ad 29.
Minor læsus in uendendo an, & quando restituere debeat precium emptori, fol. 165. nu. 23. cum sequẽ.
Minor læsus in precio, an repetat rem, fol. 164. nu. 20. usque ad 23
Minor læsus in hac materia uti potest restitutione vel iure communi, fol. 16. nu. 19.
Minor pecuniam accipiens in causã necessariam an restituatur, si pecunia casu perdatur, fol. 169. nume. 15.
Minor & ecclesia an æquentur, fol. 142 nu. 32
Moneta non cuditur sine principis licentia, fol. 22. nu. 4. & sequen.
Moneta, an posit refutari, fol. 24 nume. 17
Negatiua, minus probabilis qualiter intelligatur, fol. 152 nu. 14
Nomina rerum immutabilia, fol. 30 nu.

num. 12.

Numus unde dictus, & an duplici scribatur, fol. 22. *nu.* 8. *in fin. alia in uerbo pecunia.*

O

Obligatus ad soluendum pecuniam, an in qualibet solvens satisfaciat, fol. 24: *nume.* 17.

Obligatus ad factum soluit interesse, fol. 46. *nu.* 25.

Officia concessa ana principe libere auferantur, fol. 20. *nu* 31.

P

Pactum legis cõmissoriæ in pignoribus reprobatum, fol. 34. *cum sequen.*

Pactum adiectum contra naturam contractus an eum eiusque actionem informet, fol. 47. *nume.* 29. *ante fin.*

Pactum de retrovendendo (vt vocant) an obseruari debeat, cum minor uel ecclesia emit, fol. 133

Pactum illud an minuat ualorẽ rei, fol. 192 *nume.* 9.

Pactum illud in effectu non differt à pacto restituendi, fol. 126. *n.* 27

Pactum de pignore non distrahendo an ualeat, fol. 101. *nume.* 5. *cum sequentis*

Pactum de vendendo an differt à uẽditione, fol. 125. *& sequen.*

Papa an libere posit auferre beneficia, 1. *numei*29. *cum sequentis*

Pater de iure regni an uni filio vendere, uel cum eo permutare prohibeatur, fol. 49. *nume.* 10.

Pecuniæ usus & origo, fo. 2. *nume.* 2 *& nume.* 4

Pecunia numerata est de substantialibus emptionis, fol. 2. *& fol.* 28 *nu* 3. *cum seq.*

Pecunia ex forma, non ex materia censetur, fol. nu. 25. *& fol.* 22. *n.* 7. *fol.* 24 *quilibet*

Pecuniæ inuentor, fol. 17. *nume.* 27

Pecuniæ usus ante bellum Troianum fol. 7. *nu.* 28

Pecunia ærea apud Romanos prius quàm aurea, fol 20. *nu.* 1

Pecunia signata an plus æstimetur quàm materia eiusdem metalli æqualis ponderis, fol. 12. *nume.* 8

Pecunia an refutari posit, fol. 24 *nu.* 24. *nu.* 17.

Pecunia certi loci an sortiatur naturam speciei, fol. 52. *nu.* 12

Pensio an remittatur propter sterilitatẽ, f. 85. *n.* 21. *usq; ad nu.* 25

Pensio an augeatur propter ubertatem, fol. 89. *n.* 34. *& sequenti:*

Permutatio an differat à contractu do ut des, fol. 30. *nu.* 9 *&* 10

Permutatio an dicatur, cum res datur ad libras uel marchas uel uncias fol. 39. *nu.* 11

Permutatio speciei ꝑ alia uænali an æquetur venditioni, fol. 31. *num.* 14. *& sequen.*

Permutans repetit rem præcise altero non implente, fol. 55. *nu.* 24

permutanti an competat remediũ huius l. fol. 78. *n* 11 *cum sequen.*

Precium iustum supra verbo, iustũ

Preciũ maius ob preces f. 153. *n.* 21.

Preciũ rei ex fructibus f. 154. *n.* 28

Princeps an tollere, posit, quæ sunt iuris

iuris ciuilis, fol. 9. & 10.
Princeps an alicui auferre poßit dominium fo. 9. & sequen.
Princeps ex causa limitat ius naturale, fo. 10. nu. 6.
Princeps sine causa non reuocat legitimationem, fo. 10. num. nono. & sequen.
Princeps ex causa limitat ius naturale, fol 10. nume. 6.
Princeps non restituit natalibus cũ detrimento iuris alteri quesiti, foli. 10. nu. 17.
Princeps non derogat conditionibus & clausulis maioratus foli. 13. nume 18.
Princeps defensionem tollere nequit, fo. 14. nu 21.
Principi absoluta potestas non congruit. fo. 16. nu. 24.
Probatio, q aliquis fuerit locupletior, foli. 153. ex nu. 64. cum multis sequen.
Probare an debeat versionem inutilitat ẽ qui mutuauit officiali rei pu vel ecclesiæ, foli. 154 nu. 68 & sequen.
Probatio in eodem casu cum minore nume. 67. & fo.
Probatio causæ non deductæ non releuat, fo. 185. nu. 28.
Probatio extra articulos non ualet, ibidem.
Probatio affirmatiua quando præualeat, foli. 152 nu. 14.
Probatio an sit iudici arbitraria fo. 156 nu. 44. in fine libri.
Procurator ad uendendum an poßit substituere folio 100. nume. 17.

Q

Qualitas alterat subiectum fo. 154. nu. 23.
Qualitas rei facit crescere vel minui eius p̃ciũ. f. 253. n. 15.

R

Remedium huius l. nouum fuit fo. 58. & sequen.
Remedium huius l. æquitate fundatur, fol. 64. nume. 22. & sequen.
Remedium huius l. non negatur sagaci læso, fol. 72. nu 19.
Remedium huius l. an extendatur ad alios contractus, fol. 76. cum sequen.
Remedium huius l. quo tempore duret, fo. 102. nume. 26. & sequen.
Remedium huius. l. differt ab auxilio restitutionis fol. 186. 105. & fo. 134. nume. 4.
Replicatio an habeat uim libelli, fo. 40. nume. 25.
Res una diuerso iure censetur. fol. 40 nume. nono.
Rescriptũ prĩcipis ĩiuste nocẽs tertio nõ seruãdũ, f 9. n. 1 & f. 25. n. 185
Restitõ ĩ n odicis an detur. f. 64. n. 25 cum sequen.
Restõ rei in materia huius l. dicit̃ necessaria, nõ uolũtaria f. 120 n 2.
Restõ iustitiæ dicet̃ q̃ d iure datur sine rescripto prĩcipis f. 139. n. 21
Restitutio ætatis an facilius tollat q̃ remedium huius l. n. 15 & seq

Restitutio

Restitutio euincit fructus, fol. 134. nu. 4. & 145. nu. 45.
Restitutio an sit necessaria ei qui succubit ex una causa & uult agere ex alia fo. 188. nu. 32.
Restitutio minori an detur contra tertium fol. 105. nu 33.

S

Scienti læsionem & precium an detur remedium huius l. fo. 70. nu. 10. cum sequen.
Scientia ualoris & patrimonij an magis præsumatur in cōtrahente quā in testāte, f. 73 nu. 32. cū seq.
Sentētia in materia huius l. qualiter ferri debeat fol. 1. nume. 18. & nume. 20.
Sententia in hac materia ex dictis peritorum an trāseat in rē iudicatam fol. 151. nu. 6.
Sententia ex una ratione apta sustinetur fol. 184, nu 18.
Sententia cōformis libello quomodo intelligatur, fo. 182. nu. 12.
Sententia aliquādo ualet de his quæ in libello non petebantur fol. 147. nume. 26.
Sententia super libello inepto, fol. 185. nume. 23.
Sterilitatis quando dicatur ad remittendam pensionem, fol. 82. nu. 21. usque ad nu. 25.
Stipulatio, an fuerit ante ius ciuile fol. 7. nu. 25.
Stipulatio adiecta contractui bonæ fidei, fol. 78. & sequen.

T

Tempus uenditionis attendi debet in hac materia, fol. 152. nume. 15.
Tempus executionis fo. 153. nu. 16.
Testamentum quo iure inuentum, fol. 6 nume. 23.
Testes non concordantes de certo precio an probent uenditionem fol. 29. nu. 8.
Testes an debeant assignare rationē in hac materia fol. 152. nu. 11.
Testibus uariantibus circa ualorem quid iudicādū fol. 152. & seque.
Testimonium an intelligatur secundum articulos fol. 156. nume. 41. & sequen.
Transactio an rescindatur ex læsione enormi, fol. 89. à nu. 12.


V

Valor rerum qualiter æstimetur 4 c. 3. par. fol. 150.
Valor pecuniæ quo tēpore attēdatur fol. 26. nume. 5.
Valor pecuniæ ex constitutione & vsu, nō ex materia fol. 22. nu. 7.
Venditio sine precio certo in pecunia numerata nō valet fo. 1. & fo. 21. cū sequen. & fol. 48. nu. 1.
Vēditio ad corpus vel ad mēsurā & effectus huius differentiæ fol. 18. cum seque.
Venditio imaginaria quæ dicatur fo. 4. nu. 28. & sequen.
Venditor an ad rē an tātū ad preci agat fo. 114. col. 1. & seq.

Venditor

Venditio bursæ cum eo quod in ea extat, fol. 98. nu. 9.
Venditor agens remedio huius l. an teneatur ad impēsas & meliora menta fol. 119. nu. 1. & sequen.
Vēditor an teneatur ex asseueratio ne uel dißimulatione fraudulosa. fol. 177. nu. 21.
Vita hominis an præsumatur usque ad centum annos, fol. 155. nu. 33.
Volūtas defuncti ab inferiori à prin cipe mutari nequit, nec à princi pe sine causa, fol. 14. n. 9.
Voluntas in principe quādo pro cau sa sit, fol. 11. nu. 12.
Vsucapio iuste introducta nec odiosa fol. 72 nu. 18.

FINIS.



ARII PINELI LVSITANI IVRISCONSVLTI ELOQVENTISSIMI in Rub C. de rescinden. vend. Interpretatio.

PARS PRIMA.

CAP. I.

SVMMARIVM.

1 *Emptionem contractum appellari iuris gẽtium, idq́; difficultate non carere attentis iuris regulis.*
2 *Vsum pecuniæ non fuiße in prima hominum ætate, seu initio conditi orbis.*
3 *Agitur de resolutione prædictæ difficultatis, improbaturq; traditio. Bar. & multorum, & nu. 4.*
5 *Adducitur ad id, & examinatur glo. in l. eas. ff. de capit. dimi.*
6 *In eadem difficultate improbatur modus, quo eam proponunt scribentes.*
7 *Aliter resoluitur ea difficultas, & declaratur quid dicatur iuris gentium.*
8 *Expenduntur uerba. I.C. in l. i. ff. de contra. emptio.*
9 *Agitur iterum de glo. supra citata in l. eas.*
10 *Improbatur multorum traditio circa ea quæ dici debeant iuris gentium.*
11 *Agitur plenè de doctrina Bar. in l. Si id quod, ff. de condi. inde.*
12 *Tractatur an sit uera distinctio scribentium, & eorum traditio de iure gentium primæuo, & secundario. & nu. 13.*
14 *Agitur de intellectu. l. i. ff. de acquiren. rerum domin. contra Corra.*

A *Agitur*

15 *Agitur de intellectu.§.Singulorum instit.de re.diui contra plures,& nu.16.*
17 *Expenduntur uerba.I.C.in l. bona fides .ff. depo. & adducitur aliud in materia.nu.18.*
19 *Explicatur.l.i.uersi.ius naturale.ff.de iust.& iu.*
20 *Adducuntur aliqua circa primam ætatem hominum antequam esset politica societas.*
21 *Explicatur notabiliter.l.i.in fi.ff.de fur.*
22 *Improbatur interpretatio Alcia.*
23 *Comprobatur resolutio Bar. circa ius testamenti, & successionis ex causa testati.*
24 *Iterum explicantur uerba.d.l.i ff de contr.emp.*
25 *Reprobatur traditio multorum circa inuentionem pecuniæ, & explicantur aliqua scitu digna.& nu.26.*
27 *Ostenditur uetustissimum esse usum huius contractus, & defenditur Plinius à reprehensione Connani.& nu.28.*
29 *Iterum expenduntur notabiliter uerba.d.l.i.ff de cont emp.*
30 *Inferendo agitur de intellectu.l.Quintus §.ult.ff.de aur.& arg. lega.contra glo.& aliquos.*
31 *Declaratur effectus, quem doctores tradunt ex ea inspectione, an emptio sit iuris gentium, uel ciuilis: Sequenti tamen c.damnantur multa circa hoc à doct.tradita.*

Rub. C.de rescinden. vend. Pars Prima.

CAP. PRIMO.



X nonnullis lucubrationibus quas ad iuris tractatus scriptas habemus, selegimus has ad Rub.&l.2. C.de rescind. vend.Licèt enim in alijs plura videri possent subtilitate excellere, hæc ex vtilitate vsuque[a] forensi fortasse magis placebunt. Ad commodiorem verò lectionem diuisimus laborem hunc nostrum, vt Rub. duas partes, lex tres, & earum quælibet separata capita habeat: vsu enim cõstat longa scripta absque congrua diuisione lectoribus molestiam afferre, eosque non semel à lectione

a Prudẽs absque dubio & cordata optio quid.n uerius quã qđ Cice. de offi.lib.i.inquit duo esse uitia quæ pulcherrimũ atq;

ne deterere. Quia verò in materia huius l.sæpe incidunt articu li, quorum definitio pleniorem exigit tractationem quàm vt obiter discuti valeant, ut dicendis uia muniatur, & quò melius percipiantur, quæ pertinent ad spetialem tractatum læsionis ul tra dimidium iusti pretij, præmittenda fuerũt aliqua de emptio ne tàm contrahenda, quàm rescindenda: Artium enim, sicut arborũ, altitudo sine radicibus esse nõ põt, iuxta Ciceronis sñiam.

exoptatissimũ prudẽtię & sapientiæ bonũ ne cõsequamur, unũ quo incognita ꝓ cognitis habemus, hisque temere assentimur alterum est uitiũ, ꝗ quidem nimis magnum studium, multamque operã, in res obscuras, atque difficiles cõferimus, easdemque non necessarias, qua itidem de re seneca plerisque in locis apposité conqueritur.

1 Emptionem & uenditionem iuris gentium appellat. I.C. Paulus in l.1. in fi. ff. de contrah. emptio. & I.C. Hermogenianus in l.ex hoc iure ff de iust. & iur. quod tamen à I.C. quasi sine ullo dubio dictum, difficultatem habere uidetur: cum certissimum sit in iure unum ex substantialibus emptionis esse pretium in nũmo signato seu pecunia numerata: nec aliter subsistere emptionem & uenditionem, ut in d.l.1. & 2. & in l.pacta 72. ff. de contah. empti. cum alijs de quibus infra. Ex historijs autem & bonis authoribus ac rationis ui receptum est pecuniæ signatique nummi inuentum & usum, lõgo interuallo post antiquum illud propriumque ius gentium fuisse.

2 Sic enim ex quamplurimis qui citari possent ad id, scilicèt pecuniam, seu nummum signatum primis hominibus primaque ætate nullatenus fuisse, tradit Plinius li.33.c.1. & c.3. Budæus in d.l.1.ff. de contrah. emp. Francis. Connan. lib.7.ca.5. Hispan. Couarru. non semel in libello numismatum ad fratrem. Math. Afflict. in 3. feud. titu. quæ sint regal. §. monetę Eutrop. lib. 2. Tiraquel. de retract. ligna. §.1.glo.20.nu.9. Stepha. Forcat. dialogo. 48. quibus addo Polidor. lib. 2. de inuent. rer. cap. 20. Quod apertè significat Ouidius li.1. Metamor. describens priorem ætatem, deinde in deteriori subdens.

Effodiuntur opes irritamenta malorum.

Lucret. etiam lib.5.

Posterius res inuenta est aurumque repertum. Quod facile & validis & pulchris dempsit honorem.

Denique hoc ipsum non obscurè significat I.C. in d.l.1.ff. de contrahe. empto. ibi, *olim enim non ita erat nummus.*

Apparet igitur difficultas non leuis secundùm Ias. in l.ex hoc iure. nu. 10. ff. de iust. & iur. qua etiam anxiè torquetur Ant. Burg. in ru. de emp. & uend. col.4. Non enim uidetur quòd emptio iuris gentium appellari possit, cum nummus signatus (sine quo uẽditio esse nequit) prima hominum ætate incognitus fuerit: Ius autem gentium cum ipso genere humano proditum te-

Excusari poterit horũ iuris consl. sententia si eos respexisse consideremʼ ad authoritatẽ aliquã uel principis uel reipublicę, quã i nũmis cudendis sẽper exacta est. nec. n. quis priuatʼ vnquã & monetam cudere & monetæ indicationẽ indicere potuit. nisi si eodem illã a se cusã pciocẽ seri uoluit, qđ pōdere ęquabat, idq; imortalis memorię noĩe factum a quop:ã rarissime fuerit, itaq; cũ & oli rei pu. authoritas in cõslãda pecunia reqsita fuerit, & hodie reipu. authoritatem ac uim oẽm penitus principes ĩduerit, cõsequẽterq; ip sorũ piter desiderẽt authoritas, & tũ fide tũ illa in iuris nãlis rebʼ nec ĩteruenire potuerit, nec interueniatʼ, sit necesse, nõ ita ppterã doc. argumẽtationẽ conficiunt.

statur. I.C. Paul. in d.l.1.ff. de acquir. rer. domi.

3 Hanc difficultatem sentit Bar. in d.l. ex hoc iure, nu.8. qui eam nec explicitè proponit, nec aptè resoluit. Melius tractasse videtur idem Bar. in d.l.1.ff. de contrah. emp. vbi tamen non satisfacit. nec Paul. Castr. in d.l. ex hoc iure, numer.29. licèt in effectu à Bar. non recedat. Respondere autem videntur vt venditio dicatur iurisgentium, quia licèt nummus signatus à principio non esset in auro argento vel ære, aliquis tamen erat vsus pecuniæ, pro vt in corio aliauè uiliori materia. Ita etiam Alber. Ang. post Cin. in d.l. ex hoc iure: quos ibi sequitur Ias. nu.21. & nouissimè Ioan. Oroscius hispan. pinciani prætorij senator dignis. & Anto. Burg. vbi sup.

4 Sed hi patres falli videntur, quia pecuniæ vsus nec in metallo nec in alia materia cognitus erat in ea prima ætate: aliter enim vilitas materiæ non impediret, quin verè pecunia diceretur, vt probatur ex d.l.1.ff. de contrah. emp. & ita colligitur manifestè ex authoribus sup. citatis, verè asserentibus nullum pecuniæ vsum principio omnibus fuisse, absq; distinctione materiæ: imò & ex historijs Chronicisq; verius videtur, recentiorem dici debere vsum pecuniæ in corio vel alia vili materia, deficiente consumptaq; bellicis cladibus pecunia aurea & argentea, licèt ærea prior in vsu fuisse videatur ex Plinio d.li.33.c.3.

5 Aliter eam difficultatem resoluere videtur glo. in l. eas. ff. de capit. dimi. quasi emptio quo ad æquitatem naturalem dicatur iurisgentium, quo ad formulam sit iuris ciuilis. Sed reprobatur ea glo. secundùm Ias. in d.l. ex hoc iure, nu.21. & Bal. in rub. C. de contrah. emp. nu.1. Anto. Burg. in d. rub. nu.12. Ego vellem vt ipsi prius explicarent sensum glo. quæ videtur sentire de formula & naturalibus eius conuentionis: nõ de formula nummi, vt DD. acceperunt. Sed quocunq; sensu accipiatur d. glo. merito reprobatur, quia ad hanc appellationem iurisgentium origo vel ratio rei attenditur, non æquitas, in d.l. ex hoc iure. Item I.C. ibi & in d.l.1. in fin. planè & absolutè appellat emptionem iurisgentium, ut sic reijciatur illa traditio glo. Bal. in d. rubr. C. de contrah. empt. nu.1. non relatus à Ias. vbi sup. eandem difficultatem proponens, obscurè respondet, adducens quoddam simile, sed nullatenus difficultatem resoluit.

6 Antequam explicem resolutionem quæ verior mihi videtur aduerto Bart. Bal. Pau. Albe.ᵉ Ias. & alios non videri aptè proposuisse eam difficultatem. non enim arguunt ex antiquitate iuris-

iurisgentium, post quod lõgo interuallo inuenta fuit pecunia, quo arguendi modo difficultas aptè proponi & vrgere videtur sed arguunt a nouioribus constitutionibus, quibus soli principi vel eius authoritate datur pecuniam cudere, publicaq; nota signare: ad quem arguendi modum nihil difficultatis resultare videretur: Possetq; facillimè quilibet respondere, sanctiones noui iuris post principatus et monarchias nõ tollere quin olim liberum fuerit ex commertio & consensu hominum, quod hodie non permittitur sine authoritate principum, argu. l. 1. ff. de consti. princ. nec talis argumentatio obierat quo minus emptio iurisgentium dici deberet.

7 Quapropter ad ueriorem resolutionem prænotandum uidetur aliqua dici iurisgentium quæ post hominũ politicã societatẽ, & sic post Ciuitates conditas, & post ius Ciuile, inuenta sunt. Nec enim appellatio iurisgentium necessario exigit ut ab initio cum primis hominibus ea fuerint, sed ad eam appellationem ut sufficit rem de qua agitur fuisse apud homines ab initio conditi orbis, ita satis est eam congruere hominum intellectui ac naturali rationi: atque ideo post talis rei inuentionem, eius usum ab omnibus gentibus recipi & vnaniminter approbari: ut sentit in terminis Connan. lib. 1. cap. 5. ad fin. ac proinde non solo tempore, sed etiam ratione & communi gentium approbatione dicatur aliquid iurisgentium: quod mihi probare videtur Iustin. quem ita intelligo in. §. ius autem ciuile, uers. *quod verò.* Instit. de iur. nat. gen.[d] dũ miscet ius ciuile & gentiũ, subditque, *qđ verò naturalis ratio inter õẽs gẽtes constituit, id apud õẽs populos pæq; custodit, vocatq; ius gẽtiũ, quasi quo iure õẽs gẽtes vtũt.* Vides Iustin. ad appellationẽ iurisgẽtium rõnem naturalẽ omniumque gentium approbationem, non tantum temporis reiùe antiquitatem considerare. Probatur ex eodem Iustin. qui postquàm hoc tradidit subdit in §. ius autem gentium, ex eo iure emptionem atque omnes ferè contractus manasse: non tempus, sed rationem approbationemque rei attendens. Inde etiã quod ratione naturali à gentibus receptum & inductum est, licèt solis hominibus conueniat & propriè ius gentium dici debeat, naturalem etiam ius appellatur, §. singulorum, Institu. de rer. diuis. ubi glo. & DD. non satis explicant: melius Bar. in d. l. ex hoc iure, nu. 9. in fin. ff. de iust. & iur. ibi, ius *gentium quo gentes humanæ vtuntur.*

8 Sic igitur cessat ea difficultas, apparetque uere dixisse Iurisconsultos

d Probat & hæc opinio lare in d. §. ibi nam qđ quisque populus &. c. & ibi uocatur que ius ciuile quasi ius propriũ ipsius ciuitatis facit optimus text. in l. probrum 42. ff. de uer. sign. idque late nos ostendimus in commentariis ad tit. de iusti. & iur. ff.

consultos emptionem esse iurisgentium, quia ab omnibus gentibus communi ratione & utilitate[e] probata fuit, licet à principio non ita solennis fuerit, non adhuc inuento nummo, nec existente usu pecuniæ signatæ. Id autem bene uidebatur sentire Bar. in d. l. 1 ff. de contrah. emp. dum incepit respondere, licèt in conclusione lapsus fuerit, ut sup. Idem colligi uidetur ex Iurecõsul. (quem ita intelligo) in d. l. 1. dum uenditionis originem describit ex rerum permutatione apud homines: quasi dicat, quòd sicut ante cognitionẽ usumque pecuniæ, omnibus gẽtibus cõis erat rerum permutatio, ratione naturali ita suadẽte: eodem mõ inuẽto nummo vsuque pecuniæ, & inducto nomine emptionis referri debuerit is contractus ad antiquum ius gentium, homines enim approbantes permutationem nõ minus approbassent emptionem: ac proinde ex priori conuentione manauit hæc posterior eadem maiorique ratione, vt I. C. sentit, ibi *sed quiã nõ semper* Hinc ad propositum comprobo verba Bal. in d. rub. C. de contrah. empti. numero. 1. ibi, *prima principia inquirimus* Facit reg. l. qui id quod ff. de dona.

e Immo nec oino fuerit sed so'ũ permutatio quã uis. n. aurũ & argentum repertum fuisse ponamus dũmõ tñ illud in nũmos cõflatũ nõ agnoscamus sẽper uera censeri debet permutatio ac nullõ mõ emptio & venditio, & si aliquãtula ipsius massa pro re alia detur, ut constabit ex inferius scriptis.

9 Ex quibus primò infert posse aliqualiter saluari glo. reprobatam in d. l. eas, ff. de cap. dimin. aliter eam accipiendo quám DD. acceperint, vt scilicet emptio dicatur iuris ciuilis quo ad formulã, i. quo ad ea quæ ex iuris sanctionibus postea circa emptionẽ inducta sunt: quorũ aliqua substãtialia, aliqua naturalia dicuntur, iuxta tex. & ibi notata in d. l. pacta conuenta, ff. de cõtrah. emp. ratione autem & nomine dicatur iuris gentium.

10 Ex eisdem. 2. infertur cauendum esse à DD. in varijs locis generaliter tradentibus non posse dici aliquid iurisgentiũ, nisi quod ante ius ciuile inductũ fuit: ita cõmuniter intelligẽdo d. l. ex hoc iure vbi ita colliges ex Bar. et alijs sup. relatis. ex Ang. Aret. in §. ius autẽ, col. 1. & in fi. Institu. de iur. natur. ex Dec. & Cagno. in l. cũ amplius §. is natura, ff. de reg. iur. cũ verius & q̃ post vrbes cõditas postq̃; ius ciuile singulariũ populorũ ab omnibus gentibus naturali ratione recepta sunt, iuris gentium dici debeant, ex mente Bar. in d. l. 1. ff. de contrah. empt. qui nullibi expendi solet: clarius autẽ Connan. tradit d. lib. 1. cap. 4. & seq.

11 Infertur. 3. ad doctrinam celebrẽ Bar. in l. si id quod. ff. de condict. indeb. vbi distinguit ius gẽtiũ, aliud primæuum, aliud secundarium appellans, quod nõ ineptè explicat, sequunturq; communiter scribentes secundum Ias. ibi, & Cagnol. in rub. ff. de orig. iur. nu. 3. Ang. Aret. & Deci. proximè citati: Lancelot.

Galiaul.

f Galiaul. in repe.rub.ff.de verb.oblig. nu.157.referuntq; eam distinctionem ad differentiā tēporis, vt primæuū dicatur quod ab initio creatis hominibus fuit ex ratione naturali: secundariū quo postea homines progressu temporis multis à primo statu mutatis, vsi sunt: pro vt seruitus, bellum, & similia. Id autem ex Bar. & communi opinione intelligitur respectu vsus gentium non propter constitutiones, vt male tradit Ias. in d.l. si id quod. constitutiones enim magis significarent ius Ciuile, l.7. ff. de iustit. & iur.

f Et Bello. in prin. instit. de testamentis. nu.1.

12 Sed hanc receptiorē distinctionē improbat argute Frācis. Aret. in l.1 nu.16. ff. de acqu. poss. cōtēdens alienā esse a traditionibus Iurisconsultorum, verè enim apud eos nullibi exprimitur ea distinctio iurisgētiū, sed vnū tātū ius gentiū memorāt idq; sentit Archidia. relatus ab Aret. & ibidem Soci. nu.35. & ita cū Archidia. & Aret. verius dicendū asserit Alcia. in l. pater famil. 181. in fi. ff. de verb. sign. & ita vt nouū idē scribit Fortu.

g Garcia. i l.1 §. ius naturale nu 34 ff. de iust. & iu. & ibi Eguinar. Baro. in fin. & Connan. d. libr. 1. quorum nullo citato idem tradit Ioan. Corras. lib.6. miscella. c. vlt. cui hoc tribuebat Ant. Vac. i l.1. i fi. ff. de iust. et iur. Idemq; sentiūt nouiores ad institu. de iur. natu. & institu. de rer. diui. Nec satisfaciūt, quæ respōdet Ias. in d.l. si id quod Cagn. in d. rub. immutatio enim & alteratio temporis progressu à gentibus inducta non multiplicat ipsum ius gentium.

g Idem Eguinar. in §. item ea quæ ex hostib. pa.106. in stit. de rerum diui. stant aūt ab iis multa ualidissima argumenta q̄ nos ad tit. de iust. & iur. suū in locū retulimus.

13 Potest tamen docēdi gratia sustineri ea distinctio Bar. vt alia multa, quod prudenter & minus acerbe concedendū put āt Connan. vbi sup. magisq; Zasius in l.1. nu.20. ff. de iust. & iur. Verè enim & ante politicam hominum societatem, & ante ius ciuile adeo ius gentium ex earum vsu variauit à priori tēpore, vt aliquam differentiam nominis admittat, nec ideò multiplex censeri debet, sicut nec nomen iuris ciuilis, licèt sepe ex tēpore mutetur, l. vnic. in princ. C. de cadu. tollen. atq; ideò cum distinctio Bar. tantum respiciat differentiam temporis, non obstant iura quæ Aret. & alij inducebant: fatebitur enim qui Bar. sequāt Iureconsultos vnum ius gentium non multiplex referre id tamen non aduersatur traditioni Bar & communi, & ita melius videtur responderi quàm faciat Ias. in d.l si id quod. Omninò autem displicet traditio Carol Ruin. in l.1. nu.11. ff. de acquir. poss. qui vnum ius gentium esse inquit diuisum in duas species quod & Iureconsultorum & Bar. traditioni repugnat.

14 Infertur.4.ad tex.l.1.ff.de acq.rer.domi.vbi I.C.Paul. refert acquisitionem iurisgentiũ *quod*, inquit.*ratione naturali inter omnes gentes per.eque obseruari.* Deinde subdit,*& quia antiquum ius gentium cùm ipso genere humano proditum est.*quæ littera videtur comprobare distinctionem Bar. quasi mentio antiqui iurisgentium significet aliud esse minus antiquum. Ideoq; Corras.d.loco in fin.miscel.contendit literam illam corruptã, delendamq; esse dictionem,*antiquum*,cum codicibus emendatioribus. Sed nouiores libri emendati ad exemplar Florentinũ, habent eandẽ dictionem,antiquum,vel,*antiquius*.Quapropter melius dicendùm videtur.l. C.ibi nõ ad significandã multiplicitatẽ iurisgẽtiũ,nec ad asserẽdũ aliud primæuũ, aliud secũdariũ: sed appositiuè ad declarandã antiquitatẽ ipsius, vniciq; iurisgẽtium illud antiquũ appellasse,quo sẽsu adiectiua & epitheta sæpissimè addũtur apud omnes authores:vt apud Virgiliũ,*Troius Æneas*,non quòd alius esset,sed quia ille Troianus erat.

15 Infertur.5.ad tex.in §.singulorũ,Institu.de rer.diuis.vbi Iustian.inquit,*quarundã rerũ acquisitionẽ esse iure naturali, quod iusgẽtium appellatur.* Subditq; id declarans *vetustius ius naturale,*qđ *cũ ipso genere humano rerũ natura prodidit.*Glo.& DD. ibi non satis explicant.Eguinar.Baro.magis insistit:Fortun.in. d.l.1.§.ius naturale, nu.32.intelligit tex.de iure naturali propriè sumpto ꝙ statim creatis hominibus fuit:à Bar. & cõmuniter DD. primæuũ appellatũ:inquit tamẽ interpretes aliter intelligere pro iuregentiũ secũdario(vt vocant)quasi nulla fuerit ab initio cõditi orbis particularis acquisitio inter homines.et ita sẽtit receptius esse Ias.in d.l.1.nu.43.ff.de acquir.poss.& ibi Hormanot.Decius nu.9.citãs d.§ & Galiaul.in rubr.ff.de verb. oblig.nu.168.dicens receptũ apud D.D. dominia nõ fuisse distincta primæuo iuregẽtiũ:subdens se nimis dubitare ꝑ tex.in. d.§.singulorũ. dum apertè refert acquisitionẽ dominij iure naturali vetustissimo.Nec satisfacit Galiaul.suæ obiectioni, quã etiam iuuare debuit ex d.l.1.ff.de acq.rer.dom.Nec obstat alia respõsio seu cauillatio docti viri Andreæ ab Exea,lib.pacto.nu. 267. eã .n.neruosè reiecta videre potuit penes.Fortũ.vbi.sup. Vnde vltra Fortun.& sup.citatos aduerto, non paucos nec par ui nominis interpretes intelligere d.§.singulorum, de illo vetustiori iuregentium,nõ de eo quod Bar.& alij secundarium apellant:& ita securè eum tex.citat.Deci.in d.§.is natura debet, l. cùm amplius,ff.de reg.iur.& Aret.in d.l.1.nu.15.& sequen.ff.

de

de acq.poss. & quod magis est, idem Ias. in d.l. si id quod, in fin. & Oldendorp. de iur. natur. cap. 1. idq; probat Fortun. vbi sup. nu. 31. & nu. 38. idq; maxime comprobatur ex d. l. 1. ff. de acq. rer. do. etiam si cum Corra. deleatur dictio *antiquū*, sufficiunt .n. illa verba *naturali rōne*, & illa, *cū ipso genere humano pditū*.

6 Addo notabilius DD. ipsos non satis aduertisse ad d. §. & d. l. 1. cum alij indistinctè intelligunt in omni acquisitione nullum fuisse dominium ex iuregentium primæuo. Alij indistinctè contradicunt, per d. §. in omnibus, fuisse dominium iure illo gētium priori: nam Imperator in d. §. & I.C. in d. l. 1. non loquuntur de acquisitione omnium rerū sed quarundam, vt verba apertissimè habent Quapropter distinguendum est inter ea quę terra mari cæloq; capiuntur, quę cum nullius essent, naturali ratione occupanti acquirenda erant, vt dicit I.C. in d. l. 1. in fin. & l.

h 3. & ita Imperator in d. §. singulorū.[h] Id autem etiam in principio orbis apud homines fuisse pbāt illa iura quę à multis sup. citatis, non debuerunt indistinctè ad dominium omnium rerū allegari. & ita tradit Paul. Castr. in lectura d. l. ex hoc iure, n. 6. & in l. 1. §. ius naturale, nu. 7. ff. de iust. & iur. distinguens inter immobilia & mobilia manu capta: & hoc probat tex. Isiodori, in cap. ius naturale, 1. distinc. ad fin. dum præsupponit de iure naturali, & sic omnium priori fuisse dominium rei depositæ restituendæ deponenti: licet Hormanot. Detus in d. l. 1. n. 9. non respondere sed reprehendere Isiodorum videatur: & de his videas omnino Reuerendum doctiss. q; F. D. Soto lib. 4. de iusti. & iur. q. 3. arti. 1. Et ita intelligi possunt verba S. Ambr. 1. offi. c. 28. *natura ius cōmune generauit: vsurpatio ius fecit priuatū.*

17 Infertur. 6. ad tex. in l. bona fides ff. deposi. ibi, ad *merum ius gentium: & ibi, si tantùm ius naturale & gentium intuea-*

i *mur,*[i] *ei qui dedit restituenda sunt.* Nouè enim ex I. C colligo etiam iure naturali vel gentium primæuo (quod à natura cum ipso genere humano proditum est) dominium vel ius rei depositæ, fuisse distinctè ipsius deponētis, nec ei ab alio impediri debuisse: & sic nōn tantum iure quod vocant secundario. Ex quo cessabit cauillatio Hormanot. vbi sup. dum non respondet sed taxat

h Hæc ratio non oīno tollit argum. oīa cōia a primo hoīum exordio fuisse nullamque particularē acquisitionē id tpis esse potuisse, p inde uide an cum Bar. dici possit hos tex. loq. de iure secundario nec .n tunc obstabunt uerba illa l.i. & quare antiquū ius & c. & §. singulorū palā ē aut. &c. quia intelligunt de primæuo cuius mentio iō facta ē ut pp cōiunctionē quā cū illo secūdariū ius copulatū est, anteriorē eius. d. tractationi locū attribueret uterq; I. C. uel contra oēs dic etiā isto iure primæuo dominia particularia fuisse, ut ex his tex. colligit & inf. nu. seq. & tex. ī l. bona fides ibi allegato responderi pōt, loq. eum de iuregētiū, de quo supra nu. 9. uel aliter ut in simili rñdetur infra n. 21. uers. quibus addo illud aūt circa distinctionem Pau. hic relatā de differētia dñii rerū mobiliū uel immobilium obseruabis, q̄d quatenus dr̄ in rebus mobilibus fuisse dñiū de iure gentiū primæuo intelligendum ēt quoad usum s̄m Bello. in prin, instit. de testa. n. 1. pag. 6 & nu. 7. ad fin. pag. 20 hæc autem scribimus iuxta differentiam à doctoribus commentam:

i Hęc collectio atq; adeo tota hęc illatio facilè piclitabit̄ si cōsiderem' merū illud ius gētiū ac nāle tra-

taxat Isiodorum, immemor I.C. in d.l. bona fides, à quo idem colligitur: & illum tex. in sua specie, vltra Alcia. & Curt. ibi, extollit Bald. in rub. C. depoſi. nu.3. & .8.

18 Infertur. 7. ex d. iuribus & DD. ius naturale, & gentium aliquando idem significare, quod ostendit Oldendor. in d tracta. de iur. natur. tam apud Iureconsultos quàm apud Ciceronem: Sed specialiter colligitur ex d. §. singulorum, & d.l. 1. ff. de acq. rer. dom. ius gentium (quod Bar. appellat primæuum) tam vetustum esse quàm ius naturale, cùm per I.C. & Imperatorem ab initio cum ipso genere humano proditum dicatur, quod est cõtra plures DD. in varijs locis indistinctè tradentes, ius naturale antiquius esse iure gentium.

19 Infertur. 8. vera differentia (si qua est) inter ius naturale & gentium, secundum diuisionem I.C. in d.l. 1. ff. de iust. & iur. quòd naturale ius multa habeat non solis hominibus sed etiam brutis communia: & ideò verior litera hodie in d. l. 1. vers. ius naturale, nõ habet dictionem, *solum*, legiturq; , *nam istud ius nõ humani generis proprium est, sed omnium animalium quæ in cælo & in mari nascuntur: auium quoque commune est.* Et ita meliùs constat sensus quàm si legatur, *nõ solum humani generis proprium.* vt plures libri habebant: imò ex tali lectione (si cum iudicio attendas) videretur resultare aliqua repugnantia, quod nuper sensit & pleniùs explicat nobilis doctusq; Lusitanus Ludouicus Aluarus Nogerius, in rub ff. de leg. 1. nu. 114. vbi videas eum eleganter tractantem de verbis & sensu I.C. in d. §.

Infertur. 9. rectè aduertisse Anto. Vaccam. in l. 1. ad fin. ff. de iust. & iur. dum scribit regulariter ius naturale simpliciter intelligi commune hominibus [l] alijsq; animalibus: ius autem naturale proprium humani generis dici ius gentium: Et commodior nota vel discretio ad ea nomina erit, vt alterum commune, alterum proprium dicatur: quod vltra eum suadetur ex text. ibi ex Cicero. 1. officior. ibi, *commune animantium.* quod etiam sentit Archidia. relatus à Fortun. in d. §. ius naturale, nume. 27. colligitur ex Barto. in l. si id quod. ff. de condicti indeb. ex Aret. in l. 1. nume. 15. ff. de acquiren. possessio. & de illa diuisione vide etiã D. Soto lib. 1. de iusti. & iur. q. 5. arti. 4. & lib. 1. quæst. prima, articulo. 3.

20 Infertur. 10. ex sup. dictis in. 7. illatione, ad ea quę plures authores tradũt, de inculto primo gñe humano, de quo multa elegãter vide p Fran. Connã. li. 1. c. 3. & seq. Nec omittas pulcherrima

---

le tractari qđ alibi cominuṇis quædam rõ ac tacita pariter naturę lex appellatur ne fiat scilicet alteri ab altero quod sibi ab ipso factũ ille nollet, quæ consideratio istra sub ducitur ad aliud non absimile thema. nu. 21. uersic. quibus addo

[l] Hoc idẽ nõ obscure colligi poterit ex Bar. in l. i. nu. 5. ff. de acqui. pos. & ui. infra in i. par. s. ca. i. nu. 40. estque huius rei & breuis & luculenta ratio (quã in cõmẽtariis, ad ti. de iust. & iur. latissimè proponimus) quod cum natura

ma verba Ciceronis lib. primo. de inuentione, post principiũ. *Nam fuit quoddam tempus cum in agris homines passim bestiarum more vagabuntur, et sibi victu ferino vitam propagabant: nec ratione animi quicquam sed pleraque viribus corporis administrabant: nondum diuinæ religionis, non humani officij ratio colebatur: nemo leg timas viderat nuptias, non certos quisquam inspexerat liberos.*

Ex quibus uerbis (si ea bene expendas) uidetur Cicero in eo exemplo religionis aliqualiter deuiare à I.C. in l. 2. ff. de insti. & iur. ut non statim ab initio cum ipso humano genere prodita fuerit religio erga Deum. Videtur item Cicero aliqualiter comprobare differentiam temporis circa ius gentium pro Bar. & receptiori opinione: quæ etiã iuuatur ex Vergilio. 8. AEneid.

Gensque virum truncis & duro robore nata,
Queis neque mos nec cultus erat, nec iungere tauros,
Aut componere opes norant, aut parcere parto:
Sed rami atque asper victu venatus alebat.
Primus ab æthereo venit Saturnus olimpo,
Is genus indocile ac dispersum montibus altis
Composuit, legesque dedit:
Aureaque (vt perhibent) illo sub rege fuere
Secula, sic placida populos in pace regebat:
Deterior donec paulatim ac decolor ætas,
Et belli rabies, & amor successit habendi.

m Consentiunt quæ scripsit Iuuenal Satyra sexta. m

Quæ tamen omnia ad traditiones Iurisconsultorum & interpretum aliorumque authorum scribimus: salua semper authoritate & veritate sacræ paginæ Geneseos cap. 1. & sequen. iuxta sensum ab Ecclesia Catholica probatum: constat enim ex veritate Sacræ scripturæ, orbis creationem, hominumque principium, et progressum humani gneris euenisse multo aliter quàm I.C. et Poetæ putauerint.

21 Infertur. 11. ad verba text. in l. prima. ff. de furt. dum definit furtum subdit, *quod lege naturali prohibitum est.* & ita Iustinia. in princ. Institu. eod. De qua definitione & de vera lectione eius l. agit Alcia. lib. 1. dispunc. cap. 10. & Hispan. Anto. Gome. in tract. de malefic. cap. 5. miror autem Alcia. ibi non adduxisse Aulum Gellium lib. 11. cap. vlt. qui vltra alia quę scribit notanda ad d. l. 1. subdit ad fin. vnum circa definitionem furti, quod nimis iuuat sententiam eiusdem Alcia. ad d. l. Sed in

proposito

simpliciter nihil aliud sit quã cuiusque rei esse, seu principiũ substantiale motus & quietis atq hoc substantiale principium & sui conseruationẽ undequaque procuret, & simpliciter prolatum oĩa animantia cõplectatur, ius naturale simpliciter enunciatum ad huius generalis naturã conseruationẽ spectans omnia quoque animantia comprehendet, at quia natura humana ad sui tuitionem alia præter illa generalia uel necessario uel cõmode seruentur architectata est, illa ad ius naturale hoium naturã pticularẽ ipsorũ respeciens referetur. & perinde ius naturale patebit, ut natura eorum exposcet, ad quos expressim & peculiariter referẽ

m Cõsentiũt itẽ quę cecinit Catullus lib. i.

proposito ex sup.dictis patet errasse glo. in d.l.1. dum exponit lege naturali:id est,diuina.id .n.prorsus alienū est à mente.I.C. Pauli ibi,qui præcepta diuinæ ll.& sacrā scrituram non cognouit. Ex ea tamen l.corruit quod tentauit Alci.in l.probrum 42. ff.de verb.signi.vt furtum non natura sed ciuili lege probrum prohibitumque dicatur. Nec tanto viro digna fuit ea opinio ex leui fundamento,quòd apud aliquos populos furtum impune committi poterat:vt etiam refert doctiss.Alfons.Castro lib.2. de leg.pæn.ca.14.meminisse enim debueras I.C.& Iustiniani in dictis locis,vbi furtum apertè dicunt prohibitum lege naturali. Quæ verba non tantum ius ciuile sed naturale & gentium exprimunt,secundùm sup.dicta: meritoque in hoc Alcia.reprę hendit Nobiliss.& doctiss.Ant.Augustin.lib.4.emend.c.4. quē sequitur Anto.Vac.in l.ex hoc iure,ff.de iust.& iur.vbi Bar.nu. 4.quem non referunt, ita sentit: vt etiam antiquitus ante scriptum ius diuinum prohibitum esset furtum,iuxta d.l.& ita Balduin.in d.princ.Institu.de oblig.quæ ex delict.

Quibus addo verba I.C.& Imperatoris,lege naturali, posse etiam intelligi pro æquitate & ratione naturali communi, ne quis alteri faciat quod sibi fieri nolit,quod ex communicatione & doctrina Christianorum sæpe dicere solitum, bonum Imperatorem Alex.seuerum referunt quàm plures authores,& illud,ne quis cum aliena iactura locupletetur,vt inquit I.C.Pōponius in l.nam hoc natura,14.ff.de condic.indeb. vbi glo.allegat plures concordan.Ratio enim naturalis lex quædam tacita censetur,l.cùm ratio,ff.de bon.damna Cicero li.2.de legib.

22 Infertur. 12. necessariò corruere interpretationem Alcia. ad d.l.probrum ff.de verb.signi.esseque omnino ibi intelligendum vt furtum natura prohibitum & turpe dicatur.quod iuuatur ex d l.bona fides,ff.depos. cuius meminisse debuit Alcia.& qui eum reprehendunt.[n] Aduerto tamē in adulterio(quod I.C. ibi natura prohibitum sentit) contrarium colligi ex Cicerone in d.lib.1.de inuentio.ibi,*nemo legitimas viderat nuptias, nec certos quisquam inspexerat liberos*.Forsanque(si ad fragilitatē humanam respicias)minus natura prohibitum censeri deberet adulterium quàm furtum,quicquid Alcia.comminiscatur.

n Hæc animaduersio ne utiquam placet, quia proprie interpretor natura ꝓhibitum ad differentiam more seu iure ciuitatis ut ex eo tex.probrū colliges & ex supra dictis.

23 Infertur.13.ex prædictis, maximè ex resolutione difficultatis(à qua illationes hæ manarunt) verū esse quod Bar. docet in l.interdum,nu.7.ff.de condi.inde. testamentum eiusque factionem dici de iure gentium,licet solemnia inducta fuerint iu

re

re ciuili: quæ traditio recepta est, vt per Alex & Iaſ. ibi, per Iaſ. in d.l. ex hoc iure, nu. 47. & Viglium eleganter in §. ſed prædicta, Inſtitu. de teſtam. Marc. Anton. in princ. eiuſdem titu. col. 6. Corn. & Iaſ. in l. ſi teſtamentum, C. de teſtam. ea enim facultas teſtandi iuſque ſuccedendi antiquiſſimam originem, conſenſumque omnium gentium habet: confirmationem tamen à lege ſuſcepiſſe videtur, vt ſignificat Vlpian. in l. lege obuenire. 120. ff. de verb. ſigni. ibi, *quia lege duodecim tabularum teſtamētariæ hæreditates confirmantur.* quæ verba ego nouè expendi in cōmētarijs l. 2. C. de bon. mat. ad gl. in l. illa inſtitutio, 22. ff. de hæred. inſti. de qua agūt Iaſ. & Deci. in rub. C. q. teſt. face. poſſ.

24 Infertur. 14. proprius ad præſentem materiam ex ijs quæ diximus de origine pecuniæ & venditionis, verus ſenſus ad d.l. 1. ff. de contrah. emp. in illis verbis, *olim enim nō ita erat nūmus.* Non enim ſignificat I.C. ab initio apud genus humanum fuiſſe aliquē vſum nūmi, non qualis nunc eſt, vt Iaſ. male accipiebat in d.l. ex hoc iure, num. 22. repugnat enim ratio, & fides hiſtoriæ & authorū, de quibus ſup. Et ideò ſanius verba illa I.C. accipiēda sūt ſimpliciter nō cōparatiuè, vt explicat Step. in d. dialog. 48. vt ēt caueas ab Ant. Bur. in ru. đ em. et vē. col. 4. nu. 13.

25 Infertur. 15. contra Barto. Bal. Salic. in d.l. 1. nummum uel pecuniam ſignatam, non ea ratione quam ipſi tradunt, appellari debere iuriſgentium: ipſi enim arguunt à tempore & vſu monetæ, quam fingunt primis temporibus fuiſſe, licet in viliori materia, quod ſup. reiecimus quia nullus vſus nūmi vel pecuniæ cognitus fuerat priori illa ætate, ut ex authoribus & ratione conſtat: nec vtilitas materiæ faceret, quo minus pecunia vel nūmus diceretur: moneta enim non ex materia ſed ex forma cenſetur: vt ſignificat I.C. in d.l. 1. ibi *forma publicat:* & conſuluit Fulgoſ. quem refert Tiraq. de retr. ligna. §. 1. glo. 21. nu. 14. quapropter cauendum eſt ab eodem Tiraq. de retra. ligna. §. 30. glo. 2. nu 21. Quo ad vſum igitur pecuniæ vero ſimilis eſt, eius inuentionem fuiſſe poſt ſocietatem politicam, & ſic poſt conditas ciuitates, & poſtquā ius ciuile apud plures populos erat: ſed ex ijs quæ deduximus ſup. nu. 6. poteſt pecunia iuriſgentiū dici, quia ex ratione naturali eius vſus ab omnibus gentibus receptus fuit poſtquàm inuenta eſt forma nummi: quod enim permutando faciebant primi homines, ſatis indicat quàm ſibi tūc primū placuiſſet pecuniæ vſus: qua ratione pōt nūmus iuriſgentiū appellari, nō tēpore vel inuētione, vt Bar. & alij minus bene putabant

n. 7. nec. n. neceſſe eſt ut a primis orbis icunabilis qd piam naturali rōne ubique gentium obſeruatū fuerit ut idcirco poſſit ac debeat iurigentiū acceptum referri, ſed ſatis ſuperque eſt ut iā apud pleraſque oēs gentes peræque in uſu poſitū ſit adde quod non ſolum naturā pro iure gentiū naturali æquitati cōſentaneo exaudire poſſumus, ſed ēt p iure ipſo naturali quippe q̄a ſi coniugium ī primis huic iuri attribuitur, eius quoque conſeruatio eidē aſcribenda erit cōfert illud Iuuē. credo pudicit iā ſaturno, rege moratā in terris, & q̄ cōſequūt, nec obſtat nondū eo tpe nuptiales ritus q poſtea increbuerunt, ſanctos fuiſſe, qūo Ciceronē de legitimis nuptiis uerba faciētē reſpexiſſe

putabât,& cũ illis Ant.Bur.d.rub.de emp.& ven.col.4. nu.13.
26 Nec congruit nummo appellatio iuris ciuilis, quod(si bene aduertas)non ad rerum inuentiones quæ casu vel ingenio contigere,sed ad constitutiones circa res & negocia refert, vnde rerum inuentio cũ iuris cõstitutione nihil cõe hẽt.Nec aliquis obijciat stipulationẽ aliaue quę iuri ciuili tribuũtur in d.l. ex hoc iure,id.n.ad iuris ẽt cõstitutiones,nõad facti qõnẽ vel rei inuẽtio nẽ pertinet : quis.n. asserere audebit,ante ius ciuile nũquam inter homines cõtigisse,vt interrogando & respõdẽdo cõuenirẽt?sic in similibus quibus ius ciuile authoritatẽ dedit.
27 Infertur.16.vetustissimũ dici posse hunc contractum, quia licet à principio conditi orbis, apud homines nõ esset pecunia signata,multiq; anni transierint antequam cuderet: ab hinc tamen multo pluribus inuẽtus est vsus nummi,ex Plinio d.l.33.c.3.ex Polidor d.lib.2.cap.20.Et quod refert Alber.in d.l.1.nu.1.ff.de contrah. emp. se legisse in scriptura authentica, quod Thares pr̃ Abrahæ fuerit primus q̃ pecuniã fabricauit,iussu regis Nini.Sed Plinius & Polid.magis tradũt nõ esse cõpertũ q̃s fuerit prim⁹ ĩuẽtor. Et apud antiquos patres ligit de emptione & pecunia,ut Gene.c.17.& leui⁹c.23.& Iher.c.32.vbi ẽt exprimunt cautiones emptiõis,ut bñ expẽdit Bal.ĩ,phe.2.li.Inst. añ ti.de rer.diui. Quãuis dici possit apud Heb. oẽ argẽ.& aur. pecuniã appellari, vt tradit.Tiraq. li.de retr.lig.§.1.gl.20.n.5.
28 Infertur.17.ex collatione tẽporũ,& ex Plinio li.7.c.56.ante bellũ Troianũ fuisse vsum pecunię signatę,& verã emptionẽ. Ex quo puto lapsum insignẽ,Connan.lib.7.c.5.char.482. qui immerito damnat Pliniũ,quasi d.lib.33.c.1.senserit ex Homero relato à I.C.in d.l.1.tp̃e belli Troiani nõ fuisse adhuc pecuniæ usum,nec emptionẽ:non.n.id collegit Plinius,nec sibi cõtradixit,tantum.n.refert candẽ armorũ permutationẽ, cuius meminit I.C.in d l.1.& Iustinia in.§.item precciũ,institu.eod.
29 Infertur.18.vera,&(ni fallor)notabilis explicatio ad I.C.in d.l.1.ff.de cont.emp.cùm enim præmittat nummum necessarium esse vt detur emptio:subdit,*sed an sine nummis venditio dici hodie quoq; possit?* quasi dicat olim venditionem appellari etiã sine nummis: quo sensu accipi possunt aliquot loca sacræ paginæ quæ de emptione loquuntur.Et confirmatur ex antiquitate relata à I.C.in l.statuliberi,ff.de statulib.de quo inferius. Dein de in ea q.an hodie sine nummis venditio dici possit, refert.I.C. diuersas authorum opiniones aliqui enim Iureconsulti ad mittebant

se autũno: q̃a id rectè cuincet ut nõ fuerit antea legitimũ mr̃imoniũ hoc ẽ iis stabilitũ ritib⁹ ac ceremoniis, quas populus roman⁹ sibi postea cõmẽtũ ẽ,non vero efficiet, quin & ante oẽs hos ritus fuerit cõiugiũ natura conciliatrice inductũ & tũ apud alias natiões tũ apđ illi⁹ romanę regiõis incolas cui cuimodi uiguisse nec q̃squã dixerit Vlp. ĩ l. i.§ ius natura le ẽ.ff.de iust. & iu. de uaga & oi gena cõiugatione loquutũ. q̃a ipsũ đcerta,rata ac ꝓpria coctione uerba facere ostẽdunt exẽpla,q̃ subsequunt,liberorũ,ꝓcreatio & eorũdẽ educatio.nec rursus afficit liberorũ incertitudo, de qua cicero, q̃a & eadẽ hodie, si poetis historicis ac nr̃is ẽt iurisců fidẽ habemus nullis ceremoniis sublata ẽ nullis

mittebant emptionem sine nũmis ẽt hodie dici posse,& in id ad ducebant carmina Homeri. Ex eo aũt égo nouè colligo illos sen sisse,tpe belli Troiani iãfuisse vsum pecuniæ,& verã emptionẽ, & nihilominus Homerũ significasse,sine nũmis eo casu emptio nẽ fuisse:aliter vero inanis fuisset argumentatio tãtorũ virorũ & stupidè citassent locũ Homeri ad qõnẽ illam, *an hodie:* quod non vñr aduertisse antiquiores nec recentiores interpretes.

30 Infertur.19. ex supra dictis de vsu & inuentione pecuniæ, ad intellectum tex.in l.Quintus.29.§.vlti.ff.de auro.& arg.leg. vbi Vlpian.agens de legato argenti signati, inquit, id intelligi legatũ,*quod eius aliqua forma est expressum:veluti quæ Philippi sunt:item numismata & similia.Glo.ibi* secundum aliquos intel ligit figuram Philippi Imperatoris: Alij autẽ notabãt ex eod. tex. Philippum Imperatorem fuisse primum qui iussit monetã cudi & fabricari:refert Mathe. Afflic.in.3. feudor.tit. quæ sint regalia,verb.monetę,nu.38.qui eis non accedit,nemoq́, accedere debet,cùm Philippus fuerit.28.Imperator,ante quẽ,imò & anteq̃ Cæsar monarchiã occupauerit, percussus fuerit nummus,vt constat ex Plinio,d.lib.33.cap.3. ex Polidoro d.lib.2. cap.20.ex alijs sup. citatis.Potuitq́; I.C.in d.§. loqui de figura Philippi forsan. Macedonis:Nec etiam aperit, an forma illa esset nummi vel alterius operis.Tandemq́; contra glo. & Alber. ibi,contra Afflic.ubi sup.aduerto verba Vlpiani nullatenus referri posse ad Philippum Imperatorẽ, quia Vlpianus fuit sub Alex.25.Imperatore, multis annis ante prædictum Philippũ, vt constat ex catalogo Imperatorum,per Baptistam Egnatium & alios:& colligi potest ex discursu l.2.ff.de orig iur.

31 Infertur.20.ex d.l.1.& d.l.ex hoc iure(cùm dicunt hunc cõtractum esse iurisgentium)ad effectum quem iuris interprætes inde colligunt:dicunt enim esse vtilem eam inspectionem, quia princeps facilius tollere põt quæ sunt iuris ciuilis quàm ea quæ sunt iuris naturalis vel gẽtium:ita in proposito Anto.Burg. in d.rub.ext.de emp.& vend.nu.15.citans Bal.& Cor.in l.si testamentum C.de testam.Ang.in l.Lucius.ff.de euictio.vbi eam distinctionem approbant:& ita alias distinguit Paul.Castr.in l.3. nu.4.ff.de testam.Paul.in l.cũ hæredes.ff.de acq.poss.& in proposito not.Ias.in d.l.ex hoc iure, nu.49.& ita distinguit Alex. consi.

vnq̃ auferet, nec itẽ obstat qđ pna huma na nã ad li bidinẽ sit ac fra giliter i uene rem,ut noster pinelus sentit prȩcipitetq̃m uerũ sane est nãm sibi cõsu lẽtẽ miris ille cebris unũqđ q; aiantium i utilissima ve neris misterla inuitare,duce re atq; iterdũ rapere.sed ue rum itidẽ nõ est non posse vnũ quenq; si bi certũalique torũ statuere, atq; ab alienis uxoribꝰ pmo lẽdis tpare de niq; & possessionẽ honestissimam ac pul cherrimã iter uertit, q cõiu gẽ alterius lu dibrio hẽt, & res alteriꝰ tur pidissimo iter cipit furto,q illius hæreditatẽ a ueris & lτimis successoribꝰ ad suã opprobrosam & indignã ꝓsapiã deflectit ut nulla rõne aut turpius, aut a ratione nãli alienius furtum adulterio censeri possit. sed multo magis econtrario prætermitto in pñtia in sacrosan. Mosis iustissimi tabulis &ubiq; gẽtium prohibitum adulterium probari,& grauius tum dei optimi maximi tum gentium ipsarum odium in illud recenseri.

consil.216.nu.19.in.2.tom.& Iaſ.in d.l.ſi teſtamentum,nu.4. Curt.Iun.conſ.1.nu.20.Lancelo.Galiau. in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm. nu. 93.&.97.Felin.in.c.quæ in eccleſiarum, nu.48. & ibi Dec. nu.25. Dec.conſ.498.nu.24.uſq; ad nu.28.& plures citat Andr.ab Exea,de pact.nu.147.et ita Deci. conſ.252.in fi. et conſ.269.col.4.verſi.et etiam.Tiraq.de conſtitu.3.par.7.limit.nu.47.Bellon.conſ. 2.nu.8. et ita indiſtinctè Math.Afflic. deciſ.128.nu.11.et.13.et deciſ.391.nu.4. quas reſolutiones et diſtinctiones inter ea quæ ſunt iuris ciuilis et naturalis vel gentium,ponit glo.(cuius non meminerunt plures ex ſup. citatis) in l.fin.C.ſi contra ius vel vtil.pub.

SVMMARIVM.

CAPIT. II.

1 *Probatur contra ferè omnes ſcribentes,ius vel dominium quæſitum iure ciuili,non magis à principe tolli poſſe, quam queſitum iure gentium,& numero.2.*

3 *Infertur ſpecialiter ad ius quæſitum ex contractu emptionis,deinde ad dominium quæſitum ex vſu capione,& nu.4.*

5 *Probatur contra ſcribentes eandem cauſam requiri ad auferendum dominium quæſitum iure ciuili, reiecta differentia quæ cõmuniter à Doct.traditur*

6 *Agitur de vigore iuſtæ cauſæ in diſpenſatione principis,&an eius aſſertioni credendum ſit.& nu.7*

8 *Agitur de intellectu tex.ĩ l.2.§.ſi qs à principe.ff.ne ꝗd in lo.pu.*

9 *Inferuntur multa ſcitu digna aduerſus quàmplures vtriuſq; iuris Doct.ad negotia magni momenti,vſque ad nu.11.*

12 *Explicatur glo.celebris in l.relegati.ff.de pœn. & quatenus præſumatur iuſta cauſa in principe,contra plures Doct.*

13 *Tractatur ſpecialiter ne princeps validare poſſit ſcripturam carẽtẽ legitima ſolemnitate quãdo ex nullitate q̃ſitũ'ẽ ius tertio.*

14 *Agitur de ſatisfactione valoris rei, quam princeps aufert etiam in quæſitis iure ciuili,deinde aſſignantur rationes ad aliqua iura.& numero,15.&.16.*

17 *Explicatur l.2.ff.de nata.reſti.contra conſil.Panor.*

18 *Agitur de poteſtate principis circa clauſulas & qualitates maioratus et qualiter in ijs dipẽſatio vel mutatio impetrari debeat, & numero.19.*

Oſtenditur

20 *Ostenditur omnino reijcienda esse multa quæ scribentes tradunt de clausulis quæ ad maiorem vim rescriptorum adijci solent.*
21 *Probatur non posse principem tollere veram defensionem partis, etiam in ciuilibus, contra quã plures, et agitur de intellectu l. 1.§.interdum.ff.à quib.appella.non liceat,& numer.22.& explicatur aliud ijs consequens.nu.23.*
24 *Probatur damnandam omnino fore licentiam absolutæ potestatis, quam Doct.iniquè principi tribuunt,& explicantur multa scitu dignißima circa iustam principis potestatem,& num.25.*
26 *Ostenditur in his cum aufertur ius partis non tantum ius ciuile offendi, sed etiam naturale & gentium, vt neceßario reijciatur absoluta illa potestas quæ principi impie tribuitur,& inde effectus aliquot numero.27.&.28.*
29 *Agitur de potestate summi Pont.circa benefitialia,& damnãtur multa à Doct.tradita,& numero.30.*

CAPIT. II.



VM autem Panor.in d.rub.de emp. & vẽd. & alij de quibus sup.eam differẽtiam inter ius gẽtium & ciuile applicẽt ad nostram materiam, operæ precium duxi oblatam occasionem amplius ornare, vt exterminẽtur multa à DD.tradita,quæ mihi semper iniqua & Reipu.longè perniciosa,ideoque prorsus reijcienda visa sunt.

1 Demus enim aliquid acquisitum iure ciuili, pro vt ex stipulatione vel alia conuentione vel obligatione ex ijs quas scriben. dicunt esse iuris ciuilis,per d.l.ex hoc iure:certè nulla ratio est
2 cur princeps auferre possit dominium vel ius quæsitũ ex tali [a] conuentione iuris ciuilis:quia in eo lederetur simul lex & ratio naturalis,& ius gentium,vt inferius cũ Cicerone probabimus. Obstatque regula illa l.id quod nostrum ff.de reg.iur 2.obstat quod iura dicunt de stipulatione(quę iuris ciuilis est) firmissimam & maioris vigoris quam aliæ conuentiones, vt inquit Iustin.in princ. Instit.de verb.oblig.3.contra communem illã traditionem vrget iuris regula, ne dicatur fieri posse nisi quod iuste,l.filius qui.ff.de cond.insti.& in principe probat l.digna vox,C.de legib.4.fortius conuincitur iniquitas illius receptæ traditionis ex multis responsis principum & summorum pontificum,quibus ipsi fatentur se non posse aliqua facere quæ tamen in eisdem casibus principaliter erant contraria iuri positiuo

a Vide Ezech. c. 46. vbi ad hanc rem, grauissimè isthæc uerba facit, de principe, nec adimet princeps de plebeiorũ patrimonio, sua eos passione multãs, sed d̃ sua possessione suis dabit hæreditatem liberis

tiuo:vt in iudiciarijs & similibus inductis á iure ciuili:l.causas, C.de transf.l.fin.C sent.rescin.non pos.l.2.C.de incest.nup.l.au thoritate,C.vnde vi.& in multis curiose obseruatis & copiose traditis á Restauro Gastal.in tract. de Impera.q.cx1.5.contra DD.vrget quod videmus in iure,rescriptum principis tunc dici irritum & non seruandum,quando alicui damnũ affert,l.rescri pta,C.de prec.imp.offer.l.fin.C.si con.ius vel vtil.pub. Idque præcipuè attenditur ad effectum & obseruationem rescripti, l. nec auus C.de ema.liber.l.2.§.merito,& §. si quis à principe,ff. ne quid in loc.pub.et ita melius sentit Fortu.in l.Gallus §.& quid si tantum nu.295.l; postea nu.304.magis probet eandẽ differentiam & distinctionem inter gentium & ciuile.

2 Nec aliquis putet his respondendum ex subterfugijs & com menticijs seu cauillosis traditionibus multorũ, qui aliquando respõdent,in prædictis ius ciuile iuuari à ratione naturali ideo que nõ posse principem id auferre Nihil enim ferè dabis in iu re ciuili quod non sit vel præsumi debeat rationi consentaneũ vt in c.erit aũt lex 4.distinc.l.1.ff.de iust.et iur.l.1.ff.de legib. Vnde(,si maturè attendas)ex hac responsione & restrictione D D.prorsus destruitur eorum distinctio & cõclusio sup.dicta videnturq; ipsi sibi ipsis non constare.Quod debuisset magis aduertere doctus & ingeniosus Fortu.in d.§. & quid si tantum nu.303.& seque.vt ita perfectius prestaret quod bene incepit.

3 Hinc sequitur contra Ias.& Burg.vbi sup.& contra mentem omnium,quo ad effectum illum an princeps auferre posit ius vel dominium acquisitum ex emptione nõ referre an ea dicatur de iure gentium vel de iure ciuili: semperq; retinẽdum, vt non sit maior potestas principis in damnum partis vno casu quam altero:& consequenter.colligitur vera ratio ad tex in l.3. infra hoc ti.ibi,*nec ex rescripto nostro.*

4 Inde infertur etiam omnino reijciendum esse quod scripsit Bal.in l.fin.nu.9.C.senten.rescin.non pos.Ange.in l.Lucius ff. de euictio.dicentes posse principem libere tollere dominium quæsitum iure ciuili:quod sequuntur plures sup.citati in fine.c. preceden.exemplificantes in sententia aut prescriptione. Sed contra eos stant iura & rationes de quibus sup.& ratio Imperatoris in l.si quando C.de inoff.testa.ibi,*nec credendum est Romanum principem qui iura tuetur.&c.*Quod etiam conuincitur, quia dominium semel quæsitũ, etiã aliquo medio iuris ciuilis dicitur semper de iure gentium,secundum eosdem DD. sibi repu-

repugnantes:& ita Bar.in l.1.ff.de acquir.rer.dom. Iaſ.in d.l. ex hoc iure,nu.43.& ita intelligendam dicunt glo.in eadem l. prima dum enumerat modos acquirendi dominij iure ciuili: quã extollit Iaſ.in §.omniũ nu.71.Inſtitu.de actio.& ita Aret. in l.3.col.fin.ff.de teſtam.Et ex his comprobatur quod in hoc articulo contra alios ſubdit Anto.Burg.in Rub.de emp.& vendi. nu.18.et bene aduertit Iaſ.in d l.fin.nu.3.verſi.primo,C.ſi contr.ius.Felin.in d.c.quæ.in eccleſiarũ,nu.49.& melius Zaſi. in l.princeps.nu.12 ff.de legi.

4 Ex eiſdem in ſpecie reſultat contra Ang.in d.l.Lucius.ff. de euict.et contra alios de quib.ſup.et Chaſ.conſi.66.nu.60. Dec. in d.c.quæ in eccleſiarum nu.26.verſ.quintus caſus:dominium quæſitum legitima præſcriptione non poſſe à principe auferri vigent enim iura et rationes de quibus ſup.et ita colligitur ex Burg.et Iaſ. Fel. Zaſ.proxime citatis. Et ita hoc vt indubitabile preſupponit Bal.ſibi cõtrarius in l.Imperium in 1.lec.col. 3.nu 10.verſi.circa octauum ff.de iuriſ.om.iud. cuius nõ meminerunt.Fel.Iaſ.et Burg.vbi ſup.eũ vero ſequit᷑ Aymo.Crau. in trac.de antiq.1.par.nu.17.et 4.par.nu.19.idẽ conſ.7.nu.10.& cõſ.135.nu.20.vbi plures citat. Cõprobatur hæc opinio ex rõnibus iuſtificantibus vſucapionẽ,vt plene ſcripſi in authen niſi tricennale,n.39.C.de bõ.mater.vbi plures et plura adduxi pro Ioa.Andr.in c.poſſeſſor.de reg.iur.cuius doctrinam dicit receptam Cagnol.in l.iure naturę,ff.de reg.iur.

5 Infertur ex eiſdem non minus eſſe de iure neceſſariã iuſtam cauſam vt princeps auferat dominiũ vel ius quæſitum iure ciuili,quàm ad auferendum quæſitum iure gentium, contra plures ſup.citatos in fine cap.præced.quicquid ſcripſerit glo.d.l.fin. C.ſi cont.ius:et plures per Felin.in d.c.quæ in eccleſiarum,nu. 48.et ibi Dec.nu.29.cum præced.Afflic.decif.128.nu.11.et 13.Chaſſa.conſi.65.nu.59.Nec eſt iuridica collectio, Curt. iun.d.conſi.1.et multorum arguentium, poteſt tollere et corrigere ius poſitiuũ ergo poterit auferre ius alicui adquiſitũ ex b tali iure:Nouum enim ius inducẽdo, vetuſq; [b] abrogando iuſtè faciet iniuſtiſsimè verò auferendo ius partis vt cõſtat ad ſenſũ & bene ſentit Bar.in l.fi.C.ſi.cont.iuſ Vnde in auferẽdo dominio quæſito ex vſucapione nõ minus requiritur iuſta cauſa quã in auferendis quæſitis ex iure gentium,contra plures de quibus ſup.quod ſecurè quaſi receptũ tradit Rebuf.(immemor plures contradicere) in 2. tom. ad leg.. Gal. tracta. de reſtitu. art.

B 2 ſecundo

b Hoc eſt.n. in futurũ proſpecturas leges condere non præteritũ irritaturas inique gratificari: quam in re conferre.l.leges & conſtitutiones. C. de legib.cum materia de qua alibi latius.

secundo glo.quarta.in princip.pag.131.

6 Ex iusta autem causa recedi potest à iuris regulis, quod ex innumeris probari potest & copiose tradit Ias.in l.Barbarius, ex nu. 24.ff.de offi præt.soletq; citari tex.in l.si hominem, 30.ff.man da.quem extollit Fel.in c.1.nu.48.[c] & sequen.de consti.vbi ple nè ornat doctrinam Innoc.permittentis ex causa iura trāsgredi eandem l.commēdat Ias.in l.nemo potest, col.1.ff.de lega.1. quibus addo bonum tex.in l.4.§.vlt.ff.de re.mil. tantusq; est effectus iustę causæ vt ex ea summi Pōtifices ius diuinum declarando, Principes ius naturale limitare possint: vt tradit Panor. in d.c.quæ in ecclesiarum, & ibi Felin.nu.19.& nu.26.& Dec. nu.13.& n.18.& sequen.& plures alij, quos citat (eleganter id tractans) Couarru.de sponsal.2.par.cap.6.§.9.nu.4.

7 Ad eā verò dispēsationē vel limitationem adeò iusta causa requiritvt secūdū quā plures debeat talis causa cōstare, nec sufficiat principem eam asserere, vt not. Ias.in l.fi.nu.3. C.si cont. ius: Dec.consil.558.& 576.& 602.Grat.cons.1.nu.36.lib.2.& Thom.decis.103.nu.219.Et hanc opin. receptiorem dicere videtur Alcia.reg.3.præsum.8.nu.5.[d] quibus tamen ego indistinctè non accederem, sed magis putarem attendendam naturē qualitatem negotij, vt in multis credatur principi asserenti exprimentiq; iustam causam: ex relatis ab eod.Deci. in d.c. quæ in ecclesiarum, nu.28.& in terminis Alex.cons.2.ad fin.nu.10.li. 1.& Math.Afflic.lib.1.consti.rub.47.num.13.in fin.

8 Ex quibus nouè & eleganter videtur intelligendus tex. in l.2. §.si quis à principe, in fi.ff.ne quid in loc.publ. præmittit enim I.C.Vlpianus, si quis à principe impetret facultatem ædificādi in loco publico, intelligi concessionem ne ædificet cum incōmodo alicuius: subdit tex *nisi forte hoc impetrauerit:* quæ verba significare videntur, non obstante incommodo aliorum posse illud impetrari: DD.non explicant, glo.autem ibi vaccillat, tandemq; concludit tex. intelligendum de concessione cum modico præiudicio: Et ita glo.in l.seruitutes.14.§.publico, ff.de seruitut.glo.in l.sed cū ab hærede.12.in fin.ff.ad trebel.quā notab. dicit Ias.in l.quoties, nu.4. C.de precib.Imper.offer.& videtur recepta resolutio, quam bene declarat Dec.in d.c.quæ in ecclesiarum, nu.26 vers.quartus casus.de constit.

Ego autem puto eā interpretationē glo.& DD.ad d.§.si quis à principe, veram non esse: tum quia manifeste diuinatoria est, cum verba tex.nihil exprimant de magno vel paruo incommodo.

c Hanc eandē l. commēdat idem Pine.cū iisdē auctoribus in l.i.tertia par. pagi. 108. colū.3. vers.& tñ inferendo.& pagi.116. col.i. ante nu. 60. C.de bo. mater. tu adde Dec.in l.ī ambiguis.§.quoties.ff.de reg. iur.

d Dicat quid quid uelit noster Pinel.uir absque dubio & cordatissimus & iuris apprimecatus contrariū est receptius ut constat exhe relatis no stro in thesauro, & utilitas publica iuris ꝓpe mater & æqui id suade maxime, primū.n. hęc distinctio ualituris cōmentis obnoxia est, deinde eius excussio uel illiberaliter probaturis inhonesta uel generose improbaturis periculosa.

do:tum quia in respicientibus iustitiam, etiam parua attendun tur, vt in l.& in maioribus, C.de appel. Bar.in l.si proprietarius nu.2.ff.de damn.infe.licet negandum non sit, tolerabilius esse & minus malum, quando concessio modicũ damnum alteri af-fert. Intelligo igitur Iurecon.in illis verbis solius impetratio nis meminisse, an verò iusta vel iniqua sit, in ambiguo reliquis se: vt si ex iusta causa & cum satisfactione læsionis princeps id concedat, iusta dicatur concessio, secundum sup.deducta.causa autem vel satisfactione deficiente, dicatur iniqua: vt satis in simili probat I.C.in l.penul.ff.de natal.resti.& in l.2.eod.titu.ibi *non facile solent nisi consentiente patrono*. Sic enim idem Vlpia. aliquando memorat id quod non iustitia, sed gratia obtinetur: vt in l.denunciasse.17.§.fi.ff.ad l. iul.de adulte.ibi, & *obtinere vel gratia vel iustitia possit*.

9 Infero etiam ex sup.dictis contra doctiss.Alex.cons.2.nu.19 col.fin.vers.nec ad hoc, lib.1.& in l.2.§.is pro quo, nu.4.& n.6 ff.quod quisq; iur.vbi deterius ceteris scripsit, posse principem etiam sine causa tollere omnem actionem, etiam ex contractu iuris gentium: erroneè arguens ex eo quod actiones dicuntur iu ris ciuilis, quod non solum rationi & æquitati aduersatur, & ijs quæ superius veriora probauimus, sed etiam receptissimis tradi tionibus scribentium qui in his terminis semper talem potesta tem negãt: vt non relato Alex.tradit etiam Cazialup. de pẽsio. q.19.nu.25.in dominio autem etiã iure ciuili quæsito hoc di- cit receptius Paris.cons.ci.nu.70.lib.1.& in quæsitis etiam ex cõ stitutionibus principis, magis probat Afflic.lib.1.cõsti.rub.19 nu.29.contradicens lib.2.rub.3.nu.52.vt etiam variant Dec. & Paris.in cons.supra & infra relatis, & Paul.Cast.si eum legas in l.si quis curialis, in fi.C.de epis.& cle. & in l.digna vox, n.6. C.de legi.& sæpe variauit Afflic.in feudis.

10 Infertur etiam ex eisdem, non videri tutum, nec tenendum quod iudicauit consilium Neapolitan. posse principem sine iu sta causa reuocare legitimationem quã alicui præstitit, vel quæ eius commissione concessa fuit, vt tradit Afflic.decis.128.n.12 & seq. Cuius fundamentum est ex eo quod tale beneficiũ nõ à iure gentium, sed ab eodem principe obtentum fuit: At ex su perius traditis satis constat id fundamentum verum nõ esse, cũ indistinctè ius legitimè quæsitum auferri iustè nõ posit. Et cõ tra illam decisionem vrget decisio l.fin.ff.de pact.vrget regu.l. perfecta, C.de dona.quæ sub mo.magisq; vrget tex.in l.5.C.de

 reuoc.

e Notat & idem Pine.in l. i. iii. parte pa.122.col.4. in prin. C. de bon.mat.

e reuoc.dona.vbi neq; authoritate principis[e] reuocatur donatio ritè facta: quem tex.in simili not. Dec. in consl.468. nu.18.vrget etiam ratio, ne qui legitimatus fuit, sine demeritis, fraudetur beneficio obtento, contra doctrinam I.C. in l.incommoda to.§.sicut, in fi.ff.commod.ibi, *adiuuari quippe nos, nō decipi beneficio oportet:* facit tex.in cap.1.& ibi Bald.ante nu.1. de natu.feud.ne princeps absq; culpa donatarij reuocare posit quod dedit: & Bar.in l.fin.per tex.ibi, C.de loca. præd. fisc.& Pau.Cas. in l.digna vox.numero.6.C.de legi.

11 Infertur etiam secundum hæc quæ iustitiam & honestatem respiciunt, superfluam in multis manere doctrinam Pano. in c. per tuas, de arbit. quem extollit Feli.in c.ad audientiam.2.n.4. vers.bene fateor, de rescrip.& Anto.Burgen.in d.rub.de emp. & vend.nu.18.in fi.& Cazialup.de pensio.q.19.nu.25.& pari. consl.6.nu.50.li.2.dicentes non posse principem sine causa derogare iuri positiuo habenti fundamentum consonum iuri diuino vel rationi naturali: semper enim pro lege vel canone tale fundamentum præsumitur, vt in l.2.ff.de legib.& in cap.erit autem lex.4.distinc. essetq; inexplicabilis quæstio in talibus derogationibus tractare, an lex quæ derogatur fundamentum habeat diuini vel naturalis iuris, cuius rei cognitio multa requirit quæ rarò apud iudices inueniũtur: & sic resultaret magna difficultas & ambiguitas in iudicijs, cōtra l.6.ff. de excep. rei iud.

12 Infertur etiam ex sup.dictis, sanius intelligendam fore glo. in l.relegati, in fi.ff.de pœn.vbi tex. in restitutione vel mitigatione pœnæ videtur causam requirere: glo. autem intelligit pro causa sufficere voluntatem principis: vulgoq; & à doctis indistinctè & male citatur, quasi in omni actu principis ita præsumẽdum sit: & ita tradit ampla additio Bar.ibi, Alex.consl.2. nu.20 lib.1.Feli.in c.nonnulli, col.4.nu.4.de rescrip.Hippol.notab. 6.& in l.de unoquoq; nu.19.ff.de re iud. Ias.in l.si testamentũ, col.1.C.de testam.Couarr.[f] de sponsl.2.part.c.6.§.9. nu.10.id maximè intelligentes vbi derogatur iuri positiuo: vt etiam Ias. in l.quo minus, col.2.nu.6.& 7.ff.de flumin. Aymo.consl.241. col.antepen.versl.ex quibus. At glo. illa loquitur. tantum quãdo princeps remittit pœnam publicam vel fiscalem, non autem in omni actu, minuitq; vbi aliquis damno afficeretur (quod magis attendi debet) vt supra deduxi: & sentit Alcia.reg.3.præsump.8 nu.4. Nec debuit omitti à Felin.multipliciter illam glo.declarante, in d.c.quæ in ecclesiarum, ex nu.60.quod probatur ex

f Adde Gregorius lottum in trac. de securit.pagi.6. uersic. 2 ampliat & Petr. duen.reg.43. fal.5.uersi. & facit.

alia glo.in l.2.in fi.C.de in ius voc.vbi eam not.Bar. & alij, vt per Ias.nu.10.Dec.& Alcia. quod princeps pœnam publicam vel fiscalem remittere possit, non pecuniariam alicui delatam (etiam iure positiuo, vt erat in casu illius l.quod magis notandum est) facit à fortiori l.fin.in fine, C.de fund.rei priua.& tradit Feli.in c.super eo, col.2.nu.5.de offic.deleg.& in quæsitis iure positiuo idē probat tex.in l.fi.C.ut lite pen. quē ibi nimis cōmēdat in sua deci.Pau.Cast.et Re staur.Castal.in tra.de imp. q.cx1.casu.7.ubi postea cas.61.male cit.l. fi.ff.quan. appel. sir.

13 Infertur ex eisdem optima ratio ad opin.multorū, ne princeps regulariter validare possit scripturā carētē legitima solennitate, quando ex nullitate quæsitū est ius tertio, ne tali scriptura obligetur: Panor.Feli.Dec.in c.1.de fid.instrum.& ita aliquādo obtinui coram grauissimis referendarijs sereniss. Regis nostri: quod probatur ex notab.decisio.Affli.286.& tradit aliqua idē Afflic.in c.1.nu.31.& 42 fol.137.de prohib.feud.alien. Afflic.lib.1.constitu.rub.79.nu.27.& sequen.& Gome.in regu. de non tol.iur.quæsi.q.18.in quo D D.sibi ipsis repugnāt, quia hoc casu cōstat eos agere de nullitate ex iure positiuo nōobseruato: & tamen negant posse principē dispensare cū præiuditio tertij. Conducunt quæ de vitando incommodo tertij cumulat Felin.in c.causam quæ, nume 10.& nume.19. & nume.26. de rescrip.Ias.in l.fin.ex nu.19.ff.de constit.princ.Deci.cons.535 nu.8.melius ad propositum idem Dec.con.689.

14 Infertur contra plures vt satisfactio quā requirūt vbi aufertur quæsitū ex iure gentiū, non minus requiratur vbi aufertur quæsitū iure positiuo: & sic vtroq; casu necessaria sit æquiualēs satisfactio rei, quæ alicui absq; eius culpa aufertur: & ita generaliter intelligatur doctina g notab.Innoc.in c.nisi cùm pridem, col.1.in fi.vers.nos dicimus, de re nunc.cū traditis à Ias.in l. fin.nu.2.C.si cont.ius Felin.in d.c. quæ in ecclesiarū nu.28.Et notādum est φ Innoc.& alij loquuntur etiā vbi res aufertur ex causa iustissima: & ita Alex.cons. 151.nu.3.lib.6. & colligitur ex Bar.in l.fin.ff.de pignor.acti.tradit Anto.Burgen.in c.1.nu. 16.de emp.& vēd.Bertrā.cons.304.nu.4.lib.3.& eadē doctrina colligit ex glo.in l.Barbarius, verb.multo, ff.de offic. præto. & ibi Ias.copiose, nu.36.& Math.Afflic.in c.1.§.similiter, nu. 19.de capitan.qui cur.vend.qui omnes citāt tex.in l.venditor, §.si constat, ff.cōmu.prædio. ibi, *nō aliter hoc faciat nisi prius solitum salarium domino præstet:* quē tex.dicit meliorem de iure

g De qua vide etiam Pi ne.eund.in l. 1 iii . parte pag. 142.col. 4 c.de bo.mater,

Bar.inprohem.ff.n.5.& Ioan.Cerier de primogenitu.lib. 3.q. 7.nu.5.& Dec.in l.id quod nostrũ,ff.de reg.iur.de cuius tex. intellectu.agit Aymõ.de antiqui.4.par.nu.9.limitat autẽ Dec. cõs.520.nu. 10.Afflic.in prælud.constitut.q.4.nu.7.obligatio nem tamen satisfactionis multipliciter limitat idem Math. Af flic.in c.1.§.similiter, ex nu.24.de capi.vend.3.feud. fol.105. Qua in re vt dixi, idẽ dicendum est vbi aufertur quæsitum iure positiuo,cõtra plures sup.citatos,& cõtra Alex. consi.101.nu. 8.lib.1.quod tamen circa satisfactionẽ aliquando non seruari

h Quam sequitur Porc.ĩ §.fin.in fi.insti.de vsuc.

h inquit glo.in l.si locus.14.in fin. [h] ff.quemad.serui amit.

Ex quibus infertur ad intellectũ tex.in l.itẽ si verberatũ.15. §.1.ff. de rei vend.vbi I.C.Vlpianus loquens de agro militibus assignato,subdit,*modico (honoris)gratia possessori dato*. Inde enim iniquissimè colligebat Angel. Perus.absolutã potestatem principis ad auferendas res subditorum:quod improbat Fulgo.ibi & nos latius infra nu.26. Dum aũt tex.inquit *modico dato possessori:* intelligũt Alberi.& Bal.modicum ibi sufficere,neq; etiã id modicũ ibi necessarium fuisse eo quod res auferebatur.ex iusta causa in præmiũ militæ.Sed manifeste labuntur Alber.& Bal.quia ex prædictis cõstat verius & receptius esse iustã causã operari tantũ vt res domino auferatur,nõ vero excusare ab equiualenti satisfactione.Secundũ Bar.& Inno. & alios proximè citatos. inter quos sunt ijdẽ Bal.& Albe.& ita Bal.ĩ l.2.C.in quib.cau. ser.pro præm.liber.

Melius intelligebãt Cin.& Iac.relati à Bal.ibi , vt *modicum* ibi accipiatur provalore rei:quæ expositio colorem habet,quia possessori verosimiliter semper modicum videbitur,cùm res sibi aufertur,Sic etiam verbum illud *modicum* aliquando accipitur non pro paruo,vel pro eo quod minus iusto est, sed pro cõgruo & temperato,vt tradit Aulus Gellius lib.18.capitu.13.&

i Ad huius tex.uerã & facilẽ interpretationẽ uideto quę olim scripsimus li. i. obseruat. iur. ca. 2.& quod Iacob.Cuiac. adnotauit li. 2.obseruat.capi.9.

i Spiegel.in lexi.iur.Sed magis placet explicatio quã ad illa [i] verba sensit Andr.Iser.relatus ab Afflic.in c.1.§.similiter , n.19.in fine de capita.qui curi.vendi. vt scilicet I.C.ibi tantũ referat facti contingentiam: vere enim nihil ibi agitur de iusta satisfactione,nec intendit I.C.explicare, quid præstandum sit possessori,re ablata: aliudq; diuersum ibi tractat, vt constat ex littera. Et Iureconsulti aliquãdo in similibus speciebus referunt,nõ tantum quod iustè fit à principibus , sed etiam quod iniquè:ut ex eod.Vlpia.probauimus sup.nu.8.ad fin.

Nec omitto ad verba dicti §.ibi,*honoris gratia*.glo.Alber.& omnes

omnes ea referre ad dominum vel possessorem,quasi eis honor fiat, cùm non omninò gratis eis res aufertur. Quæ explicatio mihi nullatenus placet, quia satisfactio tunc iure debetur, vt supra probauimus, ideoq; modico, vel etiam iusto pretio dato non potest dici honor vel liberalitas:iuxta regulam l.fidei com missa.11.§.si rem ff. de lega.3.neq; aptè dicetur honor respectu
1 eius cui inuito res aufertur. Vnde 1 magis intelligerem ea verba adiecta ad declaranda præcedentia. Dixerat enim I.C.agrũ ablatũ possessori & militibus assignatum:tũc subdit id gratia honoris fieri, sentiens de causa honoris qui militibus fit:vt colligitur ex qualitate rei:& ex verbis eiusdem Vlpia.in l. Lucius. 11.ff.de euict.ibi, *veteranis in præmia assignatas*, cum explicatione Alcia.libr.1.parerg.cap.38.

1 Hæc interpretatio pareant manes eximii proculdubio iurifcõsulti uerborũ contextui reluctatur, & sniæ Vlpiani, atque adeo antiquitatũ historiæ refragatur, nã quis illam orationis seriem, ita præuerti & cõturbari posse consentiet quis agros ueteranis militibus uel præmii uel honoris cã assignari ignorat, ut vsque adeo præpostere illud fuerit memoriæ mãdã dum, tu pprie & simpliciter intellige qđ cũ ager iure belli a possessore intercipe ret, possessor honoris causa modicũ illius relictũ ẽ, & non totus fuit ablatus, quod sæpenumero fieri cõsueuisse recte

Infertur etiam bona ratio ad l.3.C.de testam. & l.ex imperfecto.24.ff.de leg.3.vbi Imp.& I.C.asserunt, ex imperfecto testamento principem legata vel hæreditatem capere non posse, nec debere:& sic contra DD.sup. citatos vides ibi principem non posse iustè frangere ius positiuum etiam cum pro se habebat voluntatẽ defuncti, quæ ex minus solenni dispositione probatur,vt in l.si ff.de reb.eor.quod eleganter notat Plinius iun. lib.2.epistol.ad Ammianum.Certum autem est solennia testamentorum esse de iure ciuili,vt receptum cum Bar.sup.diximus cap.præceden. Possetq; ad ea iura nouè assignari ratio ex hic deductis,quia in ea specie ex nullitate testamenti quæsitum est ius legitimis hæredibus,quibus iniuria fieret,si institutus vel legatarius tunc admitteretur,quod est contra plures in l.Gallus.§. & quid si tãtum:iniquè probantes opin.Pauli in l.cum hæredes. ff.de acqui.possess.& in l.3.nu.4.ff.de testam. arguentes ex differentia(superius à nobis damnata)inter ius gentium & ciuile. de quo & circa dominium latius scribo ad l. quoties, C. de rei vendicatio.

16 Infertur ex eisdem è contrariò, in testamento solemni vera ratio ad tex.in l.si testamentum.10.C.de testam. vbi perfectũ testamentum ex rescripto principis rescindi non potest, cuius rationem scriben. ibi communiter deducũt ex eo,quòd testandi substantia sit de iure gentium:& ita Couarru.lib.3.resolu.c. 6.nu.7.Dec.consi.403.nu.14.quæ ratio parum tuta est,& à remotis petita:uerior autem & iuri magis consentanea est,ne auferatur ius alicui ligitimè quæsitum,ut sentit Soci.nep.cõs.65. nu.3.& seq.lib.2.ne etiam uioletur iusta defuncti uoluntas con

monet ac p. bat Cuiac. lib. 2. obseruat. c. 9. eratque quõ nũ possessor hic, cui hoc agri modicũ honoris cã re lictum fuit, illud uero domino restitue re debet, quã uis reliquum quod ablatũ fuit, non tene atur, an ne hoc ẽt quem admodũ nec illud.

In Infertur ẽt similiter, nec illa terũ dominia quæ hæredibus p aditionẽ quæ runtur, posse principem tã etsi uelit auferre, uel a..ő dere, uel alio transdare, vt rectissime decidunt Alex. nu. 26 Areti. col. pen. 503. nu 24. Ruin. nu. ult. Galeaul ad fi. in l. Gallus. §. & quid si tantũ ff de lib. & po sth. quidquid nonnulli per peram contra rium eblandi antur.

tra l. 1. C. de sacrosan. eccles. & contra P. V. iuxta glo. notab. in l. Gallus. §. quid si is, uerbo, vtilitate, tex. optimus (licèt vulgaris) in l. vel negare, ff. quemad. test. aper.

17 Infertur etiam ad intellectum tex. in l. nec filio, ff. de natal. restitu. vbi I.C. inquit iniuriã fieri patrono vel eius filio, si princeps eis non consentientibus natalibus restituat eorum libertum, quia auferret eis ius patronatus, quod tamen à iure ciuili magis quàm à naturali est, vt bene expendit Fortun. in d. §. & quid si tantum, nu. 298. & ex illa l. tam aperte damnãte eo casu factum principis cum damno tertij, necessario ita explicari debet l. 2. cod. titu. vbi I.C. inquit, in eadem specie non facilè solere Imperatores quenquàm natalibus restituere nisi consentiente patrono: quæ verba bene explicat Fortun. vbi sup. malè autem eadem accepit Panor. (ab eo non relatus) consi. 84. col. 2. in fin. vers. secundo li. i. vbi d. l. 2. extollit ad iniquam sententiam, ut princeps auferre possit ius tertij: quasi I.C. senserit id iustè fieri posse, cum magis significet cõtrarium: idque apertius respondeat in d. l. penul. eod. ti tu. & eodem errore circa d. l. 2. labuntur plures & Feli. eos referens in c. cum olim. nu. 16. de re iud. deniq; d. l. 2. Est omnino explicanda iuxta ea quæ sup. deduximus n. 8. ad l. 2. §. si qs à principe, ff. ne qd in loc. pub.

18 Infertur similiter ad frequentes quęstiones circa uincula maioratus uel capellę (ut Hispani uocãt) & similia bona perpetuò familię reiecta, adiectis certis conditionibus & modo succedẽdi: uerius enim arbitror secundum iustitiam non posse principẽ derogare cõditionibus & modis ab instituẽte adiectis p iura & ratiões de qbus sup. reiecta inuestigatiõe DD. an dispositio sit de iure gẽtium, uel ciuili? Id autẽ maximè quãdo ex derogatione ius tertio quęsitum auferretur: licet contrarium inique et cauillose responderit Curt. iun. cõs. 1. nu. 20. et 22. et sequen. quem merito improbat D. Couarru. hãc doctrinam probãs li. 3. resolut. cap. 6. vbi respondendo declarat tex. in clement. quia contingit, ibi, *Salua sedis apostolicæ authoritate* de reli. domi. & tex. in l. legatũ, ff de administ. rer. ad ciui. pertin. & hęc opin. probatur magis ex d. l. legatum, §. 6. (quæ vulgo in contrarium male citatur) ff de vsufr. lega. vbi. I.C. agit de cõseruanda volũtate defuncti, saltim alio modo simili quando pręscriptus à testatore locum habere nequit: de quo agit Bar. ibi, & Marc. Baue. in §. impossibilis. Institu. de hæred. instit. Platea in l. vnic. C. de expens. ludor. Et vltra Couarru. iam cauebis à Grat. cons. 9. nu

171.lib.1.ubi sequitur responsum illud Curt.cauebis etiam à parisi.cons.4.nu.42.lib.1.ubi in eadem re sequitur d.cons.cur. Sed magis cauebis à Dec.cons.269.nu.7.col.4.& sequen. ubi iniquè in his asserit posse principem admittere aliquos contra tenorem antiquæ inuestituræ, excludendo eos qui ex illa uocabantur.

Hanc uerò partem confirmabis authoritate Dec.cons.537. nu.5.& in simili ex Bertran.quem refert & sequitur Tiraq.de retrac.lign.§.32.nu.42.& magis ex authoritate Math.de Affl. in terminis lib.3.constit.rub.24.nu.6.& ita in his sentit paris. (sibi contrarius)cons.22.nu49.lib.1. dicens non posse principem nocere eis qui ex inuestitura admittuntur: et ita Bal.aperte quem illi non citant in l.unic.col.pen.nu.31.C.quando non pet.par.Soci.nepos.cons.65.nu.3.et sequen.lib.2.

19 Ex quibus expeditius resultat, inferiorem à principe nihil in his facere posse ad mutandam legitimam uoluntatem defuncti, ut in relictis ad pios usus nulla mutatio fieri debet nisi authoritate summi pontificis, d.clem.quia contingit, et ibi not. decis.cap.Tolo. q.26.Fel.in c.cū accessissent,n.17.card.nu.4. in fi.et nu.19.de const.præpo.in c.uerū,nu.6.de cond.appos. tex.autem in d.Clemē.& DD. indistinctè loquuntur in uoluntate defuncti quæ semel uel nunquàm habuit executionem: non enim potest regulariter mutari, quicquid contra tentauerit Imol.in d.l.1.col.2.ff.de cōd.insti.et deterius Feli.id magis asserens in c.super his,col.2.ad fin.de accusa.et Hippol.sin. 194.et ita in bonis maioratus confirmabis quòd tradit Anto. Gome.in l.40.Tauri,nu.82.et 86.Sed mea sententia nec princeps,nec summus pontifex sine causa,instituentis uoluntati derogare possunt,maximè cum præiuditio tertij, ex multis sup. deductis & proximè deducendis:et ex Bar.in l.fi.C.si contr. ius.Et in praxi obseruabis ut quando agitur de relictis pijs,petatur dispensatio à summo pontifice:quando uero de maioratu uel relictis magis honoris et memoriæ quàm pijs, petatur à principe:ex DD.in d.clem.et in d.locis:et ita Bal.in c.1.colū. fin.nu.11.de alien.feud.

20 Infertur etiam ex sup.deductis, quo ad iustitiam et honestatem nihil facere, quòd princeps auferendo ius uel dominium alicui,utatur clausulis,*non obstante:ex certa scientia: proprio motu: de plenitudine potestatis:* quòd enim sine illis clausulis iustè facere nequit, ijsdem adiectis iniquum esse

non

non desinet: id enim ratio ostendit, id etiam euincunt iuris regulæ: verba enim rei veritatem non mutant, vt notissimum est: facitque in proposito doctrina tex. & Bar. in l. Seius. 27. ff. ad leg. falc. igitur clausulæ illæ tantum inducent maiorem significationem voluntatis aliosque effectus circa solennia in rescriptis exprimenda, vt per Dec. cons. 341. magis terrebunt & impellent iudices ad executionem, nō autem iustificabunt quod de se iniquum est, nec iustam potestatem principis augebunt, aduersus glo. & omnes inepte contradicentes in l. fi. C. si cont. ius: contra Paul. & alios in l. si testamentum, C. de testam. cōtra Bal. in l. fin. nu. 4. C. senten. rescin. non pos. contra Alex. consi. 216. nu. 16. lib. 2. & in l. si quis iniquum, §. is pro quo, nu. 6. ff. quòd quis. iur contra Curt. iun. d. consi. 1. nu. 26. contra Isern. & Afflic. nu. 12. & sequen. in c. 1. de prohib. feud. alie. p Federi. contra Feli. in c. nōnulli, nu. 8. de rescrip. cōtra Dec. consi. 269. col. 4. & seq. contra eundem cons. 390. nu. 13. & sequen. contra Alcia. reg. 3. pręsump. 11. contra Panor. cons. 84. col. 2. lib. 1. comprobaturque hæc traditio ex c. cùm ad monasterium, in fi. de sta. mona. ibi, *vt nec summus pontifex licentiam indulgere possit:* q verba elegāter explicat Couarru. in ca. 2. ad fi. de testā.

21 Infertur similiter ex prędictis verius dicendum contra plures, vt princeps non possit magis tollere defensionem parti in causis ciuilibus quàm in criminalibus. Item vt sicut DD. fatentur communiter, principem nō posse procedere inaudita parte in criminalibus, ita ēt in ciuilibus: vtrobique enim viget firmissima illa ratione ius tertio competens auferatur, item ne cui fiat iniusticia: vt meritò damnanda sit differentia quam in hoc inter causas criminales & pecuniarias malè constituit Bal. in l. 2. §. si pro quo, & ibi Ias. nu. 7. ff. quod quisque iur. & Curt. nimis commendans in repe. l. admonendi, nu. 327. quòd ex Bal. & Alber. refert & sequitur Math. Afflic. in c. 1. nu. 77. qui succes. tenean. lib. 1. feud. Idem Afflic. in lib. 1. consti. rub. 51. §. itē dura, nu. 3. & idem Afflic. decis. 391. nu. 9. & Paris. cons. 2. nu. 157. lib. 2. & Feli. in varijs locis, vt eum & alios refert Hippol. in l. vnic. nu. 170. C. de rap. virg. & in pract. crimi. §. oportunè, nu. 61. & Dec. in rub. de appella. nu. 10. versi. sexto: ex quorum numero satis apparet id receptum esse. Sed ex sup. dictis nullo pacto sustineri potest, & manifestè repugnat alia recepta sententia quæ habet non posse principem etiam in causa ciuili citationem tollere, vt indistinctè notat Panor. in cap. cùm olim,

& ibi

& ibi late Feli.nu.12.de re iudi.ampliantes id, vt neque etiam de plenitudine potestatis: quòd vt verius & receptiùs tradit Anto.Capi.decis.69.nu.16.licèt Feli.variauerit,vt ibi refert, & late Hippol.in rep.l.de vnoquoque,ex nu.10.ff.de re iudi.licet aliqui variauerint,vt etiam ibi refert Alex.nu.12.& ita Curt. Sen.cons.49.nu.92.&seq.licèt ibi male videatur repetere differentiam inter causas criminales et ciuiles. Sed melius in omnibus hoc probat Soci.cons.110.nu.3.& nu.10.&seq. versi.sed præmissis,li.3. Qua in re DD.vt diuersa tradere videntur, vbi causa coram alio est discutienda:vel quando coram eodem principe:licet Hippol.non aduertat, quod colliges ex relatis ab eo & à Ias.in l.nec quicquàm nu.29.ff.de offi.procons. Maran.de ord.iudi.7.par.nu.10.pagina mihi.354. & tamen ad id requirunt causam in principe:& ita Anto.Nicel.concordat.52.in.7. fallen.quod intelligas in citatione ad noticiam iudicij & defensionem:secus autem de citatione ad audiendam sententiam, hæc enim authoritate principis facile tolli potest,licet vtroque iure vt necessaria tradatur:ita Anto.Capic.decis.1.nu.36.& vltra eum ex Bal.notat eleganter Deci.in cap.ex parte, 2.col.7. vers.& ista limitatio,de offi.deleg.

21 Neq; difficultatē faciunt iura quę loquūtur de cā à principe cōmissa,cū clausula appellatione remota,maximè tex. in l.1.§. interū,ff.à quib.appel.nō lic.vbi Bar.&Imol.late,& latius Phi. Fran.in c.pastor.de appel.Feli.& Rip.in c.1.de rescr.quæ iura ēt in causis criminalibus necessario intelligi debent ex prędictis contra Dec.in d.rub.de appel.col.6.nu.10.vers.sexto.Hipp.in d.§.oportunè,nu.60.cum seq. putantes cām criminalem non posse committi appellatione remota.Cōtra quos est generalis litera d.§.interdū, iuncta vulgari regula l.de precio,ff.de publi. & magis ex tex.in l.1.§.pen.ff.de aleæ lus.nec facile admitti debet differētia inter cās ciuiles & criminales,cū æquari soleāt,ut ex Bar.& pluribus deduxi in commenta.l.1. C. de bon.mater. carta.124.col.1.& notat Alex.in l.2.nu.8.ff.de re iud.Et apud Lusitanos habetur ea æquiparatio Ord.lib.5.titu. 1.ad fin.& in extrauan.ord.iudi.& deniqueante & post d.§.interdum,loquuntur I.C.de causis criminalibus, vt l.non tantum ff.de appell.l.1.ff.quan. apell.sit.l.1.ff.nihil nou.appel.pen.Sic igitur intelligi debet tex.in d.§.interdum.

Dixi ea iura loquentia de appellatione remota non obstare,nec ex ijs probari,defensionē à principe tolli posse:D.D. au

tem

tem anxiè laborantes tandem respondent, distinguendum esse inter defensionē naturalē & ciuilē quasi appellatio sit defensio ciuilis, ideoq; a principe tollatur, vt resoluit Imo. in d. §. inter dum col. 14. Felin. & Dec. in d. rub. de appel. iidem Fel. & Deci. nu. 3. in c. 1. de rescri. Maran. de ord. iudi. 6. par. n. 319. pag. mihi 631. de quo melius agit. Coua. in q. pra. c. 24. n. 6. char. 114.

Quæ conciliatio & distinctio parum tuta est, cum ex sup. dictis constet etiam defensionem iuris ciuilis non posse iustè à principe tolli: vnde verius dicendum videtur, appellationem propriè non esse defensionem: & ideò remota appellatione nō tollitur defensio, quæ propriè ē vt reus plenè audiatur & ei iustitia fiat, iuxta Clem. pastoralis, de re iudic. An autem sint plures instantiæ seu plura tribunalia, merè arbitrarium est, nec respicit iustitiam causæ: nemo enim scire potest an rectius in prima instantia vel in secunda iudicetur, vt bene videtur aduertere Rebuf. in. 1. tom. ad H. Gall. pag 308. nu. 35. atque ita constat, remota appellatione non tolli defensionem naturalem, neque ciuilem: constat item non fuisse tam anxiè à D. D. laborandum circa eam obiectionem.

23 Non tamen negauerim ex duobus iniquis iniquius esse defensionem tollere in criminalibus, putarem etiam (aliqualiter saluādo traditionem DD) leui ex causa posse principem tollere aliquas exceptiones dilatorias parui momenti, non respicientes merita causæ, pro vt exceptionem procuratoriam militis vel fœminæ, vel exceptionem feriarum: arg. tex. in l. si fide iussor, 29. §. quædam. ff. mand. per quem hoc not. Bal. in c. cum venissent, in fin. de test ib. & Ias. in l. pactum inter hæredem, nu. 17. ff. de pact. Secus autem in exceptione peremptoria quæ à principe tolli non potest, l. causas, C. de transac. idemque in exceptione pacti de non petendo ad tempus, quia continet inter esse notabile quæsitū ex gl. in d. §. quædam, iunctis sup. dictis: idemque verius puto in exceptione ordinis, vt scilicet prius alter excutiatur: continet enim iuris beneficium magni momenti, quod nemini auferri debet, iuxta sup. deducta, & regul. l. 4. §. si quis condemnatus, ff. de re iudic. quod alibi pleniùs trado contra quàmplures malè intelligentes glo. l. si mancipium, §. 1. ff. de euictio. Sic verius puto separandam esse recusationem ab appellatione, difficilius enim tolletur recusatio: & regulariter non poterit princeps committere causam remota recusatione, ne per obliquum iustitia euertatur: cōtra plures DD. æquantes appella

appellationē & recusationē,quos refert Hipp.sing.292.& Præ pos.in c. postremo de appell. Melius tractat Dec.in c.ad hæc, col.fin.de rescrip.& in c.cum inter,nu.11.de excep.

Concederē etiam DD.posse principem facillime dispensare circa dilationes ,ex notat.à.Dec.in d.c.cum sit Romana ,nu.4. de appel.Cauendum autē est ab eod.Dec.& multis alibi periculose.tradentibus principem posse tollere defensiones , vt Dec. not.in c.ex parte 2.col.3.in vlti.notab.nu.4.de offic.deleg. & DD. in l.3.§.si is pro quo, ff.quod quisque iur.id male deducentes ex illis iurib.ibi,quæ(si bene expendantur(cōtrariū probāt.

24 Infertur tandem omnino reijciendam & exterminandam esse inhumanam illam multorum traditionem, cum principi tribuunt plenissimam vel absolutam potestatem , eam ab ordinaria distinguētes,vt ex illa omnia posit,vtq; facta mentione talis potestatis nulla exceptio obijci valeat:quod inter alios acerbius scripsit Ange.in l.item si verberatum.§.1.ff.de rei vendic. Panor.cōsi.84.lib.1.Bal.in l. 2.col.6.n.39.C.de seruit. & aqu. Alex.consi.216.n.24.lib.2.Dec.plures referēs consi.269.col. 4.vers.& etiā.idem Dec.cons.498.nu.24.cum sequen.Hippol. in repet.l.de vnoquoq;.nu.16.Afflic.in c 1.§.similiter, nu.42. de cap.q cur.vend.in 3.feu.Anto.Capi.decis.166.nu.10. Gozadi.cons.5.nu.25.& sequen. Ias.cons.107.col.2.lib.4.Castal. in tracta. de Impe.quæstione.98.&copiosius quest.110.

In quo scribētes ipsi mirè variant aliq prorsus improbantes vt infra:alij intelligentes eam absolutam potestatem dū modo princeps læsionem resarciat:& ita Dec.in c.quæ in ecclesiarū nu.25 de const t.Cagno.in prohæm.ff.nu.42.& ita communē opin.procedere inquit Bellon.cons.2.nu.9.Alij distinguūt inter magnum & modicū damnum, vt tanquam receptius videtur tradere Alex.in l.2.§.is pro quo , nu.7.ff.quod quisq; iur. Alij vacillant,vt Ias.in l.Barbarius nu.35.ff.de offi.præt.quæ DD. varietas satis indicat nō veram nec tutam esse hanc suam traditionem de absoluta potestate.

Antequam vero tota ea traditio damnetur,aduerto contra Alex.iniustitiam non cessare etiam in modicis:vt in l.&in maioribus,C.de appella.Similiter aduerto contra Dec.Cagn.Bellon.non cessare eandem iniustitiam si absq; iusta causa princeps auferat alicui inuito rem,licet eius valorem soluat ; iam enim ex violentia libertatem tollit,iniuriamq;infert,contra tex.in l. extat,ff.quod me.cau.nō leue enim interesse voluntatis censet

arg.

argu.tex.in l.fin.ff.de vsu & habit. quem not.Bar.in l.si filius qui patri,nu.4.ff.de vulg.glo.& Paul.in l.cum seruus ff.de con dic.ob caus.optima glo.in l.quamuis melius.9.ff.de vsuf.Alex. consi.55.in fin.lib.2.idq;probari satis videtur ex sacra pagina li.3.Reg.ubi nec data pecunia Regi licuit subditi vineam occu pare nisi eo cõsentiente& vis illata acerrimè à Deo punita fuit.

25. Generaliter autem absolutę potestatis nomen iuri cõtrariũ & omnino à iureconsultis ablegandũ,rectè & eleganter tradit Couarru.d.lib.3.resolut.cap.6.col.8.cum ad iuris tractationẽ nihil pertineat quod princeps vi & terrore potestatis facere potest:& vltra Couarru.idem inquit Molin.ad Dec.in d.c.quæ in ecclesiarũ,litera.t.& ante eos Fortu.in l.Gallus,§.& quid si tantum,nu.290.vers.ego verò,& nu.301.& sequen.& nu.311. vbi eam potius appellat plenam peccandi potestatem:& ita in principe absolutam eam potestatem negat Alcia.in l.censere. cxi.ff.de verb.sign.idẽ etiam satis colligitur ex Bar.in l.fin.nu. 2.ad fin.C.si cont.ius:ibi,*deus non dedit eis iurisdictionem pec candi nec auferendi alienũ*:quod etiam colligitur ex eod.Bar. in prohæm.ff.& ibi Alber.nu.12.in fin.cum sequen.idẽ aperte tradit Afflic.lib.1.constit.rub.40.nu.5.Imo ex potestate abso luta magis diceretur tyrãnus,vt sentit Corras.in reper.l.frater à fratre,nu.71 ff.de condic.indeb.q debuit citare bonam glo. in clem.1.de Baptis.vbi loquitur de principatu & tyrannide: quã no.Io.Imo.in rub.ff de ver.ob.col.4.idẽ notab.probat Bal. in l.decernimus,nu.3.C.de sacros.ecc.& alibi dicit Bal.in l.Emi lius,col.fin.ff.de minor.*magnus ẽ Cæsar,sed maior ratio et ueri tas*:et Afflic.lib.1.consti.rub.51.§.item dura ad finem fol.127. Nec.DD. sibi constãt cum ex vsu talis potestatis trãdunt prin cipem grauiter Peccare.vt agnoscũt Bal. in d.l.2.& plures iam citati,& ex Iser. & Innocen.tradit Capic.decis.166.nu.12.ea q; potestas absoluta in bonis subditorum nõ Christiani princi pis sed Turcarum tyranni esset,vt tradit D.Soto lib 4. de iusti. & iur.quæst.4.arti.1.col.4.

a Adde eundem Bal.in c. filii nati.nu.2 si de feu.fuer. cõtr.inter do min. & agna. in usib. feud. ubi inquit prin cipes, qui res huiuscemodi affectunt, in humanos esse & pecudi com parandos.

Eleganter etiam hoc probat Cicero lib.3.offic.ibi, *nulla no bis cum tyrannis societas,sed potius summa distractio est*:Idem Ci cero.3.de legib.de simili potestate ait,*mihi quidem pestifera vi detur, quippe quæ in seditionẽ nata sit*. Similiter Aristo.3.polit. c.12.secundum versionem Perionij,*nunc de absoluta regia po testate,in qua ex libidine sua Rex gerit administratq; omnia* Sci tè autem & eleganter Regis & Tyranni discrimen describit idẽ

Aristo.lib.5. cap. 10. & inter alia subdit, *Est Tyranno voluptas proposita, Regi honestas.* huc spectat grauis Salustij sententia *in* o *maxima fortuna minima debet esse licētia:* Alia præterea Arist. aurea sententia, d.lib.5. polit.capi.11. *quo minor potestas eorum est qui imperant, eo diuturnius stabiliusq; stat imperium:* & inferiùs, *vna ratio euertendi regni in eo posita est, si imperiū ad tirrānidem accesserit:* huc etiam pertinet Ennij carmen. *Tellitur è medio sapientia, vi geritur res.* quod refert Lactanc. de iustitia ca.1. & omnino menti commendanda sunt quæ idem Lactan. tradit, d.lib.cap.6.& cap. 9. *Et iustitię proprium est alienum non attingere:* vt ex Carneade refert idem Lactan. cap.17.et Plato, dialog.1.de Repub.vel de iusto inquit, *neq; boni lædere est sed eius contrarij,* & statim, *non igitur iusti opus est nocere amico vel alteri cuiquàm, sed contrarij eius iniusti & dialo.9.constat nullā ciuitatem tyrānide pressa esse miseriorem nullamq; Rege gubernata beatiorē esse.* Quibus verbis significat Plato, Regis nomen iusto tātum congruere: Sed & D. Augustin.de Ciuit.Dei, lib.4 cap 4. grauiter inquit, *remota iusticia quid sunt regna nisi magna latrocinia?* & beat.Grego.in regis. *Summum in regibus bonū est iusticiam colere, & sua vnicuiq; seruare, in subiectos non sæuire, non sinere quod potestatis est fieri, sed quod æquum est custodire.* et Diuus Ambros.lib.5.epist. ad Valent. Imper. *hoc interest inter bonos & malos principes, quòd boni libertatem amant, seruitutem improbi.*

26 Ex proximè deductis & ex alijs de quibus in his illationibus, rectè expensis satis liquere videtur (quod in principio diximus) cùm alicui dominium vel ius suum aufertur, non tantum ius ciuile vel humanum scriptum offendi, sed etiam naturale & gentiū, imò & diuinum. quibus repugnat iniuria vel iniusticia.

Hoc autem quo ad ius naturale & gētium probatur ex I.C. in l.nam hoc natura, 14.vbi glo.citat concordantes, ff.de condi.indeb. cum ijs quæ dixi superius cap.præceden.ad l.1.ff de furt. *Idq;* ostendit reg.iuris in l.iure naturæ. 207.ff.de reg.iur. & ibi Dec.probatur etiam manifestè ex definitione iustitię, de qua Vlpian.in l.iustitia.10.ff de iusti.& iur.& Iustinia.in prin. *Institu.* eod. quatenus eam appellat perpetuam & constan- p tem in id, vt ius suum vnicuiq; tribuatur: p quasi ea lex ab initio creati orbis & natura ipsa semper fuerit: idem probat I.C.in l.3.ff.de iust.& iur.ibi, *cum inter nos cognationem quandam natura constituerit, cōsequens est hominem homini insidiari nefas esse.*

o Hanc eandem sententiā refert idē Pinel.ubi aliqua ad hanc materiā utilia adducit in l. 1.3.par.nu.67 in fi.C.de bo. mater.faciunt infra adducta nu.30.sed appositissime il la Terētii qua drant heaut. act.3 scen.4. ad fin. sed de mea hæc tu facito tecum animo cogites quā uos facillime agitis, quā estis maxime, potentes dites fortunati nobiles, tam maxime uos æquo animo æqua noscere oportet, si vultis periberi bonos.

p Aliud quæritur illis uerbis siquidem solum indicatur iustitiam habitum esse non affectionem hoc est stabilis quædā animi perfectio, qua cō stanter & perpetuo ius suū cuique tribuere uolumus, iustitia est, nō uero inconstans aliqua

ac temporis uoluntas seu affectio, ut ex Plat. Arist.& Cicer. multis in locis facile collectu existimo

Quod probat Balduin.Insti.de iust.& iur.ad fi.& non semel Cōnan. lib.1.cap.1.& 2.sola enim duce natura norunt omnes iniustum esse alterum lædere.Id etiam probat Budæ.in d.l.iustitia:hoc indicat ratio ipsa naturalis.Hoc satis probat D.August. de ciuita.Dei lib.19.cap.4.ibi, *Quid iustitia,cuius munus est sua cuiq; tribuere, vnde fit in ipso homine quidam ordo iustus naturæ.* Hoc probant Plato & Aristo.in locis citatis nu.præceden. speciatim verò celebratissima illa Platonis sententia asserentis hominem non vt sibi ipsi tantum,sed & vt alijs prosit,natum esse: vt refert D.Ambros.officior.lib.1.ca.28.idē probat D.Ambros. 1.officior.cap.46.& lib.3.cap.4.ibi, *naturam violat qui alteri nocet*, & ibi, *aduersus naturam est, aliena ambire*:probat etiam Aristo. 3.politic. cap.12. scribens Tyrannorum imperium & alia,quæ modum transcunt, naturalia non esse, sed magis repugnante natura fieri.

Eadem sententia magis probatur à Cicerone multis locis expressim verò lib.3.officior.ibi, *Neq; vero hoc solum natura id est iure gentium:sed etiam legibus populorum: quibus in singulis ciuitatibus Respub.continetur:eodem modo constitutum est vt non liceat sui commodi causa nocere alteri.Hoc enim spectant leges,hoc volunt,incolumem esse ciuium coniunctionem: quam qui dirimunt,eos morte,exilio,vinculis,dāno coercent:atq; hoc multo magis exigit ipsa naturæ ratio quæ est lex diuina & humana, cui parere qui velit(omnes autem parebunt, qui secundum naturam volunt viuere)nunquàm committet,vt alienum appetat, & id quod alteri detraxerit sibi assumat.Et proximè Detrahere autē alteri sui commodi causa,magis est contra naturā.* Id aperte ostendit Cicero ibidem subdens,*Ex quo efficitur,hominem obedientē naturæ homini nocere non posse:* Sed multo apertius & significātissimè,idem Cicero Paulò inferius dicens, *Quod si ita est:una continemur omnes lege naturæ:idq; ipsum si ita est, certe uiolare alterum,lege naturæ prohibetur.* Non potuit quod prætēdimus manifestius dici:Idem Cicero lib.3. de finib.pulchre officia & virtutem proficisci ab initijs naturæ probat:& lib.5. latiùs probans, quod retulimus ex I.C.in d.l.vt vim,esse natura inter homines coniunctionem quandam, vt alter alterum lædere nō debeat: idq; non semel iustitiæ proprium esse inquit multis elegātissimisq; verbis nempe suis, quę ibi legi possunt:id tamen refero quod ibi subdit,*Bonum appello quicquid secundum naturam est quod contra malum.* Idem Cicero lib.1.de legib.id sæpe significat

ficat,multis ostẽdẽs illã hominũ cõiũctionẽ quę inter oẽs firma esse deberet,si deprauatio consuetudinũ,si opinionũ vanitas animorum imbecillitatem non torqueret & flecteret:subdit ibidẽ Cicero. *Ita fit vt nulla sit omnino iustitia,si neq; natura est* & inferius, *Nos legem bonam à mala nulla alia nisi naturæ norma diuidere possumus.*& inferius: Est *enim virtus perfecta ratio, quod certe in natura est.* & deinde: *Quare cum bonum & malum natura iudicentur:& ea sint principia naturæ, certè honesta quoq; & turpia simili ratione iudicanda sunt.* Nec grauabor eiusdẽ Ciceronis verba lib.2.de legib.referre: *Erat enim ratio profecta à rerum natura & ad recta faciendum impellens, & à delicto reuocans, quæ non tunc demum incipit lex esse scripta,sed tunc cum orta est.* Ex quibus liquet quod prętendimus, & ex eisdem explicari potest quod inquit I.C.in l.seruus ea lege,ff.de seru.expor ibi, *beneficio hominem affici hominis interest.*

Ex eisdem verò manifestè sequitur quod secundum proponebam, auferre alicui ius suum repugnare iuri diuino rationiq; diuinæ legis,quod probatione non eget, maximè inter eos qui veram religionem colunt,cùm ex præcepto teneamur diligere proximum vt nos ipsos,& eius rem nec facto nec animo auferre,Math.22.ex sententia seruatoris nostri: *Omnia quæcunq; vultis ut faciant vobis homines, & uos facite illis,hæc est enim lex et prophetæ:* Math.7 Lucę.6.tradit D.Augusti.lib.19.de ciuit.Dei, cap.14. Abeant ergo qui iniquè aiunt principem auferẽdo rem alicui,scriptum & ciuile ius tantum offendere,non naturale nec diuinum, cum multo magis hęc uiolet:& consequenter retorquetur fundamentum quod nostros fefellit, qui cum agnoscũt non licere principi violare ius naturale uel diuinum,perpetuo id retinere debebant: dum alicui absque iusta causa res sua aufertur, quocunque iure sibi legitimè quęsita, quia semper in eo naturale ius & diuinum offenditur, vt manifestè constat ex prędictis.

27 Licet autem princeps superiorem in terris nõ habeat,necessaria fuit veritatis indagatio circa eius potestatem : Nec prædicta effectu carebunt, nisi principatus in tyrrannidem vertatur. Primò enim pars quę læditur ex rescripto rem suam ei auferẽte, audiri debebit ab eodem principe melius informando.Similiter eodem principe iustitiam negante poterit pars lęsa apud summum Pontificem conqueri.Sic etiam successor talis principis emendabit eius iniquitatem , & rescindet acta quæ emana-

runt ex rescripto vel iussu auferente parti rem suam: vt hoc bene & breuiter probat Fortun. in l. Gallus, §. & quid si tantum, nu. 305. deficiente enim iustitia apud potestatem secularem, oppressis succurri debet ab ecclesia & summo Pontifice, ca. licet, c. ex tenore, c. ex parte, de foro compe. insignis D. Nauarr. in c. nouit 3. nota. & 28. corol. & 6. nota. de iudi. & de successore reuocante iniquè factum ab antecessore, c. vno qui succe. ten. & ibi Afflic. nu. 49. & nu. 98.

28 Addo etiam facilius remedium, vt pars quæ leditur ex tali rescripto, obijciat iniustitiam rescripti, & lęsionem iuris sui: ita. n. impediet executionem iniqui iussus, iuxta c. si quādo. de rescri. & l. si vendicari, C. de pœn. quam. l. extollit Ias. in l. debitoribus, col fin. in princ. ff. de re iud. Zas. in l. cunctos populos, 2. lectu. nu. 12. C. de summ. trinit. Dec. in c. cùm teneamur, nu. 3. & sequen. de præbē. Dec. in l. quicquid calore, in fin. & ibi Cagnol. ff. de regu. iur. Hippol. in l. 1. §. si quis vltro, n. 46. ff. de quæstio.

Hoc autem generalius & utilius probatur ex responso Constan. in l. 4. C. si contra ius. cuius aurea uerba habēt, *Et si non cognitio sed executio mandetur, de veritate precum inquiri oportet ut si fraus interuenerit, de omni negocio cognoscatur*. Vult igitur lex, ut quāuis in rescripto committatur executio, audiri debeat pars obijciens uitium aliquod precum seu informationis: ut ita executio impediatur, & Iudex cui committebatur executio, cognoscet etiam de impedimentis & obiectionibus aduersus rescriptum: & ad hoc illam l. dicit singularem, & se alibi nescire in utroq; iure, Ias. ibi ante nu. 1. cui adde bonū tex. (cuius nec glo. nec alij ibi meminerunt) in l. 1. in. 2. parte C. de dilatio. Nec cōtra rescripta negatur audientia in Lusitania à grauissimis referendarijs, qui ad principis latus iustitiæ pręsunt: de quibus habetur lib. primo. ordin. titul. 3.

☞ Vera autem & propria ratio d. l. & si non cognitio, ex mente Paul. Cast. ibi, deducenda est ex doctrina l. meminerint, C. unde vi: ne scilicet ex rescripto uel iussu principis parte inaudita, sequatur iniuria: ideoq; diuersum est ubi post causam cognitam & discussam committeretur executio, secundum scribē. Et in specie Paul. Castr. in l. si prętor, nu. 8. ff. de iudic. Non autem petenda est ratio ad d. l. ex regula l. 2. ff. de iurisd. omni. iud. nā & uerba & forsan mens principis solam executionem respiciebant: ratio tamen & æquitas iuris id restringit: atq; ideò nō uidetur recte aduertisse Bar. in l. à diuo Pio, nu. 4. ff. de re iud. dū

d.l.assignat rationem ex reg.d.l.2.licèt cum Bar. transeant cęteri,& Panor.in cap.de cętero,de re iudic.

29 Infertur ex sup.dictis ad frequētissimam periculosamq; plurimorum traditionem, qua indistinctè dici solet Papam habere liberam & absolutam potestatem ad libitum in beneficialibus,in quibus domini Canonistę,& cum eis nostri,apertè tradunt, non requiri causam ad prouidendum nec ad reuocādum & maximam summi Pontificis potestatem specialiter ampliorem faciunt in beneficialibus:ut tradit Feli.inc.quæ in ecclesiarum,nu.40.& ibi Dec.nu.26.qui citant. innumeros ad eam absolutissimam potestatem dandi & auferendi beneficia & Episcopatus absq; causa uel satisfactione: & hoc ut receptissimum tradit Ripa lib.2.respons.cap.19.nu.5.& Gome.in regu.de nō toll.iur.quęsi.q.i.col.3.uers.nam in beneficialibus: Ias.in l.Barbarius,nu.43.ff.de offic.pręt.Barba.de præstā.Cardi.q.1.n.14 Bal.in l.rescripta,nu.7.ad fin.C.de preci.imper.offer.Gigas de pēsion.q.10.nu.4.& q.37.col.1.Soci.cons.13.nu.34.lib.2.Selua de benefic.2.par.q.1.nu.42.Citant omnes ad eam cōclusionem.c.2.de preb.in.6.& clem.1.in fi.vt lite pend.Plures etiam arguunt ad hoc ex eo quod beneficia sint ordinata iure positiuo vt per Gig.d.q.37.nu.4. Alcia.reg.3.pręsump.8.q. nu.2. Cazialup.de pens.q.19.nu.30.& Ripa in d.c.Et inde inferunt illud de potestate priuandi à beneficijs & Episcopatu,cum glo. c.fin.9.q.3.quam vt receptam extollit Ias.in d.l.Barbarius nu. 43.Gigas de pensio.q.10.nu.7.et alij de quibus sup. & relati à Feli.in d.c.quæ in ecclesiarū,nu.42.Similiter inferunt quod in beneficialibus potest Papa procedere parte non citata nec audita,Panor.in c.inter quatuor, de maior.& obedi.Selua.de benefic.d.2.part.q.1.nu.43.Paris.cons.5.nu.85.& nu.111.lib. 4.Gig.d.q.37.nu.3.& hoc ex præcedēti sequeretur,iuxta reg.l. qui potest inuitis,27.ff.de reg.iur.

30 Sed hæc quæ receptissima multis videntur à non paucis improbantur:in primis verò incidit duplex inspectio , prior circa prouisionem beneficiorum:altera circa priuationem:In prouisione beneficiorū procedere videntur d.c.& d.cle.dū asserūt habere summū Pontificē plenissimā potestatē: idq; sonat verbū *disponere*, quo illa iura vtuntur. Et in electione seu prouisione eadē iura explicat D.Soto,de iust.& iur.li.3.q.6.art.2.pag.260 col.2.vt verba plenissimę potestatis tantū significent nō esse in terris ei superiorem:Addo tex.in c.patet,& c.nemo iudicabit,

& c.fac.9.q.3.nemo enim de factis summi Pôtificis iudicare potest,vt ibi:Si autem Papa iniustè prouideret,præferendo indignos & malè consulendo ecclesijs, id esset contra dictamen & rationem naturalis & diuini iuris, secundum sup.tradita: quæ iuuantur ex glo.in l.penult.ff.de hæred. instit. quòd maior dignitas & eminentior qualitas personæ,minorem licentiam prę stat ad iniqua:& ibi not.Bal.& bonus tex.in cap.homo Cristianus,& in ca.si papa,40.distin.Sic.D.Ambros.de dign.sacer.q c. 3.q.4.*magna sublimitas magnam debet habere cautelam:honor grandis grandiori debet sollicitudine circumuallari:Cui plus creditur plus ab eo exigitur*. Plenitudo ergo potestatis & libera potestas. S.P. in beneficialibus respicit facultatem illam conferendi vt sibi placuerit, cum nemo ei contra ire valeat, non autem vt illicita prouisio desinat esse iniusta: Sicut in concessionibus principum circa honores & officia in Repub.Libera etiam potestas in illis iuribus dicetur, quia ab alio non pendet,nec alium spectat.arg.l.1.C.de sacrosa. eccle.cum alijs quæ adduci possent: Quæ consideratio aliqualiter etiam viget ad priuandum & reuocandum:solus enim Papa ex causa potest,vt notabiliter deducit Panor.q.1.col.7.vers.ex quibus: & ita illa iura melius intelligentur quã per Rip.in rub.de côstit. nu.15. Et circa pdicta ad d.cle.& d.c.ne verba illa amplissimæ potestatis,inducere possint vt iniustum iustificetur obstante dictamine & ratione naturalis & diuini iuris: vltra iam citata cô ducunt quæ egregiè tradit in hæc verba Cicero libro 1.de leg. *quòd si tanta potestas est stultorum sententijs atque iussis, vt eorum suffragijs rerum natura vertatur, cur non sanciunt ut quæ mala perniciosaque sunt, habeantur pro bonis & salutaribus?* Et hoc est quòd sentit tex.in.§.sed naturalia,Institu.de iur.natu.

q Appositum profecto atq; apprime accômodatũ hanc in rẽ Macronis consilium quo frustra obturatas im piissimi cai aures sic pstringere solitus fertur,non decet te aliis in audiendo, spectandoque & usu cæterorũ sensuum esse similem, sed tãtum debes in rõne uiuendi excellere quanto eminentiorem te fortuna constituit.

Altera inspectio est circa priuationem & reuocationẽ, in qua tutius videtur(salua correctione Sanctę Romanę ecclesiæ)contra glo.& innumeros sup.relatos.vt summus Pontifex non possit sine iusta causa priuare quem Episcopatu vel beneficio canonicè obtẽto,nec id sacrosanctam,maximamq; quæ in terris potestatem S.P.minuit: quod satis probatur ex sup. traditis circa principes & subditos,etiam in ijs quæ ab ipsis principibus donata fuerunt:facit tex.in l.5.C.de reuoc.donat.Et hanc veriorem sententiam probant multi,inter quos Cardi.relatus à Feli. in d.c.quæ in ecclesiarum,nu.42.vers.sed dominus:& idem sequitur ibi Feli.alios referens,tandemque id dicit receptius nu.

43.ibi, *& communiter dicitur*. & hoc vult Bal.(sibi ex more cõtrarius) in c.1.nu.1.versi.& est arg.de natu.feud. Hoc etiam manifestè probat in beneficialibus & Episcopatu Innocen. in ca. nisi cum pridem, col.1.in fin.vers nos dicimus, de renunc. in ijs etiam exigens in priuatione causam & satisfactionem. Et ita eruditè & copiose consuluit Roma.cons.3 35.& copiosius Panor. omnino venditus, in d.q.1.quos sequitur Ioa. Cerier, in tracta.de primogen.lib.3.q.7.nu.15.vbi alios refert:& ita dixit Isern.quem refert & sequitur Molin.ad Dec.in d.c.quę in ecclesiarum, litera.v.idem ad Alex.cons.101. nu.6.lib.7. Et in priuatione vel reuocatione ita respondebat Barba. quem sequitur Gomè.(sibi repugnans) in d.reg. de non toll.iur. quæsi.ca dem.q.1.vers.*putrarem*:idem sentit apertè D.Soto, vbi sup. & Cosmas in.1.par.fo.172.& nemine ex his relato ita securè scribit probus ad Monach.in d.c.2.de præben.in 6.nu.1.

Pars hæc verior & omni iuri consentanea, probatur iudicio ex vulgari.c.1.de cau.pos.& propr.vbi summus Pontifex fatetur se non posse procedere contra aliquem inauditum: nec eũ spoliare, c.nos in quemquàm, 2.q.1.quæ iura & similia, si cum iuditio expendantur, principaliter ad quæstiones beneficiales applicanda sunt: De his enim frequenter agitur in decretalib. & decisionib.iuris canonici: hoc suadet honestas, euincitque vtilitas & quies ecclesiæ, quæ ex contrario quotidie turbaretur: vt merito damnanda sint quę plures sup.relati tradebant & à multis cauendum sit qui in beneficial.bus receptissimum putant posse Papam ad libitum priuare & reuocare.

Ex eisdẽ vltimò (pro nunc) infertur ad officia concessa à principe ad vitam vel ad certum tempus, videtur enim tutius & magis iuri consentaneum, vt sine iusta causa ante tempus auferri nequeant: secundum sup.deducta, quæ hoc de iure euincunt: plures enim contradicentes (statim allegandi) principaliter argumentantur de beneficijs ad officia, quasi indubitatum præsupponentes, posse summum Pontificem priuare & reuocare ad libitum in beneficialibus. Et eo argumento de beneficijs ad officia vtitur Socin.cons.53.lib.3.Dec.in l.fin.nu.3.C.de pact.

☞ Sed ex proximè deductis in beneficialibus iam retorquetur argumentatio DD.& verius videtur in officijs et dignitatibus secularibus non posse quem absq; culpa priuari ante tempus: Licèt contrariũ scripserit Bal.in l.rescripta C.de preci.imp.offer. & ex eo & Fab.idtradat Ioan.Lup.de Palac.ruu.in princ.suæ

repet.de dona.inter vir.et vxo.nu.7.et Hispan.Xuar.allega.12 fol.penult.& vlt.& vltra eos tradit Math.Afflic.in c.1.verb.potestas,nu.14.quæ sint rega.lib.3. feud.qui tamē loquitur tãtū in iurisdictionibus:etThom.deci.46.nu.2.ad quod etiã Alber. Brun.Paul.Castr.refert Boer.decis.149.nu.10.vbi in ea q.hoc proposuit. Sed inuolutè tractat nec se explicat: & idem sentit Benedic.in c.Raynutius,verb.duas nu.37.dum tantum excipit casum officij pecunia concessi: ex Bal.in l.qui se patris C.unde lib.& alijs quos citat: tunc enim est contractus qui principem ligat ex Panor.in c.nouit nu.25.& ibi Felin.nu.9.de iudi.Alc. cõs.ultim.nu.20.lib.4.Anto.Capic.deci.121.& illud de cõcessione per pecuniã, probat Paul.Castr. in rubr.C.de Iusti.cod. confir.nu.6.Idem Paul.Castr.in l.digna vox.nu me.6.C.de legi.Afflic.decis.128.nu.10.Pala.in d.rub.§.50.nu.5.Dec.cõsi. 292.nu.7.Idem Dec.consi.390.nu.7.Rubeus in rep.§.quidam recte l.Gallus.col.fin.nu.211.

r Et ita limitabitur magnus rigor Ordinationis [r] apud Lusitanos lib.1.titu.76.q in omnibus officijs habet posse ea libere à principe auferri: vt scilicet non procedat in ijs quæ non gratis sed pretio conceduntur: quod tamen in Lusitania fieri non solet frequenter autē in alijs regnis. Et communiter id limitatur ne procedat in officijs cõcessis ob seruitia &,benemerita secundū

ſ Afflic.in d.tit.quæ sint regal.§.potestas,nu.23.& in c.1.nu.24 de natu. feud.Capic.d.decis.121.nu.15. & sequen. Hispanus Xuar.alleg.9.pag.3.versi.primo Soci.cons.58.nu.9 lib.1.pbat Bal.in l.si cū mihi ff.de dolo Pala.in rub.§.50.Feli.in c.nouit. nu.12.de iudic.Tiraq.in l.si unquam verbo donatione,nu.13. Sed hoc de remuneratione tutū sæpe non est,& lõgè aliter resolui debet,vt plenissime & vere contra DD.scripsi,in cõmentar.l.1.in 3,par.C.de bon.mater.

Hæc omnia magni momenti exactissime deducta, & quæ sæpissime Reipub.conducere poterunt, doctis & caudidis gratissima fore speramus, quod si delicati quidam & liuidi fortasse notent prolixius tractatum fuisse, quod obiter incidit, per me licebit semper eis momos agere,& veneris sandaliū (vt libuerit) calumniari.

r Hęc sane ordin.hoc nõ probare uidetur sed tantū ubi is cui officiū concessum fuit aliqua culpa contracta illud, demeritus est aut alia sane iusta cã illum princeps officio priuat ut ex tota.l.melius pcipies. ea tamē in re rigida lex illa est dūx generaliter satisfactionē negat ne hoc casu neganda uideatur.

ſ Hos &alios ad idē refert idem Pine.in l.i.3.par.pag. 121.colum.2. uersi.infertur 26.C.de bon. mat.ubi tamē ipse merita non pensi haberi contendit cū multis quãuis loquatur illic cum ex cã prīceps reuocat hic aūt cū sine aliqua cã,quo ca su limitatiõe hac licet non admodū iuri consentanea, mitigandus ē & ordin & cõmunis opinionis rigor.

CAPVT III.

SVMMARIVM.

1 *Vltra iam tradita circa l.1.ff.de cont.emp. explicantur uerba d.l.in 1.par. in qua I.C.tradit fundamẽtalia huius contractus.*

2 *Explicatur quid sit perpetua æstimatio, apud.I. C. in d.l.i.reiecta expositione glo.*

3 *Quid sit apud I.C.in eodẽ loco, æqualitas quantitatis reiecta expositione* Fulgo.

4 *Agitur de aliis uerbis I.C.in eadẽ l.1.circa publicam pecuniæ formam, & infertur ad alias ll.nu.5.*

6 *Agitur de aliis uerbis d.l.circa usum & dominium, quorum meminit I.C.loquens de pecunia.*

7 *Agitur de aliis uerbis d.l.1.contra Budæũ, & resoluitur cur pecunia uel nummus magis dicatur ex forma & quantitate, quam ex substantia vel materia.*

8 *Explicatur glo.in d.l.1.contra aliquos, & declaratur quæ sit iusta causa constituendi maiorem pecuniæ valorem.*

9 *Infertur ad aliqua utilia, & tractantur quæstiones glo.& Bar.an recipiens maßam auri uel argenti satisfaciat soluendo pecuniam usq; ad nu.12.per totum.*

13 *Sustinetur quædam interpretatio Duaren.contra nouiß.Robertũ*

14 *Ostenditur contra aliquos, debitorem pecuniæ non satisfacere soluendo uel præstando maßam auri uel argenti.*

15 *Explicatur quę conuentio resultet ex datione unius monetæ pro alia, ut sæpe fit cum campsoribus.*

16 *Sustinetur contra communem opinio Hier.Butig.ut debitor soluere poßit in diuersa pecunia & diuersi metalli & explicatur Ordinatio apud Lusitanos: & nu.17.*

18 *Agitur de intellectu l.si ita 43.& l.grecè.§.si stichum ff.de fideiuß.& an pro debitore frumenti uel alterius rei ualeat fideiussio in pecunia, & nu.19.& 20.*

21 *Tractatur, quod tempus attendi debeat circa ualorem & æstimationem pecuniæ.& de intellectu.l.cum certum.10.ff. de auro & argen leg.contra glo.& omnes.& nu.22.*

23 *Ad proxima adducitur & explicatur aliqualiter l.si ita 8. & eius regula.ff.de aur.& arg.leg.& nu.24.ad contractus.*

25 De precio quod uenditionem inducere solet, *& in eo aliqua contra uulgares traditiones, & nu.26.& 27.*

CA-

CAPVT TERTIVM.




Crepiùs ad materiam emptionis & venditionis fundamentalia sunt verba I.C.in l. 1.ff.de contrah.empt.& vltra iam dicta superius in primo capite,necessaria videtur specialior explicatio aliorum verborum I.C.ibi.*Sed quia non semper nec facile concurrebat, vt cum tu haberes,quod ego desiderarem: inuicem ego haberem,quod tu accipere velles:electa materia est,cuius publica ac perpetua æstimatio difficultatibus permutationum,æqualitate quantitatis subueniret.Eaque materia forma publica percussa, usum dominiumque non tam ex substantia præbet quàm ex quãtitate:nec vltra merx vtrumque est sed alterum pretium vocatur.*

1 Ex his verbis Pauli I.C.multa resultãt fundamẽtalia ad cognitionem huius contractus: glo.autem in verb.*materia* exponit *auri vel argenti*:sentiens pecuniam fuisse prius pretiosiori metallo percussam,quod apertiùs dixit gl.in rub.C.de uete.nũmis.potes.Is tamen sensus nec probabilis nec tutus est, nemo enim compertum habet,nec asserere potest, quo metallo prius formatus fuerit nummus:ut ex Plinio & Polidor.diximus supra i.cap.nu. 27.& tradit Molin.in lib.de commer.q.100. nu.795. imò ex eod.Plin.saltim apud Romanos pro comperto habetur,prius in usu fuisse pecunia ǽreã, quã aureã uel argenteã, & tradit Tiraq. lib.de retra.lign.§.1.glo.20.nu.9. & Corras.li.3. a miscel.cap.13.nu.2. [a] nec ullatenus contrarium probatum l. ult.C.de uete.nummis.potes.quicquid malè citetur à gl. in rubr.eiusdem titu.

a Ostendit,id apertissime Ouid. de fastis lib.i i hũc modũ canens (ut alios innumeros omittã) æra dabãt olim melius nunc emere in auro est,uictaque concessit prisca moneta nouæ.

2 Dum ait I.C.*publica ac perpetua æstimatio* glo.exponit,*ppetua* id est,generalis,quæ expositio nõ placet Fulg.ibi,non aliter tamen explicãti:mihi aũt displicet eo ꝙ I.C.ibi agit de sola pecunia,neq; ea uerba alijs rebus applicari possũt. Melius igitũ intelligẽda uidetur de pecuniæ ualore,qui fere sẽper ex põdere & qualitate metalli, æqualis est in oĩbus prouintijs l.iõ ff.de eo qd certo loco,ubi I.C.Caius hoc de pecunia dicit,diuersũ ꝗue de alijs rebus. Et rõ hoc cõprobat quia pecuniæ æstimatio ex pondere & materia est, ut usus indicat,& probat l. 1. (ubi Platea notat)C.de vete.nummis.potes.& ita in proposito accipietur uerbum illud,*perpetua*,aliter alibi, ut per glo.§.1. insti-

tu.



b tu. de satisda. tut. glo. plenior in l. 1. ff. pro soc. quàm extollit Barba. consi. penul. lib. 1.

b Tradunt & aliqua de hoc nomine non cõtemnenda Alex. nu. 2. & Rip. quoque nu. 2. Thom. Par. co 2. post alios ibi in l. 2. ff. solu. matri.

3 Inquit I.C. in eadem l. *æqualitate quantitatis*. quam vocem statim repetit, quę verba Fulgos. ibi exponit, ut ego prox ime exposui alia, de perpetua æstimatione. Mihi uero ea expositio non placet, ne. I.C. notetur de superfluitate incontinenti: sed magis, quia eadem uerba tantum respiciunt difficultates permutandi. non enim semper alius habebat quod alter optaret. Aptior igitur sensus uidetur, ut cum I.C. dixerit uenditionem originem habuisse a permutatione & propter difficultates permutandi inuentum fuisse nũmum, significet illis verbis, *æqualitate quantitatis*, quod usu uidemus, omnia per pecuniam æstimari, & per eam ad æqualitatem reduci in cõmercijs humanis, ut etiam significat I.C. in l. si ita 43 ff. de fideiussor.

4 Subdit I.C. uerba illa, *publica forma*. ex quibus colligebant aliqui secundum Alberi. quancunque ciuitatem uel Rempublicam absq; principis authoritate posse monetam cudere: sed illi male colligebant, quia uerba illa tantum respiciunt formam ipsius monetæ, quæ forma publica dicitur, ab ipsa Republica, si libera est, uel à principe prouincię domino, arg. l. 1. ff. de consti. princ. & ita in hac re solius principis authoritas ualet, iuxta glo. receptam in rub. C. de iure Reipu. in fin. & l. fin. C. de fals. monet. c. 1. uerb. *monetæ*. quę sint rega. Pan. in c. quanto, de iure iur. de quo sunt apud Lusitanos Ordinationes Regiæ.

5 Et eodem modo accipienda sunt multa responsa Iureconsultorum agentia de pecunia & moneta cuius vsus probatus vel reprobatus erat in Republica. Oẽs enim fere Iureconsulti quorũ extant responsa in pandectis, fuerunt sub principibus Romanis longè post occupatam monarchiam, excepto Trebatio & vno vel altero. Vndè inferes ad Sceuolam in l. creditor. 102. ibi, *Respublica utebatur*. ff. de solut. inferes etiam ad Vlpianum in l. eleganter 24. §. 1. ibi, *reprobos*. ff. de pig. act. iuncta l. 1. C. de fals. monet. Nec debuit mirari glo. in l. 2. c. de fal. monet. & alibi, aliquam Rempublicam habere authoritatem cudendæ monetæ. Id enim vel ex priuilegio erit, vel in Republica quæ sibi leges condere possit: diuersum aũt est in ciuitatibus uel oppidis regni prorsus regi subditis: Licèt ẽtde iure Resp. quo ad alia appellẽtur. l. Resp. C. ex quib. cau. ma. l. 1. & seq. C. de iure Reip.

6 Subdit I C. in eadem. l. 1. verba illa, *usum dominiumque*: quod intelligo referendum ad pecuniam & ad alia quæ per eam cõparantur.

e Adde hanc iurē illud Horat. quid iuuat immensū te argenti pōdus, & auri, q si cōminuas, uilem redigatur ad assem. at ni id fit, q̄d hēt pulchri constructus a ceruus? & alibi nescis quid ualeat nummus, quē præbeant usum, panis ematur olus, uim sextarius, adde queis humana sibi doleat natura regalis.

parantur: maximè autem nummi, vel pecuniæ congruit verbum, c *usus*, Sui enim natura dicitur pecunia semper distractioni parata, secundum philos. & Bal. in l. fin. ad fin. C. de compensat. per tex. in l. vxorem 39. vel. 41. §. legauerat. ff. de legat. 3. pecunia autem recondita magis dicitur thesaurus, vt in l. si chorus. 77. uel. 79. §. 1. ff. de legat. 3. & propter frequentissimum pecuniæ usum censetur quodam modo seruari non posse, & dominos quotidie mutare. §. constituitur, Institu. de usu fruc. c. fin. de pignor. ideoque in pecunia non potuit dari uerus usus fructus l. 2. ff. de usu fruc. ear. rer. de quibus iuribus plura utilia, & non uulgaria uidere poteris à me scripta in commentarijs l. 1. in 2. parte, ex nu. 46. C. de bon. mater.

7 Subdit I.C. *non tā ex substantia quā ex quātitate:* Budæus ibi legit qualitate sed ei obstat fides oīnū Codicū. *quātitate* n. legitur ēt in libris emendatioribus, vt aduertit Couar. li. numism. c. 7. & Molin. de commer. q. 91. nu. 694. exponentes ea uerba, vt in nūmis non consideretur ipsa materia ex qua efficiūtur, sed quantitas, id est, valor publice constitutus ipsi nummo vel monetæ. Quod etiam tradit Hieronimus Butige. in l. cum quid, nu. 26. & in l. quod te, nu. 32. ff. si cer. pet. ita intelligens d. l. 1. Sed hoc non ita indistinctè procedit, ideoque rectius intelliges cū Fulgos. non relato, & cum glo. in eadem l. 1. verb. *præbet:* non ex sola forma & quantitate, sed etiam ex substantia & qualitate mettalli pecuniam æstimari, eiusque valorem crescere, vt tradit Molin. de commer. nu. 703. & 798. Quod cùm vsu & communi sensu constet, nemo id negaret, idque immerito Molin. alios in hoc reprehendit. Et tandem verè intelligitur, pecuniā non dici ex materia vel massa, vel substantia, sed ex forma & valore ei constituto. Antequàm enim publica forma cudatur, nō potest dici nummus, sed massa vel metallum, vt probatur ex supra dictis, & ex l. qui falsam 19. ibi, *formare.* ff. ad l. Corn. de fal. Quod etiam notauit Raph. alibi relato à Tiraq. de retrac. ligna. §. 1. glo. 21. numero. 14.

8 Aduertendum etiam est ad glo. d. l. 1. verb. *prebet.* vult enim & ita plures ex ea colligunt pecuniam signatam non pluris estimari, quàm æqualis ponderis materiam ex qua formatur non tamen negat glo. posse principem ex iusta causa maiorem pecuniæ valorem constituere quàm valeat metallum vel materia ad pondus vt tradit Molin. de commer. q. 100. nu. 298 & ita ad glo. illam et DD. vitatur reprehensio Couarru. d. lib. numism. c. 7. fo.

7.fo.49.iustà aũt cã constituendi maiorem ualorẽ pecuniæ,est ne extra regnum feratur, vt nuper apud Lusitanos constituit Serenissimus & catholicus Rex.Ioan.3.Vsum autem & consti tutiones in valore pecuniæ atten di debere,tradit Afflic.decis. 90.& decis.194.nu.5.

De Ethimologia autem dictionis,*nummus*.& an duplici.m. scribi debeat,agit Tiraq.de retrac. lign.§.30.glo.2.nu.21.cum Zas.cons.16.sed latius Iacobus Cur.Brugen.li.3.cõiectural.ad fratrem,cap.23.

9 Explicatis igit̃ verbis I.C.in d.l.1.ff.de contrah.emp.multa iam ex sup.deductis vtiliter inferri possunt,& primo ad quæstionẽ gl.& Bar.in l.2.§.i.ff. si cer.pet.an recipiens massam auri vel argẽti ad põdus,satisfaciat soluendo in pecunia eiusdem substantiæ & bonitatis & quantitatis ad pondus, in quo licèt glo.vacillet, cõmunis opinio est cũ Bar.secundum Alex.Dec. & alios ibi,vt talis satisfactio iusta dicatur: quod confirmatur ex d.l.1.& supra dictis ad eam quod pecunia reducat ad æqualitatem, omniaque per eam æstimentur. Inde 2.infertur ad q. glo.& DD.in d.§.1.an sufficiat soluere pecuniam ad numerum eiusdem valoris publicè constituti,licet minoris ponderis? in quo plures cum Hugone(à glo.relato(tenent, talem solutionem non satisfacere.Sed quòd sufficiat,probat post Cin. Bar. ibi& magis cõiter DD.secundum Ias.nume.5.Ripam, nu.13. Butigel.nu. 12.quem vide.Quod etiam alibi probat glo.in l.si qs argẽtũ,in fi.in prin.verb.*æstimatione*.vers.*tu dic*.C.de dona.

10 Inde etiam Infertur.3.ad iura(quæ præcedentem communẽ opinionem comprobant)in l.1.§.vlt.ff. de aur. & argen. lega. vbi hæres iussus dare certum pondus auri uel argenti, satisfacit dàdo pecuniam numeratam æqualis ęstimationis:Sic etiam in donationem inquit Imperator in d.l.si quis argentum, statuẽs pro massa, vel pondere soluendum esse æstimationem quæ in loco frequẽtatur: quod etiam iuuatur ex verbis Imperatoris in l.2.c.de consti.pecun.quæ ad hunc modum intelligi possunt ibi, *omnes res in pecuniam conuerti*.Licet glo. aliter exponat, vbi etiam Bal.notat.nu.4.quòd habens pecuniam censetur habere omnem rem quàm vult:de quo multa & faceta tradit Hippo.in l.1.§.pręterea nu.44.ff.de quęst.& Neuizan.in sua silua. nup.lib.4.nu.111.& illud Ecclesiasti.cap.10.*pecuniæ obediunt omnia*, quod refert Imol.in cap. significantibus, nume. 21. de offi.dele.[d]

d Adde.illud Horat.ut alia eiusdem & aliorũ silentio

b

Nec

invoiuam:omnis.n.res,uirtus, fama,decus,diuina,humanaque pulchris diuitiis parent, quas qui cōstruxerit,ille clarus erit,fortis,iustus, sapiens, ēt & rex, & quidquid uolet.

11 Nec valet contra communem rēspōsio Hugo.& glo.in d.l. 2.§ 1.ff.si cer.pet.respondentium ad d.l.1.§ fin.& iura similia vt loquantur in vltimis voluntatibus:replicant enim DD.& nō male,quod potius in vltimis voluntatibus prẹstatio & solutio deberet esse magis in forma:Sed vltra eos pro communi, vt talis differentia reijciatur,pondero tex.in l.cum aurum.20.ff.de aur. & argen. lega. vbi in ea materia I. C. arguit de relictis ad contractus,inter quę non facile assignari debet differentia iure non expressa.

12 Sed in prędictis intelligendum est, sufficere solutionem in pecunia pro massa recepta,dummodo creditori satisfiat impēsa reducendi pecuniam ad massam, si eius interest magis pondus illud informe habere:non enim solutio fieri debet alio mō incommodum creditori afferēte,vt in l.Paulus.99.& ibi Bar. ff.de solut. Panor. in cap.quanto,de Iure iuran.quod colligitur ex mente Bar in d.§.1.nu.7 & paul.nu.7. Alcia.nu11.& sequen prout si valor vel ęstimatio ex l.vel consuetudine augetur supra valorem ad pondus, quicquid inuoluat Dec.in d.§.1. nu.6.post Alex.nu.2.

13 Ex prędictis infertur.4.rectè Franciscum Duaren.explicare verbum illud,*quātitatis*, quo vtitur I.C.in d.l.1. vt intelligatur pro valore publicè constituto nummis seu pecunæ signatę, vt tradit ipse Duaren.li.1.disp.c.6 & in cōment.de in lit.iur.n.6. qđ ē t alijs iuribus bene probat: licet, suppresso eius nomine, parū æque ei contradicat Io.Rober.li.3.sentē.c.6.in cuius lib. animaduerti.multa eum contra Duaren.tacito nomine adducere.Ego aūt in professoribus cuiuslibet sciētiæ cū eruditione candorem summe laudo.Contingit enim sępe ex liuore & carpendi animo,doctissimos etiam hallucinari.

14 Infertur.5.ex prædictis ad quęstionem,si quis debeat certam summam pecunię, an satisfaciat soluendo massam auri vel argenti vel metalli,eiusdē quantitatis et qualitatis?Bar.in l.diuortio.§.ob donationes,nu.3.ff.sol.mat.non obscure sentit,posse debitorē pecunię soluere in massa seu metallo ex quo pecunia illa fit,sicut debitor massę pōt soluere in pecunia: qđ indicant verba Bar.ibi, & *ecōtra*.& ita aperte Ias.in §.in bonę fidei.nu. 62.insti.de act.citans ad hoc secure Bar.vbi supra.Sed nō relato Bar.cōtrariū probat Dec.in d.l.2.§.1.n.6.ff si cer.pe.et cū eo Alcia. ibi,nu.12.dicens hoc cōiter approbatū: & quasi sine dubio id tradit Rutigel.ibi,nu.17.& ita cum Dec. Ripa.ibi,nu.

12.verſ.contrarium,& mihi verior videtur opinio Dec. contraria autem non eſt in vſu,nec allegata obſeruabitur,tum quia Bar.& omnes in d.§.1.l.2.ſpecialiter videntur permittere, vt debitor maſſæ auri vel argenti, ſoluat in pecunia eiuſdem valoris,non vero econtra,vt etiam colligitur ex 1.c.in l.1.§.fin. ff.de aur.& argen lega.idem colligitur ex I.C.in d.l.1.ff.de cõtrahẽ.emp.dum loquitur de inuentione & poteſtate pecuniæ: probatur etiam ex d.l.ſi ita ff.de fideiuſ.dum inquit,alia per pecuniam,non pecuniam ex alijs æſtimari.

15 Ex prædictis etiã infertur. 6. ad quæſtionem Alber.& Fulgoſ. in d.l.1.ff.de contrahen.emp. an dicatur emptio ſi pecunia pro alia datur, putà maior pro minori, vel aurea pro argentea, vt quotidie fit cum campſoribus, Alber.& Fulgoſ.dubitant:Iac. autem Aren.ſecundùm Fulgoſ.inclinauit, vt tunc ſit permutatio,non venditio:ipſe Fulgoſ.inquit,videri potius contractum innominatum,vt detur actio præſcriptis verbis: Sed hoc à præcedenti non differt:permutatio enim contractus innominatus dicitur:& eadem actio ex ea datur, vt notiſsimum eſt. ex l.4.§. & ſiquidem ff.de præſcrip.verb.l.1.ff.de rer.permut. Subdit poſtea Fulgoſ.videri emptionem quãdo pecunia groſſa datur pro minuta,ex verbis Bar.in l.nummis, nu.2.ff.de in lit.iuran. & in ſimili eleganter tradit Molin. de commer.q.99.ad fi. nu.748. de quo infra proximè.

Cum autem magni ſit momenti,cognoſcere ſpeciem conuẽtionis,& plures ſint differentiæ inter emptionem & permutationem,vel alium contractum innominatum, vt tradit I.C.in l.1.& ibi Paul.& Iaſ.ff.de rer.permut.& in l.fi.ff.de condi.ob cauſam,re ſatis penſata placet opinio illa,vt in his terminis magis dicatur permutatio, non venditio.Ita enim habet conſuetudo loquendi,& qualitas officii campſorum, qui ad permutandam,& appendendam pecuniam conſtituuntur:id etiam ſuadetur ex d.l.1.ff.de contrahen.emp. dum in venditione requirit, ut merx & pretium,diuerſa ſint,nec in emptione vna ex his rebus utriuſq; vice fungitur,vt in d.l.1.&alia l.1.ff.de rer.permu. & ita ſentit Connan. lib.7.cap.5.id declarans,niſi altera ad põdus,altera ad numerum daretur: quia tunc altera nomen & effectum ſuum retineret,altera,pro ſpecie cenſeretur:facit l.plane.34.§.1.ff.de leg.1.

16 Ex d.l.1.in uerbis ſupra expenſis ibi, *non tam ex ſubſtãtia quã ex quantitate*.7.eleganter argumentatur Hiero.Butigel.in l.cũ

quid

e Verisſima eſt hæc butigelæ opinio. quam ante illum acutisſimè & grauisſimè proposue runt Fulg. nu. 6. Alciat. nu. 11. purpu. nu. 31. i l. 2. §. mutui datio. ff. ſi cer. pet.

e quid, ex n. 26. ff. ſi cer. pet. e contra Bar. & DD. ibi, volẽtes quod debitor pecuniæ, vel maſſæ certi metalli, non posſit ſoluere in pecunia diuerſi metalli, prout ſi quis recipiat ſcutos, uel aureos, vel coronas (vt appellant) & ita Imol. Aret. Iaſ. in l. non amplius §. fin. nu. 11. ad fi. uerſ. neq; obſtat. ff. de leg. j At Hieronymus ipſe neruosè contrarium probat. & in ſpecie nu. 32. expẽdit prędicta uerba d. l. 1. quæ eius ſententiam iuuant, maxime iuxta declarationem ſupra traditam. Vult enim I. C. poſt percuſſam & formatam pecuniam magis attendi æſtimationem ex forma & quantitate, quàm ex ſubſtantia & materia, vt etiam probat d. l. nummis ff. de in lit. iuran. ſic l. 1. §. fin. ff. de aur. & argen. lega. & l. ſi quis argentum, in fin. princ. C. de donat. quibus habetur. ꝙ debitor certi ponderis auri vel argenti, ſatis facit ſoluendo pecuniam æqualis æſtimationis, & ſic non amplius conſideratur qualitas materiæ, ſed tantum valor & æſtimatio pecuniæ. Nõ igitur neceſſarium erit pro auri certo pondere, vel pro aurea moneta, auream tantum ſolui, contra Bar. & communem, imò ſufficit in moneta argentea ſoluere in eodem valore abſq; ullo pecuniario incommodo creditoris. Id enim eſt quod debetur, idq; ſolum attenditur, nõ verò qualitas metalli, vt probat Vlpianus in l. quæ extrinſecus, 65. ff. de ver. obl. & ita uſus obſeruat. f

f Et ita quoque oẽs & q de hac re agunt obſeruari uſu aſſerũt

f 17 Fulcitur eadem opinio ex iuris deciſione quæ prohibet ne legitima ſeu proba pecunia refutetur, vt in l. 1. C. de veter. nũmiſ. potes. Bar. in l. qui falſam, in fine. ff. ad l. Corn. de falſ. intelligendo tamen niſi debitor notabilis quantitatis vellet ſoluere in pecunia minuta nigra, id enim iniquum & non permittendũ eſſet vt eleganter tradit Molin. d. lib. de commer. nu. 749. & apud Luſitanos eſt de hoc prudẽtisſima ordinatio lib. 4. tit. 53. §. 2. vbi tantum permittitur ſoluere quartam partem debiti, in tali pecunia uilioris materiæ. Habet tamẽ eadem ordinatio vnum ſũmè notandum, vt quamuis emptor, vel alius contrahens ſpecialiter ſe obliget ad ſoluendum in pecunia aurea, cogatur creditor accipere aliam pecuniam regia authoritate percuſſam, ſecundum ualorem eiuſdem. Cuius contrarium videretur dicẽdum ex vi conuẽtionis quæ legem facit: nec in eo caſu aliquid urgere uidebatur, ne conuentio obſeruaretur, imò ex traditis à DD. uideretur omnino dicendum, ut ſolutio debeat fieri ſpecialiter in pecunia promiſſa non alterius qualitatis, ſecundũ Imol. & Aret. col. 3. verſ. qui etiam, in l. non am plius. §. fin. ff. de leg. 1 uide tamen in eo propoſito quod tradit ad partes Molin. d. lib.

de

de commer.ad fin.nu.513.cum sequen.

18 Ex ijsdem infertur 8.ad intellectum tex. in d.l.si ita, 43.ff. de fideiuss.vbi I.C.agit de fideiussore promittente frumentum,uel aliā rem,cùm principalis debitor ad pecuniam tenetur. In quibus terminis fideiussio irritatur, quia repugnat iuris regula uetans ne fideiussor intercedat ad rem diuersam ab ea quæ continetur in principali obligatione.Quo præmisso subdit.I.C.uerba illa,*quia non ut æstimatio rerum quæ mercis numero habentur in pecunia numerata fieri potest,ita pecunia quoq; merce æstimāda est.* Quæ verba exprimere videntur valere fideiussionem in pecunia,licet debitor principalis ad aliud teneatur, quasi pecunia ex æstimatione idē censeatur cum alia re.Et ita notat Paul. Castren.ibi,idq; vt receptum sequitur Afflic.decis.50 nu.5.Sed debuit aduertere contrariū receptius esse:glo.enim Bar.Imol. & alij in d.l.contradicunt,non admittentes argumentum á contrario sensu,ne iuris regulæ offendantur: & ita Ias.in d.l.2.§ 1. nu.4.ff.si cer.pet.cum Roman. & Fulgos. quos sequitur:& ibidem Ripa.nu.11.& Ias.in l.non amplius.§.fin.nu.14.ff.de leg. 1.& pro communi citatur tex. vrgens in l.grecè.9 §.si stichum ff.de fideius.vbi non valet fideiussio,si pro debente Stichum fideiussor promittat Stichum aut decem:cuius rei potissimam rationē assignat I.C.*quia tūc in alia obligatione fideiussor accipit.*

19 Sed interpretatio Paul.contra glo.Bar.& alios, videtur fortissimè probari ex littera d.l.inducendo vt supra:attento etiam quod aliter inepta manebit ratio & argumentatio Iuris consulti ibi,qui cum negasset pro debito quantitatis posse fideiussorem accedere in alia re,subdit non esse eā speciem,vt esset quādo pro debito alterius rei accederet fideiussor in pecunia,Facit quod dicit I.C.in l.prope g modū.88.ff.de ver.sig.& tex.nota. in l.quia qui precio.46.ff.de vsufr.vbi de precio idē iudicatur quod de re:& in materia fideiussionis ita videmus, pro obligatione facti intercedere fideiussorem ad interesse & pecuniam,l. si quis pro eo 57.ibi glo.& Bar.ff.de fideius.l.cum filius 49.§.1 ff.de verb. oblig. Nec satisfacit responsio Bar.& aliorum dum constituunt differentiam inter obligationem dandi & obligationem faciendi.Talis enim differētia tuta non est(vt alibi probamus)& quamuis esset vera quo ad alia,non facit ad rem,quia illa iura tantum considerant ꝙ promittendo pecuniam & interesse,censetur iure promitti idem,non diuersum ab obligatione principali. Sic igitur h in casu d.l. si ita, maximè attento ꝙ

g Tametsi text. ii uere. faciant nō tamen multum urgent, nam respōderi pōt illos procedere quo casu rei præstādæ facultas non est ut colliges ex cōi in d. §. mutui datio.

h Hoc argumētū nō multū urget si attendas DD.

in eadem l. agitur de re quæ forsan non esset penes debitorem, vnde non magis posset ad eam cogi, quàm ad factum: semperq; deueniendum est ad pecuniam via executionis iudicati, iuxta l. à diuo Pio §. in uenditione, & § si pignora. ff. de re iud.

10 Retenta autem hac sententia & interpretatione ad d. l. si ita, ff. de fideiuss. posset responderi ad tex. quem DD. pro communi adducunt in d. l. grecè. §. si Stichum. Ibi enim I.C. nõ videtur irritare fideiussionem, quasi sit de re diuersa, sed quia sub diuersa forma obligationis: cum principalis esset simplex, fideiussoria autem duplex uel alternatiua, quæ duriorem causam facit fideiussoris,[i] cõtra iuris regulas: et ita uerba tex. nõ diuersitatẽ rei sed diuersitatem obligationis respiciunt. Aliter etiam respõdet Curtius (quem uide) in d. l. 2. §. 1. ff. si cer. pet. nu. 11. et ex d. l. si ita, confirmabis Areti. in l. non amplius. §. fi. ff. de leg. 1. col. 3. uersi. *tene ergo*, qui eam citare debuit: licet Ias. ibi respondeat secundum communem interpretationem quæ d. l. uiolat, litera enim directe probat id quod hic sustinemus, non tantũ argu. à contrario sensu, ut DD. comminiscuntur.

11 Ad supra tradita posset apte tractari, cuius temporis ualor. et ęstimatio pecunię[l] attendatur, de quo late Bar. et alij in l. cũ quid. ff. si cer. pet. in l. Paulus. 1. ff. de solution. Bouer. decis. 327. Afflic. decis. 90. & 194. & in c. 1. ver. monetæ quæ sint rega. li. 3 feu. fol 172. vbi late: & alij in tractatibus mone. & latissime Molin. in lib. de commer. q. 96. cum tribus sequent. Sed multis omissis, assumo vnum summè notandum, quod DD. tradũt ad l. cum certum 10. ff. de aur. & argen. leg. vbi Modestinus in hęc verba respondet, *Cum certum auri, uel argenti pondus legatum est, si non species designata sit, non materia sed pretium præsentis temporis præstari debet.* Mihi dura uidentur ea verba (licet DD. non aduertant) præcise[m] enim arctare vidẽtur hæredem, vt pretium pecuniamq; numeratam soluere debeat, nec satisfaciat dãdo pondus auri, vel argenti: quod sufficere videretur secundum verba testatoris, quæ certum pondus exprimebant, iuncta vulgari regula l non aliter ff. de lega. 3. videreturq; in facultate hęredis esse, vel in massa, vel in pecunia soluere, vt colligitur ex l. Titiæ. 37. ff. de aur. & argen. lega. & ibi notat Bar. & sentiunt DD. in d. l. 2. §. 1. ff. si cert. pe. vbi Curt. nu. 13.

12 Sic etiam glo. & DD. in d. l. cum certum, intelligunt verba illa *præsentis temporis*, pro tempore solutionis, non de tempore testamenti: & ita securè Roman. extollens illam l. in singu. 513. Brun.

non negare fideiussorem tunc in pecuniam optime constitui posse cũ ipsa res non possit pstari, uel si postea præstari non possit ad æstimatiõem deueniendũ, in eũque casũ fideiussiõem ualidã eẽ ut colliges ex Fulg. in l. 2. §. mutui datio num. 4 & ibi Ias. n. 5. deci. i. lect. num. 5. Rip. num. 11 ff. si cer. peta. unde inaduertẽter loquuntur Doctores ĩ distĩcte asserentes huius in fideiussionem irritari, aut horũ patrũ limitatio falsa est.

i Hæc solutio si recte aduertas, uidetur esse cõtra cõmunẽ & ueriorẽ opinionẽ quæ hẽt fideiussiõem in plus, quam pricipalis obligatus esset, acceptans nõ in totum, sed in quantitate duntaxat excedente uitiari, de qua bre

Brun.& alij quos sequitur Molin.d.lib.de commer.q.99.num. 745.Iuxta quem sensum iam videretur ibi esse tex. contra Oldra.in aliquibus cõsil.quem DD.referunt & sequũtur vbi supra, dicentem,in relicto monetæ attendi valorem ex tempore testamenti.& cum Oldra.Soc.consi.6.lib.1.& Afflic.in d.c.quę sint regalia,verb.monetæ,nu.17.Vnde merito.Roman.consi.123. colũ.1.dicit.l.illam.confundere responsum Oldra.quicquid inuoluat Molin. vbi supra: qui sequitur communem intellectum. d.l.conaturque ostendere eam non facere contra Oldra.Sed magis hoc inuoluit quàm explicet. Verè enim communis intellectus d.l.destruere videtur opinionem Oldra.quem DD.cõmuniter sequuntur:& (vltra citatos) Baptis. Castel.ad Roman.d. notabilis 513.

23 Quapropter ad sustinendum receptam opinionem Oldra.quę iuri consentanea videtur, intelligo d.l.(contra glo.& omnes) vt eius verba supra relata denotent tempus testamenti,& secundum illud æstimatio solui debeat, iuxta regulam l.si ita 8.eod. tit.ff.de aur.& argen.lega.l.vxorem 39.vel 41.§.testamento.ff. de lega.3.quibus habetur,in relictis verba in dubio referri ad tẽpus testamenti, quod etiam ratione iuuatur,quia verosimilius est,testatorem verba sua intelligere iuxta id quod tũc videbat, nec diuinare mutationem temporis, arg.l.Iulianus 6.ff. qui & à quibus, ibi,*nec aduentitij casus computandi sunt*. Deniq; contra glo.& DD.fortiùs vrgent eadem verba d.l.cum certum, ibi, *præsentis temporis*.Licèt enim glo.& DD. exponant pro tempore solutionis, ego aduerto illa verba apud Iureconsultos in eadem materia intelligi de tempore testamenti, quod exprimi censetur per verba illa,*præsentis temporis*. vt expresisim probat d.l.si ita,præcedens d.l.cum certum,ibi,*testamenti tẽpore, quia præsens tempus intelligitur*;& ibi, *præsens non futurum tempus ostendit*.Vides igitur nouam,& uerisimam(ni fallor) explicationem,d.l.cum certum, per d.l.si ita, contra glo.& omnes & ita illæsis iuris regulis sustineri aliam communem opinionem Oldra.& aliorum de quibus supra.

24 Circa reg.verò d.l.si ita, & illud generale, an attendi debeat testamenti tempus vel aliud,vltra Bar.ibi,latissimè ex professo agit Vinc.Herculan.in 1. dispu.& notabiliter Alex.co.fi.179. lib.2.& ibi Molin.& aliqua tradit Afflic.lib.3.consti.rub.4.Regulam verò cũ multis fallentiis tradit Aymo.Crauc.in l.1.post prin ff.de lega.1.Quorum dicta conducunt etiam ad contra-

D 2 ctus

niter in noua testamento.

l Adde Coras.li.3.misce. c.13.nu 5.

m Aduertẽ quidẽ atque id eo præpostere illa acci piũt ut dicat text.precium solui debere si hæres uelit sin min⁹ massam seu pondus ut colliges ex glos. uerb.non materia quę sane per quam ridicule & uerbũ debet. & uerb. mate ria caulllatur.

& priuilegia, & specialiter ad nostram materiam emptionis & venditionis, in qua solet eadem regula notari ex l.Rutilia Polla.69.ff.de contrah.emp.vt uerba in dubio intelligantur secundum tempus conuentionis:de quo ad illam l.vide omnino Ripam in l.si ex toto ff.de lega.1.

25 Ex prædictis & ex d.l.1.ff.de contrahen.emp.ibi, *sed alterum præcium uocatur*.deducitur hæc vox propria emptionis, vt quāuis pecunia id sit quod precii nomine in emptione concurrit, iuxta l.4.§.1.ff.de præscrip.verb.l.cum venderem.21.vel.24.ff.locat.non tamen pecunia vel nummus, sed precium in iure appellatur, tam apud Iureconsultos, quàm apud Imperatores ex innumeris iuris locis, quæ notissima & cuilibet obuia sunt. Vnde solent DD.sæpissimè tradere, ex nomine, *precij*, emptionē argui per glo.quam extollunt, in l.fin.C.de præd. de cur.uerb. *intelligi* quam ibi extollit Platea:& dicit singularem Bar. in fine q publicanus (quæ quarta est) Melior tamen est glo. in l.cū dotem. C.de iur.dot.& sentit glo. in aliis locis ut tradit Fabiā. de [n] emptio.& uend.q.2.nu.2.easq; commendāt & ornant uarii quos copiosè refert Tiraq.de retrac.lig.§.1.glo.2.in princ. Ego autem non tam citarem glo.quàm tex.in d.l.fin.ibi, *constitutiones latæ de pretio locutæ sunt, ut ex hoc apertissime detur intelligi solum emptionis contractum esse*.

n Adde hac in re Ias. in §.diui l filius fam.i.lec. nu. 107. & 2. nu. 145. Rip. nu. 103 Loaz.nu. 14.183. cum aliis ibi. ff. de leg.lib.i.



Vt sic appareat tex.illum significare, ita in dubio intelligendū fore.etiam si adiectum non sit uerbum emptionis uel uenditionis:ut bene accipit Dec.in l.2.nu.15.ff.si cer.pet.& ita cauebis à multis qui d.l.intelligunt quando cum nomine, *precii*, adiicitur uerbum ipsum, *emere*, uel *uendere*, Quod ex Io.Andr.& aliis tradebat Tiraq.de retrac.ligna.§.1.glo.14.nu.34. in quo ipse & alii sibi repugnant. Et ita cauebis ab Aret.in l.sciendum, col.6. in princ.uersi.facit quod ff.de uerb. oblig. Alexand. consil.63. nu.2.lib.7.

26 Sed hæc uulgaris traditio cautiùs intelligi debet. in multis enim stare non poterit, cùm nomen, *precii*, generale sit aliisque conuentionibus congruere possit, ut in l.si quis ante 10.in fine ff.de acquir.poss.& ibi Alex.nu.9. & fatetur Bar.in d.q.publicanus in fine. Quod etiam ostenditur, si in conuentione expressum sit, ne rei dominium transferatur.tunc enim mētio precii non potest emptionē inducere, ut probat tex.in l.cū manu. 80.§.fin.ff.de cōtrahen.emp.& per eum Ias.in l.2.in fine princ. ff.si cer.petat.

Meliùs

Melius igitur intelligenda erit d.l.fin.C.de præd. curia. quã do cum nomine precii concurrunt alia apta emptioni: iuxta do ctrinam quam sẽtit I.C.(& sæpissimè utitur Dec.)in l.qui testa mento °.ff.de testa.ibi,*si nihil aliud impediat*.magis enim qualitatem conuentionis quàm nomen ei adiectum attendimus, l.6 ff.de præscr.uerb.

o Hanc eand. l.cũ eo. Dec. tot idem Pirrel. in l. 13. par.pag. 118 col'ũ.3. C.de bon. mat.

27 Ex quo periclitatur quod plures inferebant,incaute citantes glo.& Bal.in d.l.cum dotem, ad statutum de soluenda gabella ex certo precio:intelligentes id tantùm in uenditione, ut p Firmian.de Gabel.3. membro 8 par.nu.8.Ias.in l.1. nu.23.C. de iur.emphiteu. Verius namq; uidetur ex supra dictis tale statutũ etiam de aliis cõtractibus(saltim reciprocis)intelligi:nec DD. ibi bene citant Bal.in d.l.cum dotem, qui nu.1.distinguit inter nomen,*precii*,simpliciter prolatum,& inter uerba, *precium cõ uentum*.Sed & in statuto loquente de precio conuento, magis uidetur(si aliud non impediat)alios contractus compræhendi, cùm in omnibus precium pro ualore rei & quantitate in cõtractu deducta, aptissime accipiatur: per supra dicta et per tex. & Alberic.in l.si ita 43.ff.de fideiuss.

28 Ex prædictis infertur ad definitionem emptionis, quã tradit Fabian.in d.tract.in princi.*emptio est cõtractus bonæ fidei ultro citroq; obligatorius qui consensu,re & precio perficitur*, quæ definitio non habet suas partes,ut dialectici requirunt, & nostri per l.1.§.1.ff.de dol.de quo agit Fortun.de ult.fine.iur.nu.201. et late Cagno. in l.omnis definitio ff.de reg.iur. Licèt enim in uenditione concurrant illa omnia,concurrunt etiam in locatione quæ utrinq; obligat,& bonę fidei est,et re, consensuq; perficitur,secundùm iura notissima et receptas traditiones, de quibus agemus in 2.par.huius Rubr.Aliter et melius definit D.Soto lib.6.de iusti.et iur.q.2.arti.1.ad finem,quem uide. Rarò aũt Iureconsulti ad definitiones descendunt,quia uix perfecta ulla esse potest:quo sensu cõmuniter intelligitur I.C. in d.l. omnis definitio 203.cuius sunt uerba,*omnis definitio in iure ciuili periculosa est.parum est enim ut non subuerti possit* Sed uerba illius l.nõ tantũ pro definitione,sed p regula accipi possunt,ut ibi notat glo.ad quam non solet aduerti,et tunc non minus rectè stat sensus:cũ regula sæpissime limitetur,et exceptiones eã redãt periculosã,et ita accipit *definitio*,in l.si titio ff.quã.dies leg.ced.de materia aũt definitiõis è nostris agũt plures latissimè Cag.in d. l.Lori.in l.1.ff.eo.Alci.li.6.par.c.9.Vigl.in prin.Insti.de testa.

SECVNDA PARS RVB.

C. de rescind. vend.

CAPVT PRIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Agitur de precio sine quo non consistit emptio: item quòd debeat esse certum, & qualiter id intelligatur nu. 2.*

3 *Examinatur traditio glo. in l. hæc uenditio. §. i. ff. de cont. emp. & reprobatur communis opinio.*

4 *Agitur de precio collato in arbitrium certæ personæ: & emendantur aliqua a DD. tradita, usque ad nu. 6.*

7 *Explicatur utilis articulus circa probandam emptionem, quando testes non recordantur de certo pretio, uel circa id uariant; & numero 8.*

9 *Tractatur quæstio de pecunia data pro pecunia, & contra aliquos ostenditur dari tunc actionem bonę fidei.*

10 *Permutationem verè dici non solum cum species pro specie datur, sed etiam cum genus pro genere, vel species pro genere cũ Fortun. & Dec. contra communem.*

11 *Emendatur in proposito traditio quædam Io. Fabr.*

12 *Explicatur tex. in l. insulam ff. de præscrip. verb.*

13 *Agitur de intellectu l. 1. C. de rerum permu. & explicãtur aliqua scitu digna contra receptas sententias: maximè vt etiam re venali data pro alia, etiam taxata quantitate non resulet vera emptio: usq; ad nu. 16.*

17 *Agitur de qualitate contractus innominati nominato similis.*

18 *Tractatur quæstio uenditionis pro modico precio cum pacto. ut emptor soluat debita uenditoris.*

19 *Exactißimè tractatur quæstio, an resultet efficax uenditio sub ea forma, ut res empta sit iusto precio: & nu. 20*

21 *Probatur ex prędicta forma conuentionis non resultare uenditionem, nec contractum innominatum, nec secuta traditione dari tunc actionem ad iustum precium: contra Bal. & communem: & nume. 22.*

23 *Explicatur tex. in l. si tibi, 24. ff. de præscrip. uerb.*

24 *Probatur notabilis differentia in iisdẽ terminis inter uenditionẽ & locationem.*


Expli-

25 *Explicatur decisio tex.in l.si fundus.§.fin.ff.de pigno.*
26 *Agitur de eodem tex.circa aliam difficultatem,quomodo ibi ualuerit pactum l commissoriæ in pigno.*
27 *Nouè contra glo.& omnes hucusq; scriben.ostenditur apud Iureconsultos pactum illud prohibitum non fuisse: & eleganter explicatur l.fin.C.de pact.pigno.*
28 *Infertur ad intellectum tex.in l.quamuis 45.ff.de solu.*
29 *Infertur ad intellectum l.Titius 34.ff.de pigno.acti.et probatur pactum de quo in illa l.non solum ad retinendum, sed etiam ad agendum ualere:contra glo.Bar.& plures.*
30 *Reprobatur communis opinio,quæ ex d.l.Titius,sustinet pactum l commissoriæ ex interuallo in pigno.*
31 *Agitur de intellectu l.fin.in princ.ff.de contrah. emp. & reprobatur communis opinio:quæ sustinet pactum illud in fideiussore reprobatum in creditore.*
32 *Explicatur l.1.C.de pact.pig.nouè contra glo.& omnes.*

SECVNDA PARS RVB.

C.de rescind. uend.

CAPVT PRIMVM.



LIQVALITER ex sup.traditis colligit notitia huius contractus, sed maiori adhuc examine opus est: cum rub.et l.2. (ad cuius tractationem tendimus)de emptione loquantur, nec de alijs côuentionibus speciatim meminerint.
1 Liquet autem ex d.l.1.ff.de contrah.emp. hodie non dici emptionem nisi interueniente precio, nec preciû nisi in nummo seu pecunia numerata:quod etiam probat l.1 ff. de rer.permut. et sine precio conuento emptionem non dari, inquit I.C.in l.2.ff.de contrah. emp. esse q; de substantia huius contractus,ait I.C.in l pacta conuenta 72.ff.eod.tit.ibi,*emptionis substantia consistit ex precio* Idem probant quàmplura alia Iureconsultorum responsa:et ita Iustinia.in §.precium,et §.itê precium,Insti.eod.et alii Cęsares ante Iustinia.ut in l.empti fi-

des.C.de contrah.emp.et in l.emptionem; C.de rer.permutat. Precium autem certum etiam requiritur per eadem iura, maxime tex glos.et DD.in d.§ precium,ibi, *certum esse debet*.Probat etiam tex.in l. hæc uenditio 7.§ 1.ff. de contra.emp. Azo in summa C.eodem.

2 Certum uero precium censet I.C. non tantum si statim inter contrahentes exprimatur, sed etiam quando aliqua relatione uel demonstratione certum fieri potest:ut in ea forma conuentionis,de qua in d.l.hæc uēditio §.1.ibi,*quanti tu emisti,uel quātum precii in arca habeo*.et l si quis fundum,37.ff.eod.quod iuuatur ex uulgari l.certum ff si cer.peta.l.5.§.1.ff.de re.iud.cum similib. Qua in re omittendum non fuit quod glo.acutè scripsit in d.§.1.l.hæc uenditio:ut tex. ibi procedat quando conuentio fit per uerbum illud,*quanti*:secus si per uerba, *pro eo precio quod in arca habeo*: in quibus terminis resoluit glo. non esse emptionem sed contractum innominatum, per l.fin.ff de condic. cau.dat.et eam glo.dicit menti tenendam Bal.ibi:et singularem Alex.ad Bar.ibi:et cōmuniter receptam Fabia. de empt.et uēd. q.5.nu.34.et eam uidetur probare Bar.eam referens in l. si seruus §.qui quinq; ff.de lega.1.eamq; dicit singul. Ias.a in l.fi.co.3 nu.12.ff.de cond.ob cau.Roma.in l.si stipuler,num. decimo.ff. de uerb.obliga.

3 Sed b differentia illa glo.& DD.nullatenus teneri potest:puerile enim & ridiculum est censere venditionem per illa verba *quantum precij in arca habeo:*(vt tex.habet)non autem per illa,*pro eo precio quod in arca habeo*.Nemo enim cū iudicio aduertens comperiet in his rationem differentiæ, iuxta regu.l.2. C.commu.de lega.& facta relatione ad id quod in arca est, nihil interest fiat per *quantum* vel per *quod* tam secundum grammaticos quam secundum dialecticos,quam etiam secundū sensum cōem. Et ita contra glo.sentiunt Alberi. & Sali.ibi,arguentes ex verbo *precio* quod proprium est emptionis:& cū Salic. Fabian.vbi sup.& Ioa.Ign.in l.3.§.si cōditioni,nu.28.ff.ad Syllani.& nemine citato Emil.Ferret.in l.si certos ff.de verbo.ob. Ego rationem considero secundū quam nulla differentia inter ea verba est in proposito:nec distinguo an verbum *quantitas* vel *precium* vel *pecunia* proferatur.

Substantia enim & effectus attendi debet nō sonus verborū l.insulam,ff.de præscrip verb.cum vulgar.intelligendo quando in loco ad quem fit relatio adest pecunia numerata.aliter enim

a Et alii de quib. in ca 3 nu. ti.

b Vltima fundamenta hic ascripta euidenter cōem opinionē conuinces si attēdas eā cantū inniti l. si.supra allegata, quia.s.eo casu pecunia spēs censetur.si aduertas ex iuri sui & cū p quātitate precii uel quantā precii uel ēt(quod fortius)pro centū quę in archa habeo e ā dē rōnē militare ut emptio non sit cū & iis casib. pariter pecunia species cēseatur ut aperte pbat text. uidendus in l. plane 34.§. 1.de leg.1.

ca

ea deficiente,licèt aliud reperiretur,non posset dici emptio,iuxta d.l.si quis fundum,37.ff.de contrah.emp.

4 Quamuis autem certum precium sit substantiale in emptione, constitutum iure est vt posit conferri in arbitrium certę personæ:quod Iustinia,à se sancitum tradit in l.fin.c de cōtrah.emp.& in d.§.preciumːidē dicens in locatione Sed multo ante id dixit I.C.Caius in l.si merces 28.ff.loca.in quibus locis glo.et DD. expresśim colligūt nihil actum censeri,si non exprimatur certa persona:quod est contra idiotas(secundum Ang. in d.§.) qui putant recte contrahi emptionem,si circa precium dixerint quod de illo postea concordabunt,vel eligent tertium qui eos concordet:qđ memoro vt caueas à Dec.in hoc errantę cons.648.nu.1.vbi male refert Anan.cons.19.

5 Ex d.l.fin.et d.§.precium:et d.l.si merces,et ex glo.et DD. aperte colligitur nō dici nec valere emptionem sub alia forma vt preciū declaretur à bonoviro in genere,non facta relatione ad iudicem vel certam personam:contra Cuma.relatum à Soci. in l.si quis arbitratu,nu.26.ff.de verb.oblig.quod enim dicitur non esse moram in boni viri arbitrio.l.1. ff. de lega.2.(à qua argumentatur Fabia.q.5.nu.26.) procedit,cum certa persona est quę arbitrari debet:aliter nō entis non daretur qualitas,l.si seruum,§.1.ff.de actio.emp.quod probare videtur d.l.fi.C. de contrah.emp.ibi,*nulla coniectura utrum in personam an in boni uiri arbitrium.*

6 Ex quibusvidetur verius dicendum contra Bar.& Paul.in l.si merces ff.loca.vt nec dicat valida emptio si contahatur sub ea forma *duorum elegendorum,alterum à te alterum à me:* Vigent enim verba & ratio d.l.fin.& d.§.precium:vt ob incertitudinē precij non consistat emptio.Idq;suadet regula iuris in hoc con tractu,quæ non reperitur limitata nisi secundum terminos dd. iurium,& d.l.si merces ac proinde in non expressis stabitur regulæ,iuxta doctrinā ueram & receptam de qua per Dec.in l.1. nu.8.ff.de reg.iur.Non enim iura in hoc tantum fundantur ex timore quod contrahentes discordabunt circa electionem, vt Bar.& Paul.presupponunt, sed potius fundantur ex incertitudine in precio,quod est substantiale eiusdem contractus:vt aperte colliges ex d.§.preciū,ibi *certum esse debet* potest quę verba sequitur quęstio arbitrij tertij,ibi,*quotiens sic cōposita sit uen ditio*:ut ea appareat mens Imperatoris,ne aliter talis cōuentio consistat. Ex quo etiam verius puto cōtra Paul.in d.l.si merces

vt non ualeat is contractus initus sub ea forma, vt vnus ex con trahentibus eligat tertiũ qui preciũ declaret: quanuis enim tũc cesset timor discordiæ, militant verba & ratio illorum iurium, quæ venditionem non admittunt sub tali incertitudine: imo & tunc alia ratio vrget vt conuentio magis irritetur. quia videret tunc in effectu precium (quod substantia emptionis dicitur) vnius ex contrahentibus arbitrio cõmitti cõtra l. quod sepe 35 §. 1. ff. de contrah. emp. notat Roma. conf. 257. in fin.

7 Inde infertur ad quæstionem vtilem de prętendente probare emptionẽ per testes qui asserunt vidisse per fectè cõuentum de re & precio, sed non recordantur de quãtitate precij an ex ea probatione succurratur agenti, vt saltim iustum preciũ per æstimatores et iudicẽ declaretur. In quo Alex. conf. 8. col. 1. & 2. lib 1, vt receptum tradere videtur, talem probationem non sufficere, cum deficiat in substantiali certi precij: idem Alex, ad Bar. in l. quod sæpe, §. 1. ff. de contrah. emp quod not. aperte Paul. Castr. in l. si duo patroni, §. si quis iurauerit, nu. 4. in fin. ff. de iureiu. ibi *per instrumentum uel per testes, non ualet*: Idẽ asserunt scriben. in instrumento referente emptionem, non exprimente precium, vt nõ probet: secundum Cyn. & antiquos in l. 1. C. de contrah. stipu. Bar. in l. sciendum nu. 2. vers. contra, ff de verbo. obl. & ibi Imol col. 2. ad fi. Rom. nu. 32. Alex. nu. 15. notat Io. Fab. in d. §. precium, nu. 1. Instit. de emp. & vend. & alios citat Molin. ad Alex. d. conf. 18. quem vide, vbi id notabiliter declarat cum Alex. in d. l. sciendum, nu. 16. & Ias. in l. si duo patroni, §. Marcellus, ff. de iureiur. vt hoc procedat quando emptor agit aduersus venditorẽ: secus si quis prætẽdat vsucapionẽ & titulũ probet per testes qui de precio non sunt memores. talis. n. probatio sufficit: & ita procedit Bal. in leg. 1. nu. 3. C. de reb. alien.

8 Infertur similiter ex illo substantiali certi precii in emptione, non sufficere quòd testes uarient in precio: vnde si vnus deponeret de centum, alter de centum & viginti, esset imperfecta probatio: nec venditor teneretur rem tradere etiam oblato maiori precio, vt colligitur ex Alex. ad Bar. in d. l. quod sępe, §. 1. notat expressim Molin. ad Alex. d. conf. 18. col. 1. ad fin. magnę addit. Confirmantur hæc ex doctrina gl. in l. Lucius, ff. de ijs qui nota. infa. verbo debeat, ibi, *quare non dixerunt plene factum* vbi vult non induci efficacem probationem quando testes non referunt integre factum: sequuntur & commendant DD. vt per Alex. conf. 33. nu. 21. lib. 3. & conf. 88. in fi. lib. 4. Ias.

in

in l.eleganter,numero 2.ff.de condic.indeb.

9 Ex eodem substantiali certi precij ad emptionem, infertur ad q.de qua in c.preceden.nu.15.cum Alber.& Fulg.in l.1.ff.de contrah emp. quòd ex altera parte debet esse res, ex alrera pecunia,non autem pecunia ex vtraque parte:vbi substinui tunc censeri permutationem.Fulgo.autem appellabat contractum innominatum,do vt des:forsan ex eo quod tanquàm receptius traditur à DD. non dici permutationem nisi de specie ad speciem,non de genere ad genus. & eam esse differetiam inter permutationem & contractum do vt des,licet vtraque conuentio innominata dicatur:vt tradit glo.recepta in l.1.c.de rer.permut.Ias.in §.actionum,nu.92.Instit.de action.Ias.in l.2.nu.8.ff.si cert peta. post Bar.& alios:& ita idem Ias.in l.1.nu.10.ff.de rer.permu.vbi in ea q.cum Fulg.bene reprehendit Alber.ne tunc dicatur emptio,sed magis permutatio. seu cōtractus innominatus Ego autē retineo quod dixi,vt actio sit fauorabilior, nempe bonæfidei ex permutatione,iuxta §.actionum,Insti de actio. quod non esset si ex tali cōuentione nō resultaret permutatio,secūdū oēs in d.§. Ias.in d.l.2.n.8.ff.si cer.pe.facit ad hoc rō bonęfidei q̄ ampliāda ē,vt ē tex.i l.bonā fidē,C.de ac.&ob. facit in terminis tex.indistincte loquens in l.2.C.de rer. perm.

10 Probatur magis hæc conclu.quia verius videtur vt contractus,*do vt des*, sit vera permutatio: & sic permutationem dici non solum cum species pro specie, sed etiam cum species pro genere,vel genus pro alio genere datur:vt contra DD. egregie probat Dec.in l.2.in 2 lect.nu.12.& ibiCur.nu.29.melius Butigel.nu.37.Alcia.num.23.sequitur etiam in effectu Loriot.de pact.axiom.107.in fi.cum sequen.& axio.117. & latius meliusque probat Fortun.quem vide in l.iuris gentium , nu.27.ff.de

c pact.&.[c] eo tacito Gom.in §.actionum,nu.26.Instit.de actio. referens Barba.& Gamar.Probaturque mihi hæc sententia ex ☞I C. in l.5.§.& si quidē,ff.de præscr.verb.quem fortiter induco,ibi, *si autem do rem vt rem accipiam,quia non placet permutationem rerum emptionem esse*.vides ibi permutationem appellari de re ad rem , quod nomen non potest ad solam speciē referri(vt DD.male intelligunt)sed generaliter omnia comprehendit, iuxta l.5.ff.de verb.sign.quicquid pro communi cauilleturRipa.in d.l.2.nu.25 ff.si cert peta.

c Adde Emil. Ferretum infra relatum pag. 62. nu. 10.

11 Ex eodem axiomate infertur ad q.Ioa.Fabr.in §. item precium, nu. 1.Instit.de emp.& uend.quod deficiente pecunia nō

dicatur

dicatur emptio ad libras, marchas, uel uncias auri uel argenti: & ibi Ang. Aret. nu. 3. subdit, tunc esse contractum innominatum. Ego autem secundum proxime dicta intelligo tunc esse permutationem. Sed noue addo cauendum esse à Fabr. dum in ea specie putat ueram emptionem dici, si à principio marchas uel uncias æstimauerint contrahentes ad pecuniam: nec intelligit l. prec. j C. de rescin. uend. ut plenius declaro infr. nu. 14. nec enim etiam consensu utriusque partis potest uera emptio dici, ubi non datur pecunia: ut probat d. l. 1. ff. de contrah. emp. ibi, *an hodie sine nummis emptio dici possit.* qđ negat: & ita. l. emptionem, C. de rer. permu. Atque ita ex dic. legi. indistinctè loquētibus & ex negatiua ante uerbum, *potest* satis colligitur, ut etiā uolente utraque parte, non dicatur emptio deficiente pecunia: probatur etiam ex l. empti fides C. de contrah. emp. & ex l. pacta conuenta, ff. eod. dum inquit precium esse de substantia, igitur non potest à partibus tolli, iuxta reg. l. nemo potest, ff. de lega. 1. facit l. ubi ita donatur, ff. de dona. cau. mort.

12 Ex eadem regula fundatur I.C. Neratius in l. insulam, 6. ff. de præscrip. uerbi. cuius sunt uerba, *Insulam hoc modo ut aliam reficeres uendidi: respōdi nullam esse uēditionē, sed ciuili actione incerti agendum esse.* contrahentes ibi emptionem appellabāt, & forte ita sentiebant, quia tamen defuit pecunia, & refectio alterius insulæ pro precio erat, nō potuit esse uenditio, nō obstante nomine à contrahentibus adiecto, & in ijsdem terminis melius probat tex. in l. 6. §. 1. ff. de act. emp. ubi I.C. Pompon. refert Neratium: quod ornari potest ex multis per Ias. in l. si tibi pecuniam, ff. si cert. pe. Palac. in repe. rub. §. 7 Dec. in l. si librarius. ff. de reg. iur. Nec ad illam l. obstat difficultas & obiectio quam Fulgo. insolutā reliquit, ex l. si quis in fundi uocabulo. 4. ff. de leg. 1. ubi dicitur quod error in nomine appellatiuo uitiat dispositionem: quasi ita dicendum uideretur in d. l. insulam, quia partes errarunt in nomine appellatiuo contractus. Ias. laborat circa responsionem: ego puto rem esse indubitabilē, quia l. contraria loquitur de errore nominis apellatiui inducente incertitudinem, secundum communem resolutionem: Item in d. l. si quis in fundi, agitur de errore circa substantiā rerum: at in d. l. insulam, tota res constat. Similiter d. l. si quis, loquitur aperte ubi errantur nomina rerum, quæ immutabilia sunt, non hominum: at conuentionum nomina hominum sunt, & ab hominibus inducta, l. ex hoc iure, ff. de iustitia & iur. & ciuiles appellationes

tiones dixit I.C. in l. in bonorum, 49. ff. de uerb. sign. Nomina d igitur [d] rerum etiam immutabilia dicuntur quæ ab initio rebus imposita sunt, quasi ab ipsa natura, quæ etiam rusticis comperta sunt: non ita in nominibus contractuum, quæ etiam prudentibus non semper cognita esse constat l. 2. ff. loca. §. adeo Inst. de loca. facit tex. notab. in l. non aliter, 67. uel 69. §. 1. ff. de leg. 3. ibi, *non enim in causa testamentorum ad definitiones descendendum est cum plerumque abusiue loquantur, nec proprijs nominibus ac vocabulis vtantur.*

d Vt eleganter probat Ioseph. de antiqui. lib. i. ca. i. pag. 18. ubi ab adamo nomina animalibus indita testatur iuxta reuerendam sacrosanctæ mosaicæ legis seriem lib. i.

13 Ex eodem themate infertur ad intellectum. l. 1. C. de rer. permu. cuius uerba referam, ut quæ ad eius intellectum dicemus melius intelligantur: *Si cum patronus tuus venalem possessionem haberet, pater tuus precij nomine, licet non taxata quantitate, aliam possessionem dedit: idque quod comparauit euictũ est, ad exemplum ex empto actionis, non immerito id quod tua interest, si in patris iura successisti consequi desideras: At enim si cũ venalis possessio non esset, permutatio facta est: idque quod ab aduersario præstitum est, euictum est: quod datũ est si hoc elegeris, cum ratione restitui postulabis.* Habet ea l. duas partes, in prima agitur de re uenali, in secunda de non uenali: ut manifeste sonat litera: & ex qualitate illa uenalitatis (ut ita loquamur) diuersum ius resultat in permutatione: & ita communiter cum glo. intelligunt Bar. Bal. Salic. Fulgo. contra Petr. & Cyn. male contradicentes, male etiam negantes differentiam quam tex. ibi aperte constituit inter rẽ uenalem & non uenalem. Quæ differentia licet difficultatem habeat, negari tamen non debet, cum tex. eam perspicue ponat. Ex quo sequitur primam partem d. l. fundari in eo, quod altera ex rebus permutatis uenalis erat, non autem ex sola intentione contrahentium, quæ non sufficeret, ut sup. dixi nu. 11. quicquid ad d. l. in hoc scripserit Connan. libro. 7. capitulo. 5.

14 Patet igitur in. 1. parte illius tex. cum species permutatur ꝓ alia uenali, dari actionem ad similitudinem empti & uenditi: & conuentionem tunc habere maiorem similitudinem emptionis quàm regulariter habeat. Sed nec tunc emptionem uere dici, quia non interuenit precium, secundum regulam quam hic exornamus. Effectus autem quem tex. probat (secundum communem intellectum) est, vt eo casu sequuta euictione, non detur condictio ob causam ad repetendam rem datam pro euicta: quia id tantum conceditur in secunda parte tex. quando per

mutatio

mutatio fuit cum re non venali: & hoc euincitur ex differentia quam lex ibi constituit inter eos casus, censendo primum iuxta naturam & regulam vēditionis: secundum vero iuxta naturam permutationis & contractus innominati. Secundum quam cōmunem interpretationem dicit Bar. esse ibi tex. singularē quod vbi permutatio seu contractus innominatus fit cum re venali, cessat condictio ob causam, vel repetitio rei datæ, etiam secuta euictione rei alteri ex contrahentibus datæ. Sic limita l. 1. ff. de rer. perm. l. 5. §. 1. & 2 ff. de pręscr. verb. l. si pecuniam, & l. fin. cū ibi nota. ff. de condic. ob cau. & ad hoc d. l. 1. dicit etiam singul. Paul. in l. 1. nu. 10. ff. de rer. permu. Ange. in l. sciendum, §. 1. ff. de edil. edic. dicit sing. & nota. Ang. in l. 2. ad finem. [e] C. de condic. ob cau. Ias. in l. 1. in fin. ff. de æstim. act. Alcia. in l. 2. nu. 13. & ibi Rip. nu. 26. ff. si cert. pet. tradit Igne. quē olim vidi (nunc enim eius lecturam non habeo) in l. 3. §. si conditioni, n. 40. ff. ad Syllan. dicit etiam Fulgo. in d. l. 1. quod ea non visa possent docti contrarium respondere.

e Idē Ias. in l. si eū. §. qui iniuriarū nu. 36. ff. si quis caution. & in l. rogasti. n. 2. ff. si cer. pet. & in §. actionū. nu. 102 instit. de actio.

15 Ex quo etiā aperte volunt Bar. & alij, in ea conuentione permutationis vnius rei pro alia venali, non esse locum pœnitentię ante implementū ex parte alterius. Sic limitata regula contractuū innominatorum, in quibus ante implementum licet pœnitere, nec antea datur actio ad implenda conuenta: l. 1. ff. de rer. permu. l. 3. C. eod. d. l. si pecuniam, ff. de cond. ob cau. vbi late DD. & ita per illam l. limitat [f] Ias. in d. l. fin. nu. 8. ff. eo. nu. Ias. & Soci. in rub. ff. de verb. obli. & ibi Iacob. de Nigr. nu. 174. & nemine citato Connan. d. lib. 7. ca. 5. Sed posset hoc noue controuerti, quia d. l. 1. non æquat omnino eam conuentionem veræ emptioni, nec generaliter, sed tantum post traditionē ex vtraque parte: & tunc secuta euictione alterius rei, tribuit actionem ad interesse ad similitudinem emptionis. Cum igitur sit contractus innominatus non emptio, videtur non recedendum esse à regula quę ante implementum permittit pænitentiam: quod iuuatur ex reg. l. commodissime ff. de liber. & post h. cum vulgar. & in dubio adhærendum est regulæ, iuxta vulgaria iura, & quę DD. vbique notāt: & gl. optima in l. à diuo Pio, in prin. ff. de re iud. sicut in simili uidemus econuerso, dari condictionē ob causam ob defectum implementi non sequuti: non uero ex penitentia ante implementum, vt colliges ex Bar. recepto in l. si nu. 11. ff. de cond. ob cau. & clarius notat Pau. Cast. in l. cum te C. de pac. inter emp. & vend. de qua in seq. cap. idem Paul. in

f Et ante eū Alexan. in l. si pecuniā. nu. 21. ff. de cond. ob causam.

l. Arist o.

l.Aristo.nume. tertio.ff.de donation.

16 Ad d.l. 1.magis aduertendum est ad illa verba, *licet non taxata quantitate* Glo.enim Bar.Bal.Fulgo.& omnes intelligunt ea verba significare, quod si à principio daretur res taxata in quantitate certa, esset vera emptio:& ita Paul.in l.1.ff. de rer. permu.sequitur Alcia.in l.1.nu.23.ff.si cert.pet.& ibi Rip.nu. 26.Tiraq.de retrac.lign.§.1.gl.14.nu.19.Dec.cons.160.col. g 1.ad fi.& ita Faber.g in §.item pretium,nu.1.Instit.de emptio. & venditione.

g Et alii relati in c.3.nu.1. pag.39.

☞ Ego non dubito glo.& DD.errasse, quia verba d.l.non possunt accipi vt ipsi acceperunt,& conclusio quã colligũt est plane iuri cõtraria: quamuis enim à principio fuisset taxatus valor rei quæ pro alia daretur non potuit resultare vera emptio quę non consistit deficiente conuentione in nummo vel pecunia: per d.l.1.& l.2.& l.pacta conuenta ff.de contrah.emp.l. emptionẽ C.de rer.perm.l.empti fides C.de contr.emp.cum sup. traditis, quibus responderi nequit: nec partes mutare possunt substantiam rei nec fingẽdo inducere vt taxatio rei sit pecunia iuxta reg.l.in bello,§.factę ff. de captiu.& vbi pecunia requirit (vt in emptione) non potest per alias res æstimari licet aliæ res per eam æstimẽtur,l.si ita.43.ff.de fideiuss.Hoc.euincunt etiam quædam argumenta Petr.& Cyn.ad aliud.in d.l.1.vt ibi refert Bal.nume.7.

Nec obstat l.precij C.de rescin.vend.(quam male adducunt glo.& DD.)loquitur enim secundum glo.& omnes ibi (parũ sibi constantes) quando à principio fuit conuentum de precio in pecunia,& postea data fuit res estimata loco pecuniæ.inspicitur enim conuentio non solutio sequta, vt probat l.2.ff.de cõtrah.emp.& est receptissimum: facit glo.l.2.in princi.ff.si cer. pet.ibi, *propositum inspicitur:* & ita ad dict.l.1. bene aduertisse videtur Loriot.

Nec obstat argu.quod à sensu contrario male colligebant glo.& DD.ex verbis d.l.1.ibi, *licet non taxata quantitate* non enim significat Imperator, quod taxata quantitate fieret vera emptio: nec verba talem collectionem admittunt, sed potius vult tex.idem iuris esse eo casu non taxata quantitate, ꝙ esset si taxaretur,& hęc est sanior collectio:& ita plane probat d.l. ꝙ si ibi altera species taxata daretur pro venali, minus dubiũ esset competere tunc actionem ad interesse ad similitudinem empti & venditi.Sed & non taxata competit talis actio ob qualitatem

litatem alterτius rei venalis.

17 Secundum quæ poteſt ex illa l. comprobari glo. (quæ commendari ſolet) in l. 5. §. penul. ff. de præſc. verb. verbo, *ſimilis* vt, contractus innominati ſumant effectum contractuum nominatorum, ad quorum ſimilitudinem contrahuntur. not. Alex. in l. actionibus, nu. 10. ff. de in lit. iur. Gome. in §. actionum, nu. 8. Inſtit. de actio. probat tex. & ibi no. Bar. & Paul. in l. 1. §. ſi quis ſeruum ff. depoſ. tex. in l. eum qui, §. ſi rem, ff. commod. Sed hoc ſane debet intelligi quo ad reſpicientia effectum conuentionis, non quo ad modum & qualitates: ſunt enim plures differentiæ in modo & nõ nullis qualitatibus inter contractus nominatos & innominatos, etiam nominatis ſimiles, vt in l. 1. &, 2. de rer. permu. vbi late Paul. & *Iaſ.* & poſt eos Curtius in l. petens, nu. 36. C. de pact. & Loriot. de pact. axiom. 117. cum ſequen. & Berenga. in repe. l. pacta ff. de cõntr. emp.

18. Ex prædictis circa precium requiſitum in venditione, reſoluitur quæſtio Ioa. Fabr. in §. preciũ. nu 1. Inſti. de emp. & vend. quando venditur res pro modico precio. eo adiecto pacto vt emptor ſoluat debita venditoris: Nec videtur bene reſoluere Faber, dum inquit eſſe venditionem ſi debita certa fuerint & ſpecificata, vt ipſe loquitur: quaſi diuerſum ſit ſi quãtitas eorũ que debentur non exprimatur. Ego autem aſſero emptionem eſſe in his terminis cum ſemel certũ aliquod precium exprimit licet adijciatur relatio ad debita incerta arg. l. hæc venditio. 7. §. 1: ff. de cont. emp. ibi, *magis enim ignoratur quanti eſt emptus ſit: quam in rei ueritate incertum eſt.* Probatur magis ex §. ibi ſequendum *I.C.* ponit aliam formam emptionis *eſto mihi fundus emptus centum & quanto pluris uendidero* qua quæſtione præmiſſa reſpondet I.C. in hæc verba, *ualet uenditio, & ſtatim impletur, habet enim certum precium centum: augebitur autem precium ſi pluris emptor fundum uendiderit*. Adeò perſpicue hoc probat tex. ille. vt inductione nõ egeat: paruitas enim precii expreſsi, nõ tollit nomẽ veræ emptionis, vt probat tex. in l. ſi quis emptionis 38. ff. de contrah. emp. & hæc traditio ſatis probatur ex l. fundi partem. 79. ff. de contr. emp. ſed tandem pro ea do tex. in l. ea conditione infr. hoc tit. de quo in cap. ſequen.

19 Ex iiſdem infertur ad notab. quæſtionem de contrahentibus ſub ea, forma, *ut res empta maneat iuſto precio, ſeu pro precio ꝗ iuſtũ declarabitur.* Inquaq. reperio DD. variaſſe: Alberic. enim & Fulg. (alibi non relati) ſecurè ſcripſerunt, ea forma reſultare

validam

validam emptionem,& precium tunc declarandum fore à Iudice: quasi mentio illa iusti precii habeatur pro relatione ad rem certam: ita prædicti DD. in l. hæc venditio. §. 1. ff. de contrahen. emp. citantes ad hoc tex. vt expressum in l. si fundus. 16. §. vult. ff. de pignor. Sed in ea forma non dici venditionem, veriùs & receptius est, ex DD. statim citandis, qui tamen volunt resultare tunc contractum innominatum, vt secuta traditione detur tradenti actio præscrip. verb. ad iustum precium declarandum à Iudice: quod apertè tradit Bal. in l. fin. q. 1. nu. 8. C. de cōtrah. emp. referens ad id Nicol. de Matarel. & Azo. in summ. Insti. loca. & ita idem Bal. in l. contractus, nu. 5. C. de fide instru. quem sequitur Alex. ad Bar. in d. l. hæc venditio. Ias. in §. actionum. nu. 191. idem Ias. in l. si tibi, ff. de præscr. verb. & ibi not. Paul. probat etiam Roma. in l. sciendum, nu. 33. & ibi Alex. nu. 17. ff. de verb. obl. Soci. in l. si quis arbitratu, col. 5. n. 19. ff. de ver. ob. & Ias. in d. §. actionum, ad id extollit tex. in d. l. si tibi, quæ est 24. quam prius citauit Bal. in d. l. fin. & Roma. vbi sup. Fabian. autem in tracta. de emp. q. 5. nu. 25. & 26. malè se explicans, videtur probare traditionem illam Bal. Sed eius argumenta tendūt in id, vt in ea forma dicatur valida emptio, non contractus innominatus, & sic eius rationes dicto nō cohęrent: ibidem etiā malè citat Roma. vbi sup. quasi contrarium Baldo, cum Ille cōcordet. Anto. autem Gome. Hispan. in lib. de contractib. cap. 2 nu. 9. partem negatiuam tenet, vt in ea forma non dicatur emptio, sed addit contra Bal. & alios, tunc etiam sequuta traditione non dari actionem ad precium declarandum à Iudice, sed tātum ad fructus, vel pensionem condignam ex tempore quo res fuit penes recipientem: & ita intelligit Azonem in d. loco, quē dicit malè citatū à Bal. & aliis. In quo tamen falli videtur quia Azo id voluit ad quod Bal. eum citauit: debuitq; Hispan. ibi allegare Salic. qui eius opin. prius probauit in d. l. fin. q. 4. nu. 7. C. de contrah. empt.

20 Vides magnam DD. varietatem alibi non ita relatam: ex allegatis autem constat receptius esse in hac q. venditionis pro iusto precio, non dari emptionem validam, sed tantum resultare contractum innominatum, vt sic talis contractus non perficiatur consensu, & sit locus pœnitētiæ: & qui vendere volebat nō teneatur tradere, & si maximè habeat facultatem tradendi, quia emptio non est. Si autem tradat, & is qui emere volebat, rem accipiat, quasi secuto implemento detur actio ad iustum preciū

à Iudice taxandum. Aduerto etiam quod DD. tribuentes effectũ illum traditioni sequutæ, non solum loquuntur cum sit conuẽtio vendendi pro iusto precio, sed etiam ex iuribus quæ citant idem volunt in conuentione pro eo de quo ipsi contrahentes concordabunt: & ita Alex. in l. sciendum, nu. 17. ff de uerb. obl.

21 Ego communi opin. adhæreo, vt ex tali conuentione non resultet emptio: contra. Alber. & Fulgo. repugnant enim iura sup. citata, quæ uenditionem negant, deficiente certo precio: mentio aut illa generica iusti precii, non affert certitudinẽ qua emptio subsistat: nam & simplex conuentio uendendi non facta mentione iusti precii, nullo modo valet secundum omnes, & tamen intelligeretur de iusto precio, ex iurib. & DD. citatis à Soci. in l. si quis arbitratu, n. 27. in fi. ff. de uerb. obl. Addo etiã eam conuentionem à principio (vt emptio non est) non etiam transire in contractum innominatum, quia contrahentes de sola venditione cogitabant, vt re & uerbis constat: & ideo deficiẽte precio corruit omnino, iuxta d § precium, Institu. de emp. & vend. cum aliis de quibus sup. Facit doctrina quam sentit I.C. in l. verbis ciuilibus, ibi, *ne fiat contra uoluntatem*. ff. de vulga. & ibi not. Pau. Cas. & in his terminis sẽtit Arer. in d. l. scimus, col. 5. nu. 6. ad fi. ff. de verb. obl.

22 Ex quo cum Salic. et Anto. Gome. magis probo contra Bal. et communem, ut in hac q. uenditionis vel emptionis pro iusto precio etiam sequuta traditione, non detur actio ad iustum precium: Cum enim conuentio illa quæ ad uenditionem tendebat nulla sit, ex defectu substantialium, non potest per obliquũ suscitari ex traditione sequuta: iuxta doctrinam tex. in l. nũquam nuda. 31. ff. de acquir. rer. dom. Nec adest materia permutationis uel alia quæ talem uim & effectum uẽditionis inducere possit: facit notab. tex. in l. obligationes quæ propriis uiribus non consistunt, 16. ff. de actio. & obl.

23 Nec obstat tex. quem Bal. & alii citabant, in d. l. si tibi, 24. ff. de præscr. uerb. ibi enim non traditio, sed opera sequuta ius facienti præstat ad iustam mercedem, ne alter cum eius iniuria locupletetur, contra iur. reg. Nec ad id requiritur certa causa uel conuentio, sed sufficit quem uti re uel opera alterius in iis quæ gratis facere non intendunt, ut ei satisfacere teneatur: ut probo nu. sequen. & ita procedit tex. in §. 1. uers. qua de causa, Instit. de loca. Et suadetur ex æquissima regula l. si me & Titium. 32. ff. si certum petat.

24 Ex quo noue & utiliter colligi potest differentia in prędictis terminis conuentionis ad iustum precium, inter conuentionem tendentem ad locationem & tendentem ad uenditionem: nam licèt utraq; non expressa statim quantitate uel mercede à principio nõn cõsistat, nomenq; & effectũ suum retinere nequeat, differunt tamen in eo quòd conuentio illa tendens ad uenditionem, non obligabit ad precium, etiam sequuta rei traditione ut sup. At in simili conuentione tendente ad locationem sequuta traditione, tenebitur, recipiens ad iustam mercedem ex usu rei alienæ, ut teneretur ipso facto nulla præcedente conuentione: argu. l. item quæritur, 14. §. fin. ibi, *prout quisq; habitauerit* ff. loca. & ibi not. Bal. & alii quos refert Ias. in §. actionum, nu. 188. Instit. de actio. & in terminis notant Cin. Alb. Sali. Fulg. in l. excepto C. loca. Quæ differẽtia comprobari potest ex Paul. Cast. in l. 1. §. si quis seruum, n. 4. ff. depos. Vides igitur egregiam differentiam inter locationem & emptionem, seu inter conuentiones earum nomen referentes, quod forsan alibi expensum non reperietur: quod repeto infra cap. 3. nu. 5. Et inde limitabitur similitudo & æquiparatio quã tradit. I. C. in l. 2. ff. loca. inde etiã cauebis ab Ang. in l. excepto. C. loca. magis à Soci. in l. si quis arbitratu, col. 5. versi. aliquando ff. de verb. oblig. vbi emptionem & locationem æquat.

25 His vero non obstat tex. in d. l. si fundus. 16. §. fi. ff. de pignor. per quem Alberi. & Fulgo. sup. relati, tenuerunt conuentionem per illa verba *pro iusto precio*, inducere validam emptionem: verba illius tex. sic habent, *potest ita fieri pignoris datio hypotecæue, vt si intra certum tempus non sit soluta pecunia, iure emptionis possideat rem iusto precio tunc æstimandam, hoc enim casu videtur quodammodo conditionalis esse venditio:* Reperio autem tex. illum variè intelligi: primo glo. ibi in hac difficultate respondet esse speciale ratione mutui, vt debitores inueniant pecuniam quam aliter non inuenirent: & tunc valeat venditio non expresso precio certo, sub ea forma vt res obligata maneat empta pro iusto precio: & cum glo. est Albe. ibi, & secure Hispan. Gome. d. lib. & cap. & nu. Bar. ibi intelligit eam conuentionem valere non solum in causa mutui, sed generaliter vbi præcedit alius contractus validus, cui illa conuentio vendendi pro iusto precio adhæreat. Quæstio autem nostra procedit vbi datur sola illa conuentio vendendi pro iusto precio, absque alia cui adhæreat: quem intellectum approbatum communiter

niter dicit Ange. Aret. in §. precium, nume. 4. Institu. de emptio. & vend.

Rom. autem in d. l. sciendum, nu. 32. ff. de ver. obl. inquit esse speciale in casu d. §. alia ratione, vt mutuo dantes magis vtantur eo pacto ut res maneat pro iusto precio, quàm pacto legis cōmissoriæ in pignoribus reprobato, quod prius dixit Imol. ibi, col. 2. quos refert Soci. uaccillans in l. si quis arbitratu, nu. 19. ff. de uerb. obl. Mihi uero placet ratio Barto. quæ satis probari uidetur ex l. fin. in princ. ff. de contrah. emp. de qua inf. hoc ca. Quæ ratio iuuatur ex eo ut inter homines faciliora sint commertia, utque homo ab homine magis iuuetur, quod Reipub. utile censetur: ut in simili dicit glo. in l. 4. ad fin. ff. de pigno. acti. ibi, *propter publicam vtilitatem:* & ibi, *eueniret sæpissime ut creditores mutua denegarent:* quam glo. sequuntur DD. & extollit Dec. in l. fructus, & in l. nec pignus, ff. de regu. iur. Ange. Aret. in §. fina. Institu. quib. mod. re contrahit. obliga. Et rationem Barto. comprobat Socin. in d. l. si quis arbitratu, numero 28.

Hæc de illo tex. quo ad præsentē materiā, alia enim difficultas tangitur à glo. & DD. quomodo valuerit ibi pactum, vt non sequuta solutione, pignus emptum maneret creditori cum pacta leg. commissoriæ in pignoribus reprobentur, vt in l. fin. C. de pact. pign. Ideo glo. in d. §. & in l. 1. C. de pac. pig. intelligit d. §. procedere ex illa iustificatione conuentionis pro iusto precio: regulam autem contrariam procedere, vbi simpliciter conueniatur, vt pignus maneat pro quantitate debita, quia in hoc pacto posset resultare grandis vsura vel magna fraus debitori: in precio autem iusto datur quoddam temperamentum, quod iuuatur ex tex. notab. in l. si bene collatæ. 33. ff. de vsur. & ita cum glo. intelligunt communiter scriben. & ad hoc extollunt illum tex. Salic. & Paul. in l. Titius ff. de pigno. actio. Bal. in c. vno, nu. 6. de feud. dato in vi. leg. commis. Fabia. in d. tract. q. 7. nu. 10. & sequen. Soci. d. leg. si quis arbitratu, numero 28. & plures quos refert Tiraq. de retrac. conue. in fin. numero 136. & ita Afflic. in decis. 368. post princ. & Anto. Rub. cons. 134. qui omnes cum Bar. in d. §. idem intelligunt, & si expresʃim non conueniatur de iusto precio, sed simpliciter, quia & tunc de iusto intelligitur: & ita Bar. in l. quamuis, ff. de solutio. & plures relati à Tiraq. vbi sup. numero 138. & illum tex. non semel dicit sing. Angel. Perus. ibi.

27 Is est cōmunis intellectus ad d.§.à quo nemo hucusque discrepauit:& ex d.§.colligunt DD. limitationē ad regulā prohibent in pignore pactum illud l. commissoriæ, secundum omnes proximè citatos:& Neguz.de pigno.4.par.n.6.in 2.limit. & Molin.de commerc.q.52.ubi multa noua & egregia tradit ad hanc materiam pacti leg.commiss.in pignoribus. Ego autē tam ad intellectum d.§.quàm ad intelligenda multa alia respon sa Iureconsultorum quæ in pandect.sunt,nouè contra glo.antiquos & nouiores omnes iuris īterpretes uerius puto,apud Iureconsultos non fuisse prohibitum pactum illud leg. comissoriæ in pignorib. nec ullum ex Iureconsultis talē regulam nouisse, & consequenter illos nunquàm eam præsupponere in suis respōsis. Quod mihi īcepit fieri uerosimile,quia nulla l.adducitur quæ talem regulam prohibitoriam ponat: contrarium ius ergo fuisse credi debet:argu.l.1.ff. de testib.Comprobatur hoc, quia notissima & generalis erat regula vt conuenta seruentur: vnde tam insignis limitatio tamq; notabilis species irritans cōuentionem,debuerat à Iureconsultis perspiciè tradi:iuxta doctrinam I.C.mihi peculiarem,in l.item apud Labeonē,15.§.ait prętor,ff.de iniur.ibi,*ea quæ notabilia sunt nisi specialiter notentur,quasi neglecta videntur.* Nec facit timor vel suspitio vsuræ, vt DD malè arguebant,nam iure antiquo id non irritabat conuentionèm:L.eos,§.1.C.de vsur.

Tandem ommissis argumentis probat hanc inauditam sententiam tex apertiss.in d.l fina.C.de pact.pign.quæ Constan.est; is autem in multis nouum ius induxit.vt obseruat Alcia.lib.4. parerg.cap.5. & ego ostendo in cōmen.l.1.in 1.par.nu.32.C. de bon.mater. Nec mirum quia Constantin.fuit ex posteribus principibus quorum constitutiones in C.habemus,&eius tempore non fuerunt Iurisconsulti quorum extent responsa in Digestis: Sed iam verba Constantini audiatis, quæ ita *habent: quoniam inter alias captiones præcipuè commissoriæ pignorum legis crescit asperitas,placet infirmari eam:Si quis igitur tali contractu laboret,hac sanctione respiret, quæ cum præteritis præsentia quoq; repellit,& futura prohibet.* Non potuit quidem aliis verbis apertius ostēdi ius illud nouum esse, contrariumq; ante Constant. fuisse: Quod multipliciter probat Imperator ipse, primò cum significat opus fuisse nouo remedio aduersus crescentem maliciam: Deindè cū speciatim meminit illius pacti in pignoribus cuius asperitatem inquit se velle infirmare:antea igi

tur non erat infirmum sed validum: quod magis indicat Imperator cum contrahentes alloquitur subdens, vt qui tali contractu laborabant, ea cōstitutione respirarent: quod falsò dixisset si ante suam constitutionem antiquori iure eis consultum fuisset. Sed multò magis id ostendit Imperator, cum tandem eam constitutionem extendit ad præterita, quia alio iure censenda erant: iuxta reg. l. 7. C. de legib. Et ita manifestè patet ex d. l. nouum ius ibi introductū contrariumq; fuisse apud Iureconsul. & anteriores principes: contra glo. & omnes scribent.

28 Infertur ergo noue contra gl. & oēs hucusque scribent. ad d. §. fi. l. 16. ff. de pig. Martianū I.C. non dubitasse de pacto l. cōmissoriæ in pignore: nec ex regula noua d. l. fi. potuit resultare difficultas ad decisionē antiquā. §. cuius tpe aliud ius erat in ea re. Ideóq; infertur ad alia respōsa I.C. de quibus statim agemus. Sed oportet ante alia tollere obiectionē quę ocurret ex I.C. Vlpiano, in l. quamuis, 45. ff. de solu. indè enim solent DD. colligere, iam apud I.C. improbatum fuisse pactum illud in pignoribus: cui obici responderi potest. 1. cum Bar. ibi uariante, ut in casu d. l. diuersa ratio faciat ne pactum astringat, quia erat inter coniuges & ex viro vxori, inter quos tolli debet fraus quæ fieri posset iuri prohibenti donationem inter coniuges: & ita Fulg. in l. Titius ff. de pigno. actio. & latius Molin. d. lib. de commer. q. 52. n. 375. uerba autē d. l. ita habent: *Quamuis stipulanti vxori uir spoponderit, direpto matrimonio prædia quæ doti erant obligata, in solutum dare. tamen satis esse offerre dotis quantitatē*. Et illa interpretatio Bar. & sup. allegatorum comprobatur ex celebri regula l. oratio, ff. de spons.

Vel aliter & forsan melius intelligenda uidetur d. l. quamuis, ut ibi pactum non desinat astringere quasi eo tempore improbatum esset, cum apertè probatum maneat ex d. l. fin. apud I.C. diuersum ius fuisse: nec etiam procedat d. l. principaliter ob uitandam donationem inter coniuges, posset enim pignus non plus valere quàm sors: Sed alia ratione, & iuridica æquitate uir ibi non obligatur precisè ex tali conuentione, satis enim fuit iuris conditoribus ut dos integra restituatur, & mulier illæsa seruetur: idèoque sufficiat dotis quantitatem restitui: ne uir ledatur ex pacto, vel forsan. vxor: Sic enim inter coniuges magis quam in aliis vitatur inæqualitas, ut in l. iure succursum, ff. de iure dot. de qua latius infr. ad nostrā l. 2. Probatur etiam quod intendimus contra DD. ex d. l. quamuis: ibi enim propriè non

erat

erat pactum l.cōmissoriæ in pignorib.cum I.C.referat pactum per alia uerba, non per ea quod pignora manerent empta pro quantitate debita:posletq; intelligi vt manerent pro iusto precio:ut Bar.& dd communiter intelligūt in d.§.fi.l.16.ff.de pig. ut sup.Nouē etiam ex d.l. quamuis,satis contra dd.colliges I.C. magis significare quod illud pactum regulariter erat ualidum & obseruandū, specialiterq; inter coniuges sufficeret ut pacto non obstante, sufficiat dotis quantitatem restitui.& mulierem illæsam seruari. Et sic probat,reg.eo tempore in contrarium fuisse,ut pactum illud ualeret,contra glo.& omnes:quod alibi ita expensum non inuenies.

29 Indè similiter infertur ad intellec.tex.in l.Titius.34.ff. de pignor.act.ubi.I.C.Marcellus ita habet:*Titius cum credidisset pecuniam Sempronio,& ob eam pignus accepisset, futurumq; esset ut distraheret id creditor,quia pecunia non solueretur, petiit,à creditore ut fundum certo precio emptum haberet. Et cum impetrasset, epistolam qua se uendidisse fundum creditori significaret emisit.Quæro an hanc uenditionem debitor reuocare possit,offerendo sortem & usuras quę debentur? Marcellus respondit, secundū ea quæ proposita essent,reuocare non posse.* Reiecta glo.uarietate & DD.ibi,nō obscura uidetur narratio facti,& decisio tex. punctando uerba ut hic meliùs quam alibi uidebis:agitur ibi de debitore qui ne pignora uenderētur,quæ fortasse ei chara erāt, petiit &impetrauit à creditore,ut sibi emeret fundum certo precio inter eos conuento: postea autem uolebat eam uenditionē reuocare,offerens sortem & usuras.I.C.respondet non esse cur uenditio uel conuentio illa retractetur. Illud autem primò uerius puto cum Molin.ubi sup.contra gl.& Bar.uariantes in d.l. Titius,& d.l.quamuis:contra Salic.& Paul.in d.l.Titius.contra Negusan.de pignor.4.par.nu. 6.in 1.limit. contra Alex.in cōs. 178.lib.7.nu.secundo contra Imol.in cap.significante col.tertia de pigno. contra Guido. decis. sexta pactum in ea l. ualere non tantum ad retinendum creditore posside̅te, sed etiam ad agendum eo non posside̅te: quod probatur ex generalitate text. iuncta vulgari regula .l. primę.§.& generaliter . ff. de legat.pręst.probatur magis,quia diuinatorium esset fingere in casu d.l.fuisse fundum penes creditorem. Id etiam significat litera d.l.cum agat de fundo non obligato, nec adhuc tradito. Tandem contra DD.hoc euincitur ex responso I.C. decidentis pactum ibi ualere,nec à debitore reuocari posse: cum ergo ua-

leat, intelligi debet perfecte, vt iuris est ad agendum & defendendum: iuxta l. sicut ab initio, C. de actio. & obligation. l. 1. §. si conuenerit, ff. depos.

30 Placet etiam quod cõtra alios bene aduertit Molin. vbi sup. vt in casu d. l. Titius, non fuerint verba pacti leg. commiss. in pignore: quia non manebat pignus emptum pro debitu, sed pro alio precio. quia fortasse iustum esset. Sed notabilius iam sequitur ex prædictis, non posse sustineri quod Bar. & omnes ante Molin. colligebant ex d. l. Titius, vt pactum illud in pignoribus reprobatum, valeat quando apponitur ex interuallo: quod vrgentissime confutat Molin. vi rationis & æquitatis. Nec teneri potest hodie stante d. l. fi. C. de pac. pig. quæ nouum ius induxit indistincte irritando pactum illud quod apud I. Consultos valebat: vnde quamuis in d. l. Titius, pactum illud esset hoc de quo agimus, & I. C. ibi illud diceret validum, non mirũ erat, cum regulariter eo tempore illud pactum valebat: vnde non poterat ex illa x. limitari reg. d. l. fin. quod Molin. assecutus non fuit: bene tamen ostendit contra alios tantam asperitatem, tantamque & fortasse maiorem fraudem versari posse in eo pacto ex interuallo, quã ab initio apposito: quod ante Molin. aduertit Tiraq. alios referens de retrac. conuent. in præfat. nu. 8. & in fin. num. 134. quod etiam fortissime probatur, quia aliter quotidie fraus fieret prohibitioni d. l. fin. c. de pact. pign. Et ita credo in praxi iudicabitur contra cõmunem, cum iura & rationes hanc partem manifeste probent: quod apud Lusitanos notab. est ad Ordi. libro 4. titu. 26. quæ ibi approbans tantum limitationem DD. de tali conuentione pro iusto precio, videtur reijcere alias limitationes incaute ab eis tradit.

31 Ex quibus etiam infertur ad intellectum tex. (quo plures lapsi videntur) in l. fin. in princ. ff. de contr. emp. vbi I. C. Sceuola habet in hunc modum. *Titius cum mutuos acciperet tot aureos vsuris, dedit pignori siue hypothecæ prædia, & fideiussorem Lucium cui promisit intra triennium proximum se eum liberaturum: quod si id non fecerit die suprascripta, & soluerit debitũ fideiussor creditori, iussit prædia empta esse, quæ creditori obligauerat: Quæro cum nõ sit liberatus Lucius fideiussor à Titio: an si soluerit creditori, empta haberet supra scripta prædia? Respondi, si non vt in causam obligationis, sed vt empta habeantur, sub conditione emptio facta est: & contractam esse obligationem.* Scriben. communiter intelligunt, conuentionem de qua in d. l. fi. continere

pactum l.commissoriæ in pignore:respondent tamen ideo ibi valere,quia secundum eos prohibitio d.l.fi.& eius reg.non habet locum in debitore ita contrahente cum suo fideiussore, 25 sed cum creditore tantum:quasi non sit tanta asperitas nec tanta fraudis suspitio,quando ea conuentio fit cum fideiussore:& ita gl.& DD.communiter in l.1.C.de pact.pign.Bar.in d.l.quãuis ff.de solutio.Fabia.vbi sup.& Negusan.vbi sup.in 4.limit.& ad hoc eam l.dicunt singul.plures maxime Paul.Castr.in d.l.Titius,ff.de pig.acti.& Io.l.up.de Palatiou.in Repe.c.per vestras.§.78.n.10.& feudis.in c.1.de feud.dat.in vi.leg.commiss. Sed longè melius aduertit Molin.eandem rationem vigere in fideiussore quæ est in creditore:eandemque asperitatem quam execratur d.l.fin.C.de pact.pign.& ideo concludit idem iuris esse in fideiussore quod est in creditore,vt sic amplietur, non limitetur regula prohibens pactum leg.commisso.in pignoribus:quod etiam voluit Io.Imol.in c.significante, col.3. versi. item aduerte,de pigno.respondens ad d.l.fi.ff.de contrah.emp. vt non loquatur in pacto illo reprobato, quòd pignus maneat pro debito:Sed simpliciter vt pignus emptum maneat, tunc enim intelligitur pro iusto precio. Et ita Alex. extollens hunc Imol.intellectum,d.cons.178. nu.9.li.7.quos sequitur Molin. vbi sup.facit tex.& DD.in l.si fideiussor,§2.§.meminisse, ff.de lega.1.Soci in l.si quis arbitratu,numero.17.ff.de verb.oblig.

Sed nec Imo.nec Moli.nec alij assequuti sunt d.l.fi.ff.de cõtrah.emp.etiam si loqueretur in mero pacto l.commiss. in pignore,non posse adduci in limitationem d.l.fi.C.de pact.pig. iuxta veram declarationem nostram,quia altera fuit longe posterior:& tempore alterius pactum illud nõ erat improbatum. Et vltra Alex.& sup.citatos addo in fideiussore magis vigere rationem d.l.fi.C.de pact.pig.quia fideiussio adeo gratuita esse debet,vt rupta fides dicatur, si fideiussor emat bona debitoris, l.i.C.de dol.Item fideiussor postquàm soluit creditor est:iuxta doctrinam l creditorum.l.1.ff.de verb.sign. & ideo prohibitio d. l. loquentis de tali pacto cum creditore, verificatur in fideiussore, siue attendas tempus postquam fideiussor soluit, siue tempus anterius, cum ad illud conferatur tale pactum, iuxta reg.l.quod sponsę, C.de dona. ant. nup. Resoluo igitur quòd Scæuola in d.l.fi agit magis de quæstione voluntatis quàm potestatis,nempe de cognoscendo quid inter contrahentes conuentum censeatur,non vero an cõtrahere potuerit.

Nec

Nec I.C.potuit dubitare an ibi pactum leg.commiss.in pignore valeret,cum eo tempore improbatum nō esset,vt sup.probaui.

32 Ex his etiam infertur ad intellectum l.1.C.de pact.pign.quā puto ab omnibus hucusque male intelligi:est l. Alex.Imperat. habet autem hæc verba,*Qui pactus est, nisi intra certum tempus pecuniam quam mutuam acceperat,solueret,cessurum se creditoribus:hypothecæ venditionem non contraxit,sed id comprahendit quod iure suo creditor in pignore habiturus erat:communi itaque iure creditor hypotecam vendere debet.* glo. Bar. & omnes ibi, & in locis sup.citatis,& Afflic.decis.368. intelligunt illā l. de pacto simili leg.cōmissoriæ in pignore, vt non minus prohibitum censeatur.Ego autem contra omnes verius aduerto, q cum ea l.sit Alex.non debet intelligi irritare pactum, tanquàm simile pacto leg.commiss.in pignore:cum ante constantin.illud prohibitum non fuerit,vt patet ex d.l.fin. constan.autem primus, fuit quadragesimus Imperator:Alex. vero vigesimus quintus:maxime quòd d.l.fin.potuit esse non primi constant, sed alterius,quia plures fuere:& sic multo longius post d.leg.1 quæ fuit.Alex.Item verba d.l.1.satis indicant pactum illud non fuisse à principio acceptæ pecuniæ mutuæ, sed ex interuallo: & ideo tex.esset contra eosdem DD.dicentes valere id pactum ex interuallo,vt sup.nu.30.Aduerto etiam quòd d.l.1 .(vt proxime dixi ad l.fin.ff.de contrah.emp.)non de potestate agit, sed de voluntate contrahentium:& vere d. l. non dicit pactum de quo ibi esse nullum,sed ex eo non induci venditionem hypothecæ,nec plus afferre quàm id quod iure communi creditori competebat:& tandem scopus illius tex.est interpretari verba illa conuentionis.*cedere pignora creditori*,quid importent:in quo respondet tex.ibi secundum regula l.non recte,C.de fideius.l. qui mutuam ff.mand.cum nota.a Bar.& alijs in l.3.ff.de leg.1. Imo si cum iudicio expendas verb ad.l.1.sup.relata,ibi, *hypothecæ venditionem non contraxit*: plane significant eo tempore potuisse contrahi,& pactum leg.commiss.in pignore valuisse, si expressim apponeretur:ibi enim non irritatur talis conuentio, sed interpretatur Imperator non ita conuentum censeri: quod nemo huc vsque aduertit.

Ex scriptis autem à DD.in hac materia, placet ea limitatio quam tradunt ad d.l.fi.vt non procedat quando conuentio esset,vt non soluto debito ad certum tempus, maneat pignus emptum pro iusto precio: quia in hac conuentione non viget

tanta

tanta asperitas, nec proprie est pactum leg.commiss.in pignore:nec lex noua correctoria debet extra suos terminos facilè trahi,secundum receptas traditiones:& ita in hac specie apud Lusitanos decedit d.Ordinatio lib.4.tit.26.quæ hanc solam limitationem approbat. Longius quàm putaram me euexit veritatis & P.V.amor:excessusque tot noua & vtilia afferens,venia dignus erit,vt alias dicit I.C. in l.iam dubitari, ff. de hæred. institu.

SECVNDA PARS RVB.

C.de rescind. uend.

CAPVT SECVNDVM.

SVMMARIVM.

1 *Exactißimè tractatur quæstio,quando ex una parte res,ex altera precium & res datur,quod contractus genus inde resultet? In qua multa nouè explicantur.usque ad nu.*10.

10 *Expenditur & declaratur ordi.Lusitanorum lib.4.tit.ult.*

11 *Improbatur traditio quædam Paul.Cast.& contra plures ostenditur emptionem dici,etiamsi res simul cum precio data,precium excedat.*

12 *Nouè explicatur tex.in l.si in emptione.34.ff.de contra. empt. contra plures.*

13 *Explicatur ad supradicta text. in c. ad quæstiones, de rerum permutat.*

14 *Infertur ad tex.in l.cum te,C.de pact.inter emp. de cuius intellectu plenißime agitur.& nu.*15.*&* 16.*&* 17

18 *Ad eandē l.Cum te,traditur oppositio l.ea cōditione,C.de rescin. vend.agiturque de conciliatione earum legum,& reprobantur multa huc vsque tradita vsque ad numerum* 23

24 *Traditur noua et solida ratio ad notabilem differentiā inter emptionem,& permutationem,seu inter cōtractus nominatos,& innominatos:& inferuntur aliqua scitu digna, usque ad nume.* 26.

27 *Nouè contra DD.probatur,cum aliquid vltra precium ex conuentione*

uentione præstandum est ab emptore, in dubio intelligendum esse contra emptorem non implentem, id quod vltra precium erat, principaliter venditorem mouisse.

28 *Tractatur Quæ actio detur in casu d. l. cùm te. C. de pact. inter emptor. & venditor.*

29 *Infertur ad l. fundi partem. ff. de contrah. emp. & contra plures DD explicatur, multaque circa eam l. noue traduntur vsque ad numerum. 32.*

SECVNDA PARS RVB.

C. de rescind. vend.

CAPVT SECVNDVM.



X tractatis in præceden. ca. liquet vtilissimum esse cognoscere dubiam cōuentionem, an ex ea venditio, an contractus innominatus resultet: principaliter ob duos illos grandes effectus quòd in venditione non est locus pœnitentiæ: nec res tradita repetitur, licet emptor non impleat conuenta: sed tantum agitur ad ea implenda. E cōtrario autem in permutatione & contractu innominato pœnitentiæ locus est, & non sequto implemento, res data repetitur: l. 1. ff. de rer. permut vbi late.

1 Paul. & Ias. & alibi sæpe. Continuando igitur præcedentia, oportune se offert celebris quęstio, quando ex altera parte res, ex altera pretiū & alia res datur, an emptio an permutatio sit? In qua varij varia dixere, secundum Panor. in c. ad quæstiones, de rer. pm. Notissimū est plures doctissimosq; viros, q. hāc plene tractasse, vnumquemque pro virili: recētiores autem quam plurima in eam rem adduxisse: vt fortasse plures notare possint me nunc rem (Deo duce) si recte perlegerint quæ tradémus, multa eos hic non vulgaria, nec antea discussa agnituros. Circa hanc. q. resolutio Bar. est vt primo attendatur quod principaliter agere intendunt contrahentes, vt ab eorum mente nomen & effectus conuenti detur: ita Bar. in l. Aristo, nu. 2. ff. de dona. idem Bar. in l. si in emptione, ff. de contrah. emp. & in l. 1. nu. 7. ff.

7.ff.de rer.permu.quod probant communiter scriben.in eisdē locis:& Pan. & reliqui in d.c.ad quæstiones:& in numeri quos refert Tiraq.de retrac.ligna.§.30.glo.1.nu.2. (qui inter recentiores ample hanc.q.ornauit)& vltra eum ita Boe. q.144.Rip. in l.2.nu.36.ff.si cert.peta.& Hispan.Couaruu.à.Leiua lib.2.resolu.cap.4.n.9.Hispa.Anto.Gome.in lib.de contrac.cap.2.nu. 10. Exca de pact.numero 513.vers.1.

2 Ex mente autem Bar.& aliorum colligitur in proposito vt dicatur constare quod principaliter partes intendunt ex nomine ab eis expresso,vt venditio vel permutatio tunc dicatur pro vt contrahentes nominauerint:& ita Paul.in d.l.Aristo. nu.4. in fi.& nu.sequen.Panor.in.d.c. ad questiones,nu.4.Exea vbi sup.plenius Tiraq.vbi sup.nu.7.& ita Loriot.de pact.axiom.116 Molin. in consuetu.Paris.§.13.nu.53.Nec quis obijciat regulā quæ habet non attendi nomen à contrahentibus impositum ,l. 6.ff.de præsc.verb.id enim procedit quando natura conuentionis nomini repugnat,seu deducta in conuentionem repugnant nomini expresso : vt declarat Dec. in authen. ex testamento, nu.6.vers.sed certe C.de collat.At in hac q.deducta in conuētionem non repugnant nomini expresso à contrahentibus ideoq; eorum expressioni stari debet.

3 Ea tamen receptissima conclusio cum iudicio declaratur à non nullis ex sup.citatis nisi negotium tale sit,vt ex venditione ius aliquod competat certæ personæ ex lege vel consuetudine, tunc enim cauendum est ne ei fraus fiat censendo conuentionem illam iure permutationis vt ex Purpur.& alijs tradit Boer.d. quæstio. 144. Rip.& Alcia. in d.l. secunda .ff. si cert.petat.Tiraquel.d.loco,num.11.& sequen.quem vide contra Igne.ibi relatum:facit.l.qui testamentum ff.de probat. & ibi Bar.Limitatur etiam notabiliter à Paul.Castr.in d.l.Aristo. ad fin.nisi pecuniæ excessus sit magnus,quia tunc censebit venditio,etiam si partes exprimant permutationē:maxime (secundum proxime dictum)si tertio ius aliquod auferatur ex eo ꝙ non sit emptio:& ita Boer.Tiraq.Couarru. Anto. Gome. vbi sup.& alij quos referunt:facit doctri.Barto.in lege si forte, ff. de Castr.pecu.

4 Alia receptissima conclusio est quando partes non exprimūt nomen contractus, vt iudicetur ex eo quod pluris est. Vt si res plus valet quam pecunia quæ datur cum ea,censeatur permutatio si pecunia excedit,dicatur emptio:Io.Andre.et alij in d.c.

ad

ad quæstiones, Bal. in l. quæritur, ff. de stat. homi. et innumeri quos citat Tiraq. d. loco, nu. 9. Couarru. Ant. Gome. vbi sup. Boer. q. 214. col. 2 Dec. in l. imaginaria, ff. de regu. iur. Socinus in l pacta. quæ contra, nu. 9. C. de pact: quod voluit aperte Bar. in d. l. Aristo. non autem in alijs locis male citatis à Tiraq. et alijs. In hac enim. q aduertendum est differentiam esse inter id quod principaliter agitur, & id quod plus valet: primum enim respicit mentem contrahentium, alterum respicit valorem & quantitatem rei precij Ex quo comperies plures non percepisse dicta Bar. in d. locis: aliquando enim agit Bar. de eo quod principaliter agit, & alij eum referunt, quasi loquatur de eo quod plus valet: ita enim videbis loquentem Bar. in d. l. 1. nu. 7. ff. de rer. permu. & in d. l. si. in emptione. ff. de cont. emp. quem male refert. Tiraq. d. nu. 7. & ita Ias. in l. 2. in fi. nu. 8. ff. si cer. pet. nec bene Loriot. de pact. axiom. 115.

5 Alia species est quando sumus in dubio (quod DD. intelligunt quando partes non exprimunt nomẽ contractus) & precium non excedit rem sed utrumq; ab eadem parte datum est eiusdem ualoris. Bar. id specifice non decidit, tunc autem magis variant DD. inter quos Bal. (quem omnes citant) in prælud. feud. nu. 11. in ea sententia fuit vt tunc dicatur venditio: & cũ Bal. est Alex. ad Bar. in d. l. si in emptione: idem Alex. in l. 2. nu. 8. ff. si certum pet. subobscure Ias. in §. actionũ, nu. 122. Instit. de actio. Fabi. de emptio: 2. q. nu. 23. Sed contrarium receptius est ex relatis à Tiraq. d. loco, n. 36. vbi antea plura argum. contra Bal. adduxit & hoc melius sentit Bar. in d. l. 1. nu. 7. ff. de rer. permu. dum resoluit quod in dubio erit contractus innominatus non venditio & ita Fulgo. ibi, & Ias. in prælud. feud. nu. 25. Imol. & Roma. in d. l. Aristo. & Ias. dicens hanc cõem. opin. in d. l. 2. num. 9. ff. si cert. peta. & ita Rip. ibi. col. fin. Curt. nu. 35. Alc. lib. 3. de verb. sig. Ex ea de pact. nu. 516. vers. tertius casus. Anto. Gome. vbi sup. quod vrgenter suadetur ex doctrina I. C. in l. 1. vers. quotiẽs ff. de æstim. acti. et mihi urget l. fi. ff. de condic. ob cau. In quo iã aduerte quod ex Bar. in d. l. 1. declarandus est idem Bar. in d. l. ☞ Aristo. ne sibi repugnare videatur: vt scilicet velit Bar. non dici rem esse omnino in dubio quãdo alterum ex ijs quę dantur, est maioris quantitatis: ideoque tunc attendi quod pluris est: tunc autem dicatur negocium esse prorsus in dubio vt dicatur cõtractus innominatus, quãdo alterũ nõ excedit: & sic ex Bar. in d. l. 1. colligitur in effectu decisio huius articuli, quando utrunque

par

par est, quia tūc magis sumus in dubio: quod nō percepit Alex. ad Bar. in d. l. si emptione.

6 Hanc uerò conclusionem, quæ receptior est, contra Bal. necessario secundum scripta DD. intelligere debes quando partes nō expresserunt certum nomen contractui. Aliàs iudicaretur conuentio iuxta specialem nominationem contrahentium, quia tunc non dicitur res esse in dubio, ut sup. Et ita specialiter not. Purpur. in d. l. 2. et ibi Rip. col. fin. Aliter etiam ultra Tiraq. et alios, declarat Exea de pact. nu. 517. nisi res pro qua datur alia, et pretium simul extitisset uenalis, quia tunc contractus censeretur emptio, non permutatio: argu. l. 1. C. de rer. permu. quod comprobatur ex iis quæ ad eam l. diximus in præcedenti cap. Et pro Exea est Molin. in Consuet. Paris. §. 23. q. 15. maximè cum iam colligatur mens contrahentium, et certa sit pars precii, ut meritò debeat emptio censeri. Declarat etiam Exea ibidem, nisi pecunia detur nomine pretii, quia tunc censebitur emptio: ex glo. celebri in l. fin. C. de præd. Curial. et id dicit sine dubio Purpur. in d. l. 2. et ibi Rip. col. fin. ff. si cert. peta. Sed id nō tam tutum est, ut colliges ex iis quæ accuratius deduxi. in. 3. ca. 1. part. huius Rub. ad fin. precii enim nomen etiam aliis rebus preter pecuniam congruere potest, ex Bal. in l. fundi partem, ff. de contrah. emp. et aliis relatis à Tiraq. de retrac. lig. §. 1. glo. 14. nu. 41. et 43.

7 Aduerto etiam quod Bar. Bal. Panor. Ias. Tiraq. & alii sup. adducti in hac. q. loquuntur per uerbum, *dare*, exemplificantes iis uerbis, quod ex altera parte datur res, ex altera res & precium: quod aliqualiter repugnat iis quæ tradunt omnes ipsi de uerbo *dare*, ut non congruat emptioni, faciatq; conuentionem transire in contractum innominatum, per l. fin. ff. de cond. ob caus. de qua agemus in seq. cap.

8 In hoc autem articulo quando utrunq; par est, nec alterum excedit, & non constat quid principaliter actum sit: Alcia. in d. l. 2. nu. 30. ff. si cert. pet. & in l. 2. nu. 19. ff. de uerb. oblig. probat contractum duplicem censeri, partim emptionem, partim permutationem. Quod ante eum uidetur probasse Paul. in dict. l. Aristo, nu. 3. dum inquit esse mixtum contractum, nominatum cum innominato: & opin. Alcia. sequitur Couaruu. d. lib. 2. resol. cap. 4. nu. 9. citans Specul. Cin. & alios, qui hanc mixturam contractum tradiderunt: & dubitans eam uidetur sequi Tiraq. d. lib. de retrac. lign. §. 30. gl. 1. nu. 38. & 40. Contra Alcia. uerò

est

est Loriot.de pact.axiom.115.arguens ex repugnantia quę est inter venditionem & permutationem, seu inter contractũ nominatum & innominatum: quod prius cõsiderarunt alii in hoc articulo.ut per nouiores in l.2.ff.si cer.pet. & Alex.in l.fi.n.7. uersi.sed istud.ff.de cond.ob cau.

9 Sed retenta opin.Alcia.responderi potest, non esse proprie repugnantiam cum ad diuersa referatur.&in multis videmus vt vna res diuersimode censeatur respectu diuersorum, quod dixerunt Bal.& panor.quos refert.& sequitur Ias.in l.1.col.2.nu.2. ff.de rer.permu.& vltra eum probat Bal.in.l.2.nu.4.C.de cõd. ob caus.colligitur ex Bar.in l.item in potestate.in fin.ff.de his qui sunt sui.quem refert & sequitur Gome.in §.pœnales, nu. 35.Instit.de action.vbi gl.hoc probat circa fauorabile & odiosum diuersis respectibus:Ias.in l.1.nu.3.& ibi Dec.C.de in ius voc.Sic diuersis respectibus vnus dicitur maior & minor, Dec. in c.sane,nu.3.de offic.deleg quod etiã multis exornat Tiraq. de retrac. lign.§.1.glo.18.nu.22.& sequen.Cõprobari potest traditio Alcia.ex tex.& Bal.in l.cũ te, C.de pact.inter emp.de qua infr.nu 14.Sed adhuc magis pro Alciat. vrget responsum Vlpia.in l.Labeo,50.ff.de cont.emp.vbi ex eadẽ conuentione. vẽdendi resultat duplex actio ex vẽdito,& pscriptis verbis quæ tñ diuersæ sunt,& diuersis respectibus ibi cõcedũtur, vt declarat Fulgo.ibi,& Fortun.in l.iurisgentiũ,§.quinimo.nu.15.ff.de pact.&ibi Marti Laud n.15.& illis non relatis Bereng.in repe. l.pacta,2.par.nu.50 ff.de cont.emp.& Bulg.in l.petens,n.23. C.de pact.& Stepha.Forcat.dialo.91.nu.4.Et hæc opin.maxime procedit cum ex venditione vel permutatione ius tertio defertur,tunc enim illud ei negandum nõ est in ea parte quæ talẽ contractum refert,vt colligitur ex sup.dictis,nu.3.& speciatim tradit Connan.lib.7.cap.5.char.480.

10 Hæc sunt præcipua circa hanc.q.in qua nihil resoluit Mãtua de iure prethomi.2.q.nec aliquid Hispan.Fernand.l.Tauri,44. nu.4.Ex prædictis autem circa eandem.q.vtiliter infertur ad nouam prudentissimamq; Ordinationem apud Lusitanos lib. 4.titu. vlti. vbi decisum est ne parens habens plures liberos possit rem vendere vni ex illis,nisi alijs consentientibus:timuit enim lex (quod sæpe contingit,) parentem maiori affectione erga vnum ex liberis,iniquum fore alijs:& timuit ne in eorum fraudem fingat se uendere alteri ex illis,non recepta pecunia, vel ea postea eidem imaginario emptori restituta.Quæ constitutio

tũtio iure cõmuni non extat:digna tamen laude & imitatione est ad vitandam odiosã inæqualitatem inter liberos,iuxta iuris præceptum.Subdit autem.d.ordina.ne parens vendere possit vni ex filijs,nec eum eo facere permutationem quæ inæqualis sit:& ita eius verba habent.*nam faca venda algũa , nem troca quæ desigual.seia*.Vidi plures de intellectu illius l. lubitãtes,quẽ à iuuentute sic intellexi : vt uenditionẽ tunc simpliciter prohibeat,permutationem vero quatenus in æqualis fuerit:argu.l. 7.ibi quatenus.ff.de leg.1.Nec enim verbum illud,*desigual*,referri debet ad venditionem indinstincte prohibitam , cum sit dispar ratio quæ tollit argu. regu.l.iam hoc iure ff.de vulga. vt per Ias.ibi in limitationibus : refertur igitur verbum illud ad permutationem tantum quia in venditione(quantuncunq; exterius videatur æqualis)non cessit procemialis ratio illius l.de suspitione fraudis , vt in simili tradit Ioan.Imol.in l.si is qui ex bonis,nu.3.post medium,ff.de vulg. dum citat l.1.C.de natur. libe.Qui timor fraudis non ita cadit in permutatiõe æquali de rebus quarum vsus videri potest ab alijs liberis,quorũ respectu ordinatio illa condita est:& ita de iure aliquando prohibetur venditio non permutatio:vt per Igneum in l.dudum,nu.82.C. de contrah.emp.& secundum hanc declarationem audiui olim fuisse iudicatum in senatu regio,in casu d.ordinationis. Ego tamen contrarium,licet iniquè, iudicatum vidi anno.1553. Ex prædictis autem infero ad candẽ Ordinat.vt si parens rem det vni ex liberis pro alia re & pecunia,dicatur vẽditio in quãtitate data,vt pro ea parte maneat irrita ac si pecunia data non fuisset ob timorem fraudis,secundum sup.tradita,& argu.tex.in l.5. §.circa.ff.de donat.int.vir.& vxo. Paulus in d.l.Aristot. infin. ff.de donat.

11 Non tñ omitto circa sup.dicta periculosam videri declarationẽ Paul.à nouiorib.receptã ut sup.nu.3.dũ limitat conclusionẽ Bar.vbi cõstat quid cõtrahentes intẽdunt,nisi pciũ: nimis excedat rẽ,vel res preciũ contrariũ.n.videtur sentire Bar.cũ indistincte tradit censẽdũ esse contractũ scdm mentẽ contrahentium,si de ea constat:&contra Paul.& alios videtur vrgere doctrina I.C.in d.l.si in emptione,34.ff.de contrah.emp.ibi,*nec refert quanti sit accessio siue plus in ea sit*.quod circa accessoriũ & principale probat I.C.in l.etsi nõ sunt,21.§.perueniamus ff. de aur.et arg.lega.extollit Roma.notab.621.Corset. in nota. verb.legatum , fol.106.col.2.not.Bal.in l.certis iuris,1.q.C.

loca DD.in c. prętereca, de offi.deleg. Vnde nisi vertatur dãnũ tertij uel suspicio fraudis, nõ uideretur recedẽdũ ab eo ꝙ principaliter partes intendunt. Quod magis probatur ex d.l.fundi parté 72.ff.de cont.emp.& l.6.§.1.& l.si sterilis §.si tibi, ff. de actio.emp. cum similib in quibus Iureconsulti secure appellãt venditionẽ, cum datur pecunia & alia res, si ex uerbis vel aliter colligitur mens contrahentium: nec distinguunt quid ex ijs excedat, nec quantum. At secundum opin. Paul. & aliorum, oportet diuinare, & uiolenter literam tot legum restringere: quod non licet. Magis ergo cauendum est à Ias. in l.lecta.n.28.ad fi. ff.si cer pet. qui cõtra illa iura scribit, nõ posse tũc esse emptionem, nisi pecuniam excedat aliud quod ab emptore simul pro precio promittitur: quod etiam est contra Bar.& receptam opinionem quam idem Ias. sæpe sequitur, vt supra nu.1.& cõtra iura quæ in uenditione habent, sufficere quodlibet precium certum, etiam modicum, vt late deduxi in præced.cap.& his nõ adductis ita sentit Fortu.in l.iurisgentium §: quinimo, n.37 ff. de pact. vt infra, nu.20.

12 Ex ijsdem infertur ad intellectum tex.in d.l.si in emptionẽ, 34.ff.de contrah.em. vt autem contra DD. magis liqueat verus sensus I.C. Pauli in d.l. refero eius verba quæ ita habent: *Si in emptione fundi dictum sit accedere Stichum seruum, neque intelligatur quis ex pluribus accesserit, cum de alio emptor, de alio venditor senserit: nihilominus fundi venditionem valere constat. Sed Labeo ait, cum Stichum deberi quem venditor itellexerit: nec refert quanti sit accessio, siue plus in ea sit quam in ipsa re cui accedit, an minus: plerasque enim res aliquãdo propter accessiones emimus: sicuti cum domus propter columnas marmoreas, et statuas, & tabulas pictas emimus.*

Verba huius l. inducunt Bart. Bal. ibi, & omnes hucusq; scriben. in prædicta q. relati à Tiraqu.& nouiorib. ubi sup. ad conclusionem de qua nu.1.sup. vt attẽdi debeat quod partes principaliter intendunt, etiam si res quæ cũ precio datur illud excedat, vel precium excedat rem. Quæ inductio non potest procedere, nisi præsupponendo quod emptor erat qui ibi Stichum vltra pecuniam dabat: & ita inducunt DD. omnes, vt per Tiraq. d.loco de retrac.lig.§.30.glo.1.nu.2.Ias. & Couarru. ubi sup. Ego autem contra eos veriùs puto hanc inductionem non procedere, nec in specie illius l. Stichum ab emptore dari, sed ex parte venditoris: vt dicamus ibi emptorem solum precium

dare

dare, venditorem uerò fundum & Stichum: quod satis colligitur ex litera cū subdit, solere homines plerasq; res propter accessiones emere. & sic Stichus qui accedebat fundo, emebatur, non autem ab emptore in partem precii dabatur. Id etiam suadet decisio tex. ibi, dum in dubio tribuit electionem uenditori vt det Stichum de quo ipse sentit. quod significat venditorem esse eum qui Stichum pręstare debebat, ideoq; eius ut debitoris esse electionem, iuxta §. fin. eiusdem l. & reg. l. pleruną, §. fi. ff. de iur. dot. et ita colligitur ex tex. et glo. in terminis in l. cōprehensum. 60. ff. de contr. emp. Id etiam colligitur ex d. l. cum inquit, emptioni fundi accedere Stichum: accedebat ergo Stichus fundo, non precio, ut DD. malè colligebant: et ita illam l. meliùs intellexit glo. in l. sed & si quid, 15. in fine ff. de euic. Et eodem sensu inuenies uerbum *accedere*, in l. si predio. 18. §. 1. ff. de in diem addic. Secundum quam veram facti speciem dubitatio (quam I c. sentit) ea fuit, an propter incertitudinem Stichi, de quo uariabant emptor & uenditor, irritaretur conuentio illa, in qua ut preciū ita res certa requiritur: l. nec emptio. 8. ff. de contrah. emp. respondet I. C. uenditionem ualere, quia fundus certus erat, licet accessorium Stichi aliqualiter incertum esset: sicut è cōuerso certum aliquod precium cum alia re, ex parte emptoris sufficit: ut deduximus in cap. præced.

13 Inter alia iura in hac. q. citatur tex. in c. ad qōnes, de rer. per mu. aliqui autē citant vt attendatur quod principaliter agitur, alij ut attendatur quod plus ualet: Bar. autem in d. l. Aristo. citat ad utrumque. Ego uero contra Bar. & alios, assero tex. illum ab eis non bene allegari, ad conclusionem quæ habet, inspiciendum esse in dubio quod plus valet: tex. enim plane loquitur, cum permutatio aperte fit ecclesiarum & possessionū, vt constat ibi, in vers. *illis autem desiderantibus permutare*, & in vers. *respondemus*. Nullatenus igitur adduci potest ad casum quando sumus in dubio: nec vt contractus iudicetur secundum id quod plus valeat: contra Ias. in feud. nu. 66. cōtra Anto. Gome. d. loco num. 10. contra innumeros relatos à Tiraq. d. li. de retrac. lign. §. 30. gl. . nu. 9. contra Fortun. in l iurisgentium, §. quinimo, nu. 37. ff. de pact. Imo in re principali de qua ibi, nempe circa ecclesias inuicem transferendas, non poterat contrahi venditio sed permutatio: nec accessio pecuniæ ad spiritualia faciebat, secundum glo. & omnes: & vltra sacrosanctum ius pontificium. Idem probat leg. 6. ff. de contrah. emp. Cum

vero tex. ibi quo ad pmutādas possessiones vtriusq; ecclesiæ,& sic quo ad temporalia, subdit, *si altera præpōderet pecuniam posse refundi*. indistincte loquitur, vnde non est diuinatorie intelligenda litera, quando modica erat possessionum disparitas, vt male diuinabat Conna.d.lib.7.cap.5.fol.480.

14 Ex prædictis etiam apte infertur ad text. in l.cum te C. de pact.int.emp.& vend. quæ l. adducitur à DD. in hac q.& materia, maxime à Paul. Castr. in d.l. Aristo.ff.de dona. Sed quia scribent. uariant circa intellectum illius l. & nos multa, alibi non tradita, addere speramus, oportet eius verba referre. *Cum te fundum tuum, certæ rei contemplatione inter uos habita, exiguo precio in alium transtulisse commemores, poterit tibi ea res non esse fraudi, quando non impleta promißi fide, dominij tui ius in suam causam reuerti conueniat: & ideo aditus competens iudex, fundum cuius meutionem facis, restitui tibi cum fructibus, sua authoritate perficiet* Eam l. dicit Bar. perpetuo menti tenendam singul. Ang. ibi, eandem dicit notab. & singul. Paul. in l. Arist. nu. 3.ff.de dona. & singularem dici ab omnibus ait Iaf. in l.fin. col. fin. uers. ista regula, ff.de cond. ob caus.& ibi paris. nu. 16.& Iaf. in l.lecta, nu. 17.ff. si cert. pet. Iaf. in prælud. feudor. nu. 66. dicit etiam singul. Alex. in l.petens, nu. 13.C.de pact.& Paul. in l.ea conditione, C.de rescin. uend. Sed iam intellectum d.l. extricemus, dixi uariasse DD. quia plures intelligunt in specie d.l. uni cū contractū fuisse, eumque innominatū, ita Alcia. in l.in bonæ fidei, nu. 19.C.de pact. cum Iaf. qui ita secure intellexit in l.iurisgentium, §.quinimo, nu. 5.ff.de pact. Sed longe ante eos ita d.l. intellexit antiquus D. Iacob Rauen. ut ibi refert Cyn.& Salic. Sic etiam intellexit Odofred. ut refert Fulgo. ibi,& ita Alex. in l.petens, nu. 13.C.de pact.& ibi Curt. in lectu. num. 27.& in repet. nu. 36. qui hunc dicit communem intellectum. Et ita Andr. Exea de pact. nu. 516.& Hiero. Verius in repet. rub.ff.de uerb. oblig. nu. 291

Et quamuis hi omnes secure ita scribant, contra tamen plures alij intelligunt ibi fuisse emptionem, & sic contractum nominatum, secundum titulum sub quo est d. l. ita clare Cin. Pet. ibi, & Barto. cuius litera in multis corrupta extat, debet enim legi *nominatus, non innominatus*: quod patet quia Bartolus extollit textum ibi, cum dat actionem ad rescindendum contractum ex capite causæ non secutæ, quod uulgatissimum, & sine dubio est in contractibus innomina-

tis

natis:ratum vero & ideo notabile in contractibus nominatis: & ita intelligunt Ange.Fulgo. ibi:ita etiam Bar.in l.fin.nume. 11.ff.de cond.ob cau.dum per eam l.limitat regulam quæ est in contractibus nominatis & ita Ange.in l 2.C.de condi.ob cau.ita etiam sentit Alberi.in d.l.cum te.& in l.pacta.conuenta col.5.vers.sed dic.ff.de contra.emp.& ita aperte intellexit glo. in eadē l.& in l.fin.ff.de.cond.ob caus.vt ibi vere fuerit emptio & sic cōtractus nominatus:& ita Fulgo.in l.2.ad fin.C.de cō.J. ob caus.idem asserit Fortu.in l.iurisgentium §.quinimo,nu.38. ff.de pact.rationem vero assignant ex eo quod defecit causa finalis quæ contractui causam dedit,vt infra nu.19.

15 Imo plures ex sup.citatis non sibi cōstant ,modo appellātes emptionem modo permutationem:nam & Alex.(quem retuli dicentem in ea l.fuisse contractum nominatum)sibi contrarius in d.l.fin.nu.8.intelligit fuisse contractum nominatum:sic Ias. ibi col.fin.& in l.si pecuniam,nu.17.cum Bar.intelligit contractum ibi fuisse nominatum,contra quam scripsit in alijs duobus locis sup.citatis.

Alij intelligunt ibi contractum fuisse mixtū , partim scilicet innominatum partim nōminatum ex diuersa relatione rei & precij Bal.ibi in fin.clarius Paul.Castr.ibi:quod etiam sentiunt plures ex sup.citatis,tam ad primum quam ad secundum intellectum.Ita etiam Paul.in d.l.Aristo.nu.3.& hoc videntur sensisse alij,cum dicunt ibi esse contractum & pactum ei adiunctū vt scilicet pro precio dicatur emptio,pro re vel facto dicatur contractus innominatus & ita videtur tradere Alexand. in dic.l.petens nume.13 idem uidetur probare Bulgarin. in rubr. ff.de verbor.obliga.nume.31.qui tandem sibi parum constans uidetur magis resoluere ut in d.l. habito respectu ad precium & rem simul resultet cōtractus innominatus. Ex quo hi permittunt duplicem actionem tali casu respectu diuersorū:vt in simili not Bal.in l.2 nu.4. C.de cond.ob caus.secūdum quam mixturam contractuum,satis iuuatur opin.Alcia.de qua sup.hoc cap. nu.9 vbi diximus,citando l.50.ff.de contrah.emp.facit l.1.C. de pac.inter emp.ibi,*præscriptis verbis , vel ex vendito.*

16 Ego sup.dictis & infra dicēdis melius(ni fallor.)intelligēdo d.l.vt Imperator.non sine ministerio non expresserit ibi nomē illius contractus:quia nec sibi fuerat factum tam explicitè narratum,vt colligere specificum nomen conuentionis quæ potuit esse venditio vel permutatio vel alius contractus innominatus

Venditio esset si cõtrahentes expresso aliquo precio vterentur verbo vendendi vel emendi vt sup.nu.2.& nu.6.& infra nu.19. maxime cum text. loquatur de precio: quod secundum DD. communiter proprie refertur ad emptionem:l. fin. C.de præd. decur.vt sup.in 3.cap.1.par.ad fin.Cõtractus innominatus per mutatattionis vel similis esset, quando nullis verbis nec signis constaret partes agere de venditione:& res vel factum pluris esset quàm precium expressum,vt DD.tradunt in locis sup.citatis,n.4.Imo & in dubio si precium non excederet aliud ab emptore præstandũ,adhuc dicetur contractus innominatus,secundum veriorem opin.Bar.& receptiorem, vt sup.nu.5.ex quo colligitur ad.d.l.magis videri quod ibi ex tenore literæ fuerit contractus innominatus:qui ob similitudinem non male traditur sub rub.de pact.int.emp.& vend. Nec omitto ad cognoscẽdum contractum,inspiciendum esse à quo inceperint contrahẽtes,vt secundùm initium censeatur finis:l.1.§. idem Põponius, ff.depos.ibi *quia hic est primus contractus*. notauit Soci. in rub. ff.de uerb. oblig.col.8.nu.18.vers.pro quibus.

17 Ad propositum verò d.l. cum te, ex dictis in cap.prçced.& hoc cap.nu.1.colliguntur grandes effectus ex differentia & vera cognitione talium conuentionum:similiter est vtilis inuestigatio ad iudicandum an actio competens eo casu, sit bonæfidei vel stricti iuris,iuxta materiam.§.actionum,Instit.de actio. cum glo. & ibi notat.in d.l.iurisgentium,§. quinimo:Illud verò retineas ad d.l.cum te,receptius & tutius esse,quocunq; nomine illum contractum appelles, in ea specie venditorem (seu qui venditoris personam referebat) non posse pœnitere etiam re integra,vt liceret in mera permutatione, vel alio contractu prorsus innominato: sed tantum datur ibi actio ad repetendam rem,& rescindendam conuentionem, quando emptor(seu qui ei similis est)non implet conuenta: vt sic agatur ex capite causæ non secutæ,nõ ex ca.pœnitẽtiæ: vt colligitur ex gl. & DD. ibi communiter:& apertius ex Pau.ibi:& ita idem Paul.in d.l. Aristo.nu.3.ff.de donat.idem sentit Bar. & ibi Alex. supra relati,in d.l.fin.ff.de cond.ob caus.& ibi apertissime Paul.ad fi.nu. 16.ex quo confirmatur quod noue dixi cap.præceden.nu. 15. vers.sed posset.Hoc autem probatur ex verbis d.l.cum te, ibi, *non impleta promissi fide*:quasi non aliter & sic non ex pœnitẽtia:vt caueas à Curt.(qui non obscurè contra sentit) in repet. l.petens,nu.36.in princ. & in fin.C.de pact. Et non minus caueas

ueas à Iaſ.apertiùs male contradicente in præiud.feudo nume. ſexto ad fin.

18 Ad eandem l.cum te,quo ad alia non parui momenti uariant DD.ideoque cautius aduertendum eſt, principaliter autem contra tex.ibi,opponitur de l.ea conditione,14.infra.hoc titu.de reſcin.uend. cuius ſunt uerba, *Ea conditione distractis prædijs, ut quod Reipubl. debebatur,qui comparuit restitueret: venditor à ſe celebrata ſolutione,quanti intereſt experiri poteſt,non ex eo quod emptor non ſatisfecit conuentioni,contractus.irritus constituitur.* Senſus eſt ſecundum glo.& omnes, vt ibi ex pacto ſoluendi Reipub.non deſinat eſſe uera emptio.& uēd.& ideo licet emptor non impleat ex ſua parte,non repetitur res, nec agitur ad reſcindendum contractum, ſed tantum vt emptor ſoluat: putant DD.has ll. non leuiter pugnare uideri,ut inquit Curt.in. l.petens,nu.27.c.de pact.

Gl.aũt in d.l.cum te,dupliciter rñdet:primo ꝙ in eadē l.intelligatur expreſsim fuiſſe adiectũ,ut nō ſequuto implemento,res. uēditori reſtitueretur:quã cōciliationē cōiter reijciunt. Cy. & oẽs ſcribē. alii,quia lex ibi maneret de caſu indubitabili: ꝙ me nihil moueret,cũ non ſit nouũ plures eſſe ll.(maxime quæ ad facta & interrogationes referuntur)de negocijs modicæ vel nullius fere dubitationis:vt not.Bar. in l.vbicunque, col.4.n.1.ff. de interro.actio.tradit Syluef.Aldobran.in §.affinitatis,nu. 5. Inſtitu.de nupt.Melius igitur reprobatur ea ſolutio & conciliatio glo.eo quòd repugnat literę & tenori utriuſque l.in illis enim referuntur verba conuẽtionis, non facta mentione talis pacti ſpecialis,quòd res uenditori reſtituetur,nec id magis ſubaudiendum eſt in una l.quàm in alia.

19 Eſt alia ſolutio vel conciliati glo. (quã ſcriben.omnes ſeqũtur)vt in leg.cum te pactum rei vel facti extra precium dederit cauſam contractui:non ita in d.l.ea conditione:& ita glo.& Alberi.in l.pacta conuenta, ff.de contrah. emp. glo.in l. fin:ff. de conditione ob cauſ.& ibi Bart.col.ſecunda. nume. decimoprimo Paul. ad fin.& dicit ita cōiter. DD. reſoluere Alexan. ibi, nu.8. Iaſ.col.fin. Alex. in l.petens,nume.43.& ibi Curt.plenius nu.17.C.de pact.Iaſ.in l.ſi pecuniam,nu.17.ff.de condi.ob.ca. Paul.in l.Ariſto.nu.3.ff.de dona.Bulgar.in Rub.ff.de verb.obl. nu.31. Berenga.in l.pacta conuenta ad fi.nu.97.ff.de cont.emp. iuxta quam receptam interpretationem & communem reſolutionem,in ardua cauſa iudicatum & ſancitum eſt à Carolo 5.

Imper.ut refert Balduinus Insti.de emp.& uenditi. pag.561. Aduersus hanc communem resolutionem potest instari(idque statim occurrit) cur magis in una l.quã in altera cẽseatur pactũ extra precium dedisse causam contractui:quod DD. non satis explicant.Possunt etiam contra obijci multa iura.sup.citata;& inferius applicãda nu.29.& 30. quæ ex pacto rei vel facti vltra iustum uel modicum precium,indistincte dicunt manere uenditionem,nec nullo modo mutari. Vt autem vitetur obiectio diuinationis,uidentur crebrius intelligere scriben.quod in specie d.l.cum plus importabat res vel factum prestandum ab emptore,quam precium ab eo dandum.E contrario autem in d.l. ea conditione,plus erat in precio conuento quã in facto quod accedebat.Et ita colligitur ex Salic.post antiquior.in d.l. cum te:& aperte Bal.in l.2.nu.6.C.de condic.ob.cau.et tanquam receptum id tradit Alex.in d.l.petens,nu.13.C.de pact.& magis Curt.ibi num.27.dicens id verum & cõe: ita etiam Ias.in d.l. iurisgentiũ.§.quinimo.nu.5.ff.de pact.Ias.in l.fin.col.fin.ff. de cond.ob caus.Ias.in prælud.feudo.nu.66.Ias.in l.lecta nu.17.ff. si cert.petat.Alcia.in l.cum proponas,la.2.nu.28.& sequen.C. de pact.Sentit Paul.in l.Aristo. nu.4.iuncto præcedent. ff. de dona. Vides ergo hanc esse cõem sententiam, non Ias.tantum vt putauit Fortun.in d.§.quinimo nu.37.& sequen.vt agnoscas nõ omnibus compertum esse quid receptius sit in hac materia.

In his hucusq; receptis nonnulla sunt emendanda : & primo inuenies Paul.Castr.in d.l.cum te,ad fi.vno verbo exponendo literam in uerbo *exiguum* aperte sentire nõ referre ibi an factũ vel res excedat precium nec referre an precium iustum vel modicum fuerit:sed tantum attendi debere an res vel factum extra precium contractui causam dederit: Quod etiã sentire videtur glo.ibi,& in locis sup.citatis:& Bar.in d.l.fi.nu.11.ff.de cond. ob cau.Ex DD.tamen & cõmuni opinione proxime adducta, illud habebis,Si res vel factum prestandum ab emptore vltra precium,plus valeat quam precium, tunc dicatur re ipsa probatum,quod res vel factum dedit causam contractui: argu.l. dominum,57.ff.de contrahenda.emptio.Secundo inuenies doctum & ingeniosum Fortu.in d.§.quinimo,nu.38.& preceden. constanter asseruisse,venditionẽ & emptionem omnino dicendam fore si contrahentes vtantur verbo *uendere* uel *emere*,expresso aliquo precio etiam modico cum pacto alterius rei uel facti longe maioris ualoris:quod putat nouũ & cõtra Iaso.Sed nec Ias.

fortasse

fortasse id negaret, quia receptum est, vt in hac materia censeatur contractus, secundum id quod principaliter intendunt contrahentes: Vtq; ex nomine expresso dicatur constare quod agũt nisi natura conuentionis repugnet, vt sup. hoc cap. nu. 1. & 2. & 6. Quod autem Fortu. inquit, uerius uidetur, ut probaui sup. nu. 11. Ias. ergo & alii circa d. l. cum te, loquuntur in dubio, cũ nomen contractus non exprimitur.

21 Verba autem d. l. cum te, maximè iuuant intellectum glo. & communem, quatenus continet, in ea l. aliam rem dedisse causá contractui id enim significant uerba illa *contemplatione certæ rei inter vos habita, exiguo pretio transtulisti*. Sed non sequitur quod DD. communiter addunt, quantitatem precii minoré fuisse q̃ rei vel facti ultra preciũ: exiguũ. n. dici poterat ꝓ nõ iusto simpliciter, secũdũ materiá l. 2. ad quam tẽdimus. Ex illa cõmuni etiam declaratione competies non sibi constare DD. circa intellectum l. cum te, nam si ibi fuit expressum nomen contractus, ei standum est, secundùm eosdem DD. sup. nu. 2. Si non fuit expressum, & res erat in dubio, tunc ipsi communiter tradunt præualere quod pluris est, vt sup. nu. 4. Ergo si precium erat minus quàm res vel factum pręstandum ab eodem emptore, contractus ipse dicetur innominatus: & consequenter corruit quod DD. colligunt principaliter ex ea l. quando pactum uel accessorium dat causam contractui nominato venditionis vel simili, causa non sequuta, rem traditam repeti posse: ad quod ea l. commendatur tanquam singularis, à Bar. Ange. Paul. Ias. et aliis, vt sup. nu. 14. Sic etiam corruit inuestigatio DD. an in casu. d. l. detur actio ex vendito: de quo infr. Si enim cum iuditio aduertas, retenta communi interpretatione, quo in ea l. res uel factum præstandum ab emptore, pluris erat quàm precium expressum, nec constabat species contractus, iam manebat innominatus: & consequenter non erat agendum de actione ex uẽdito, nec limitãda erat per eã l. reg. contractuum nominatorũ.

23 Vides defecisse DD. in multis circa d. l. cum te: Sed deterius scripserunt ad d. l. ea conditione, quam intelligebant ut retulimus sup. nu. 18. quando plus erat in precio illo certo, quàm in pacto rei uel facti ab eodem emptore præstandi: quod magis diuinatorium est: quis enim talem excessum pretii reuelauit? Imò si ad literam d. l. attendamus, magis dicendum est, ibi non constare de alio precio, nisi vt emptor Reipub. solueret, quod venditor eidem Reipub. debebat: quæ venditionis forma ualet,

valet, vt probaui cap. præceden. nu. 18. Nec est subaudiendum aliud precium cum l. de alio non loquitur: & de iure non præsumitur pluralitas, ut docent Bar. & plures relati à Ias. in l. 2. n. 8 & 9.[a] C. de bon. pos. secun. tab. Item secundùm diuinatoriam interpretationem DD. quod in casu d. l. aliud preciũ conuentum fuerat adhuc poterat dici, pactum & causam soluendi Reipub. principaliter potuisse mouere venditorem, qui non aliter fortasse vẽdidisset: iõq; verior interpretatio ad eã l. inquirẽda est.

a Et ab Hyp. late sing. 439.

23 Videntur igitur aliter conciliandæ illæ ll. (saluo meliori iudicio) quod in l. cum te, precium expressum exiguum erat, & cõtemplatione alterius rei, diuersæ à pecunia, venditio vel alienatio fiebat: vt litera ostendit, & omnes agnoscunt. Vnde si emptor non implet ex sua parte prestando quod venditor ab eo prætendebat, iniquum esset retinere rem datam contemplatione alterius rei vel facti: Nec tunc admitti debuit emptor, seu is qui emptoris personam refert ad soluendum in pecunia, cum venditor seu alienans principaliter aliud, non pecuniam volebat. At in d. l. ea conditione siue intelligas literam absque subauditione: vt DD. intelligunt, totum quod venditor spectabat ab emptore, precium erat pecunia sibi & Reipub. soluenda. Nimirum igitur si ei satisfiat in pecunia & interesse, cum aliud non prætendebat: & ita procedit tex. in l. in ciuile, C. de rei ven di. l. 1. C. de actio. emp.

24 Iuuatur hæc conciliatio & interpretatio earũ ll. quia in pecunia non cadit affectio, l. in nũmis ff. de in li. iur. cadit aũt in alijs rebus, l. vbi autem, 75. ff. de verb. oblig. cui ergo debebatur pecunia, satis ei fit soluendo pecuniam cum interesse: non ita in eo cui diuersa res prestanda erat. Cumprobatur magis hæc resolutio ex eo quod videmus in permutantibus: si enim res vni datur, ipse autem non dat aliam, vel data euincitur, qui impleuit agit præcise ad repetendam rem quam dederat: nec alter satisfacit volens ei soluere æstimationem & interesse: l. 1. & ibi DD. ff. de rer. permu. l. 5. §. 1. ff. de præsc. verb. ibi. *vel si meum recipere uelim, repetam.* Vnde scriben. cõmuniter in varijs locis colligunt & mirantur differentiam inter cõtractus nominatos & innominatos: nemo autem (quem uiderim) rationem differẽtiæ assignat, quam afferre oportet: verbalis enim differentia contractuum non satisfacit, imo contractus nominatus implemẽtum magis in forma exigere uidebatur, cum fortior sit: vt in l. iurisgentium. ff. de pact., vt caueas à Ias. in l. fi. col. 1. ante nu. 1. uersi.

1.uerſi.tamen.ff.de cond.ob cau.ubi hanc differentiam tribuebat fragilitati contractuum innominatorum, quod nihil uel præpoſterum eſt. Ego autem.re ſatis penſata, rationem deduci puto ex eo quòd permutans rem ſuam dando, aliam prętendit, non pecuniam: vndè ſi ei res non traditur, vel tradita euincitur iuſtè repetit remquam dedit. Et cum ea extet, reſtituique poſſit, iniquum fuiſſet admittere ſatiſfactionem in pecunia quam ipſe non ſpectauit, venditor autem pro re ſolum precium prętendit: iuſtè igitur in pecunia ei ſatiſfit. Sic emptor pecuniá pro re dat, ideoq; ea à tertio euicta, cum id fiat vi rei iudicatę, ſatis ei fit (quatenus poſsibile eſt) reſtituta pecunia quam dedit, & ſoluto eo quod intereſt: & ita ſecundum iuſtitiæ æquilibrum, deficiente cauſa, alteri quod dedit reſtituitur. alteri quod prætendebat ſoluitur: & utriq; parti ſecundùm finem & tenorem conuentorum æquè conſulitur, quod proprium iuris & iuſtitiæ eſt: l. 1. & l. 10. ff. de iuſt. & iur.

25 Nec quis obijciat ſatiſfieri videri per æſtimationem & pecuniam: id enim procedit in factis, iuxta l. ſtipulationes non diuiduntur, verſ. Celſus, ff. de uerb. oblig. Ad facta enim nec ſeruus præciſè cogitur ob libertatem arbitrii. l. 3. C. de hæred. inſtit. Vndè ad utilitatem creditoris prouiſum eſt à iure per eſtimationem & id quod intereſt. Diuerſum autem eſt in obligatione rerum quæ extant: nã iuſſu iudicis manu militari debitori auferri poſsunt, & tradi creditori. l. qui reſtituere, 68. ff. de rei uendi. Vndè cum loquamur de re tradita à uenditore uel ſimili alienãte, quæ eidem reſtitui poteſt, iniuria ei fieret ſi eo inuito aduerſarius eandem rem retineret, non ſatiſfaciens in prętatione alterius rei, quæ ab eo prætendebatur. Vt uidimus in uenditore habente facultatem rei tradendæ, qui preciſe cogitur, nec auditur uolens: ſed uere æſtimationem & intereſse, ſecundum uerã & communem ſententiam glo. in. §. precium. Inſtit. de emp. & vend. Bar. in l. 1. ff. de act. emp. vt plenius deduxi in l. 1. in. 3. par. nu. 25. C. de bon. mater.

26 Ex qua ratione & reſolutione, infertur ampliatio & notabile exemplum ad reg. vulgarẽ l. cùm proponas, la. 2. C. de pact. ne fidem frangenti fides ſeruetur: ut etiam in contractibus nominatis procedat, ſuadente ratione: pro ut in terminis ſup. notatis quando aduerſarius non ſatiſfacit in præſtatione rei diuerſę à pecunia: Quod ſuadetur ex generalitate reg. & ex l. quæro, §. inter locatorem, ff. loca. ut ita caueas ab Alex. n. 4. à Dec. col. 3. in

3. limit.

3.limit.à Curt.iũ d.l.cum proponas:indiſtinctè limitantibus eã reg.ne ad contractus nominatos trahatur:cum Bal. in l.in ciui le,per tex.ibi,C.de rei vend.quæ reſtrictio nimia videri debet. Nec obſtat d.l.in ciuile,quam ſup.adduxi,cum l.1.C.de acti o. emp. loquuntur enim vbi uenditori nihil aliud niſi precium in pecunia præſtandum erat:& ideo quocunq; tempore ei ſatiſfit ſi pecunia & intereſſe ſoluatur.

27 Illud tamen menti tenendum colligitur ex ſcriben. in hac materia, vt regulariter non poſsit uenditor agere ad repetendam rem traditam,ex quo emptor non ſatiſfecit,ſiue deficiat in pecunia ſoluenda,ſiue in alia re præſtanda,vel facto ſimul promiſſo. Ideoque ſpecialiter intelligunt procedere d.l.cum te,quãdo res vel factum(vltra precium) dedit cauſam contractui:Bar.& cõmunis in d.l.fin.ff.de cõd.ob cauſ.& plures ſup.citati ad eam l. In dubio autem intelligunt ex præſtatione alterius rei vel facti,non induci cauſam finalẽ contractus,niſi quando res vel factum excedit precium & quantitatem pecuniæ:in quibus terminis ſpecialiter etiam intelligunt d.l.cum te,vt ſup.nu.16. Nec admittunt,vẽditorem ob defectum implementi poſse rem repetere,niſi clarè probet ob illam rem vel illud factum vendidiſſe: vt clariùs cæteris not. Paul.Caſtr.in l.fi.ad fi.nu.16.ff.de conditi. ob cauſ.Fulgo.in l.2.ad fin.C.eod.Ego verò cum aliquid diuerſum à precio vltra illud preſtari debet ab emptore,contrarium verius & æquius eſſe puto ex prædictis, & in dubio pro venditore vel alienante implente ex ſua parte, interpretatio fieri debet contra non implentem: ideoque non videtur inique diuinandum quòd venditor ex tali re vel facto vltra precium motus non fuerit: quod vrgenter comprobatur, quia aliter,ſecundũ cõmunem opin.datur occaſio fraudibus:emptor enim extra precium obligatur ad aliud, ſecurus rei retinendæ, non curabit implere conuenta circa preſtationem rei facti:cuius contemplatione fortaſſe vẽditor principaliter motus fuit, licet id probare nequeat: quod iuuatur ex glo.in l.fundi partẽ, ibi,*quod ſemper præſumitur:*ff de contra. emp. maxime vbi res ipſa vel factum iuxta declarationem venditoris non præſtatur: quo inuito,non debet in re diuerſa ſolui (eo magis volente rẽ quam tradidit)iuxta reg.l.2.§.1.ff.ſi cert.peta. Nec obſtant quæ ibi notantur de ſatisfactione in pecunia de quibus ſ.p.in 3.cap. 1.par.procedunt enim niſi extet ſpecies alienata quæ reſtitui poſsit ei cui fides non ſeruatur. Suadetur hæc opin.ex boni &

æqui abundantia quę iure ineſt huic contractui l. 2.in fi.ff.de actio. & oblig.

28 Ex prędictis infertur aliud ad d.l.cum te:variant enim glo.& DD.ibi,quę actio detur eo caſu ad repetendam rem traditam: glo.intelligunt de condictione ob cauſam: & hanc cum Bar.dicit communem opinio.Alex.in l.fin.nu.8.ff.de condic.ob cau. & ibi Iaſ.col.fin.Idem Iaſ.Alcia. & plures ſupra citati ad d.l & Exea de pact.nu.516.Fulgo.autem in d.l.cum te,& in l.2.ad fi. C.de condic.ob cauſ.ſequitur opin.glo. vt detur tunc actio ex eo contractu.Quod tangit nihil reſoluens Berengar.in l.pacta conuenta,ad finem nu.97.ff.de contra.emp. Ego aduerto(contra eos omnes)prius explicandum fuiſſe, quę conuentio ibi fuerit , vt inde nomen actionis deduceretur,Aduerto magis DD. ſibi non conſtare,ipſi enim crebrius intelligunt in caſu d.l.cum te,fuiſſe contractum innominatum , eo quod contemplatio alterius rei dederit cauſam contractui , eo etiam quod res vel factum præſtandum pluris erat quàm precium,ut ſup.num. 14.& nu. 19.Non poteſt igitur tractari de actione ex uendito,ubi uẽditio non fuit,ſecundum eoſdem,quod ſi uenditio fuiſſet iuxta reſolutionem ſup.numc. 17.Ego cum glo.& Fulgo.contra cõmunem uerius putarem ad rem repetendam & conuentionem reſcindendam,competere actionem ex uendito,quam ipſa conuentio inducit : ut docet I.C. in l. 6.§.1 . uerſi.*nec conturbari debemus*:ff.de contrah.emp. & in l.6.ff.de reſcin.uend.tex.in l.ex empto,x1.§.1 .& melior in , §.ſi quis uirginem.ff.de actio. emp.notat Bar.in l.eleganter.nu.7.ff.de dolo,Bart.in l.ſi id ꝙ aurum,ff.de uerb.obl.

29 Ex iiſdem infertur ad d.l.fundi partem,79.ff.de contra.emp. cum ſimilib.in quibus conſtat dari ueram uenditionem cum aliquod precium exprimitur,licet addatur aliud diuerſum à pecunia, & illud cenſeri partem precij ut uenditio dicatur,& ex uendito & empto actio detur,quæ l.& ſimiles intelligi debent ſecundum Alberi.& alios , quando ex uerbis uel ſignis conſtabat partes agere de emptione & uenditione , alias adhibenda eſſet & obſeruanda diſtinctio de qua ſup.nu.16.Iaſ. in d.l.fin.col.fi. ff.de cond.ob cauſ.& in prælud. feudo.nu.66. Ad quam l.ante alia notabis quod ſup.nu.11.noue ex ea & ſimilib.deduxi , Nec omitto aliud quod admonere ſoleo,DD.enim in materia l.iuriſ gentium,§.quinimo.ff.de pac.de informatione contractus & actionis per pactum incontinenti adiectum , adducunt d. l. & ſimiles,de

similes, de quibus nu. sequen. & inde ampliant materiam informationis. argumentanturq; plures contra magis cōem opinio. ut pactum adiectum contra naturam contractus, cum eiusq; actionem informet: ut post Petr. tradit Ias. in l. lecta, nu. 26. & nu. 28. in 3, & 8. limit. ff. si cer. peta. Exea de pact. nu. 572. uers. fallit nunc primo. Decius in l. bonæ fidei, nu. 4. C. de pact. post Alex. à. quibus omnibus cauendum censeo: quia d. l. & similes loquuntur de unico contractu ex re & precio simul promissis ab emptore, non de pacto post contractum adiecto, imo procedunt illa l. & similes siue emptor incipiat à re siue a precio, ex utroq; enim simul ibi perficitur cōtractus quapropter ad pacta incontinenti uel ex interuallo nullatenus illæ. ll. adduci debent: quicquid scribent. de informatione comminiscantur, & Stepha. Forcat. dialogo. 90.

30 Ad d. l. fundi. partem, aduerte quod cōmuniter habetur corrupte sub nomine Labeonis, cum in iram reprobetur eiusdem opinio. ex libris uero emendatis constat. l. esse Iaboleni: uerba autem l. sic habent. *Fundi partē dimidiam ea lege uendidisti, vt emptor alteram partem quam retinebas, annis decem certa pecunia in annos singulos conductam habet: Labeo & Trebatius negāt posse ex vendito agi vt id quod conuenerit fiat. Ego contra puto si modo ideo uilius fundum uendidisti, ut hæc tibi conuentio præstaretur: nam hoc ipsum precium fundi uidetur quod eo pacto uenditus fuerat. eoq; iure utimur.* Significat I.C. Labeonem negare solitum actionē ex uendito ad rem diuersam à precio, qua si alia res non congrueret illi contractui & actioni, secundum reg. quam in 3. cap. 1. par. & in hac. 2 par. nub. plenissime exornamus. Sed alij Iure consulti sententiam Labeonis reiecerunt ut Iabolenus in ea l. Hermoge. in l. qui fundum, 75. ff. eo. Pompo. in l. tenetur. 6. §. 1. Paulus in l. si sterilis. 22 §. si tibi. ff. de actio. emp. Papini. in l. 6. ad fin. ff. de seru expor. Sic Labeo in alia specie in hac materia negabat actionem ex uendito, quam tribuit Vlpian in l. Labeo. 50. ff. de contrah. emp. quam declara per Fortu. & alios sup. citatos nu. 9.

31 Nec est credendum ex. d. l fundi partem, Labeonem uel Trebatium negasse ius agendi ad conuenta, sed tantum actionem ex uenditio, nō aliam conuenta enim implenda erant. nec dicēdum est cum audacia Fulgo. in d. l. Iure consultum male alios reprehendisse, quos Fulg. soluat, quasi intellexerim quæstionē, cum nullum precium expressum fuerit: in quibus terminis non

est

est emptio. Sed repugnat verbum l. ibi, *vendidisti:* quod necessario præsupponit precium & alia sine quibus venditio non potest stare. Repugnant etiam alia iura proxime citata, repugnat ratio. non enim de actione ex vendito dubitari poterat, nisi præsupposita venditione quæ sine aliquo precio expresso datur, & ita conuincitur ex d. l. ibi, *vilius vendere* : & alijs legibus similib. tunc precij partem appellantibus. Vnde magis cauendum est à glo. in fin. d. l. quæ in hoc misere labitur, vt ibi aduertit Salic.

31 Aduerto etiam quòd in d. l. fundi. partem & similib. agitur de accessorio respiciente precium: & ideo ad idem accessorium actio datur, non ad rem repetendam: venditor enim non ob illud mouebatur ad vendendum, sed iustum precium prætendebat, quo integro sibi dato, non curasset forsan de illo pacto: secus vbi alia res à precio di uersa, causam dat venditioni vel alienationi: vt sup. deduximus ad l. cum te. n. 23. & 24. Ex quo eleganter collige differentiam inter contemplationem alterius rei dantis causam contractui, & pactum rei vel facti ad supplementum precij, etiam sine quo uenditor non alienaret: aliud enim est volenti vendere, ad perficiendum precium aliud extra pecuniam offerre: aliud nolenti etiam ingenti precio vendere, offerre aliud quo ad vendendum mouetur. Alterum contractui causam dat, alterum in eo incidit: vt melius cæteris sensisse videtur Fulgo. in l. 1. ad fin. C. de condictio. ob caus. quod pauci aduertunt.

SECVNDA PARS RVB.

C. de rescind. uend.

CAPVT TERTIVM.

SVMMARIVM.

1 *Resumitur quòm de substantia emptionis sit precium: in quo ostē ditur errasse plures scribēn.*

2 *Agitur an efficax venditio resultet facta relatione ad id quod res valuerit certo loco vel tempore.*

3 *Probatur non dari emptionem, non expresso precio: etiam si res*

ex

ex consuetudine loci certum precium habeat:& nu 4.

5 *Probatur contra plures non dari ueram locationem, si de certa mercede non conueniatur, etiã si ex consuetudine colligi possit.*

6 *Agitur de intellectu.l. excepto.C.loca.usque ad nu.8.*

9 *Exactissime agitur de intellectu l.fin.ff.de condic.ob cau.& l.5. §.1.ff.de præscr.uerb.traduntur plurima scitu digna circa naturam emptionis.usque ad nu.27.*

28 *Pleuissime tractatur, an de substantia locationis sit merces in pecunia numerata:& probatur noua opinio, ut quælibet merces sufficiat,& explicantur multa iura:usque ad finem.*

SECVNDA PARS RVB.

C.de rescind. vend.

CAPVT TERTIVM.



ISVM est superius non dari emptionem sine precio conuento in pecunia numerata l.2.l. pacta cõuenta, ff.de cõtrah. emp. cum alijs. Solutionem vero postea sequi posse in alia re loco pecuniæ vel precij, vt probat l.precij.C.de rescin.vend. secundum verum clarum & receptum intellectum, licet non pauci in eo hallucinati sint credentes emptionem esse, si à principio aliqua res taxata in quantitate certa detur pro precio alterius rei, vt Rip.in l.2.nu.26.ff.si cer.pet.& eodem errore Tiraq.de retrac.& alij ligna.§.1.gl.14.nu 19.& Molin.in consue. Paris.§.13.glo.5. nu.47.& Bologni.cõs.25.col.3.& Chas.in cõsue.fol.333.nu. 3.quos retuli sup.in 1.cap.huius 2.par.n.16.

Visum etiam est sufficere quòd precium conuentum reddatur certum per relationem ad locum in quo pecunia extat, l.hæc venditio, §.1.ff.de contrah. emp.vel per relationem ad alium actum in quo certa pecunia interuenerit, l.si quis fundum, 37. ff.de contrah.emp.

2 Sed quæstionis est an precium cẽseatur certum facta relatione ad id quod res valuerit certo loco vel tempore. Et ex mente scriben.in l.excepto, C.loca.dicendum videretur resultare emptionem, quasi tunc vigeat fundamentum relationis, quæ etiam in futurum adaptatur, l.Stichum.7.ff.de lega.1.videreturque

turque tunc emptio conditionalis, vt alias inquit *I.C.*in l. 16. §.vlti.ff.de pignor. Quod tamen controuerti potest ex recepta sententia quę habet, non resultare efficacem emptionem ex cõuentione vendendi pro iusto precio: vt late.deduximus in 1.c. huius par.nu. 19.& sequen.

3 Illud tamen verissimum puto, non consistere emptionem nõ expresso precio, vel non facta idonea relatione, etiam si res quę emitur, ex consuetudine loci vel temporis conuentionis certũ precium habeat: prout si in loco sint publici æstimatores, & certæ rebus æstimationes, Id enim non supplet formam iuris exigentis declarationem precij in hoc contractu pro eius substantia, d.l.pacta conuenta. Deficientibus autem substantialibus etiam consuetis, actus omnino corruit, vt tanquàm receptum tradit Dec.in l.vt liberis, nu.18.C.de collat. Felin.in cap.ex literis, nu.13.vers.sed ad hæc, de fide instru.

4 Hinc resultat egregia differentia inter emptionẽ & locationẽ, in hac n.receptũ videtur vt valeat nõ expresso certo precio, qñ illud est certũ in loco cõuentionis, vt secure tradit Hisp.Gome. in li. de cõtract.c.2.nu.9. in fi.& c.3.n.4.per tex.quẽ dicit sing. in l.excepto, C.loca.& ita no.Pau.Cast.in l.1.§. si quis seruũ, n. 4.ff.depos.vbi etiã citat tex.& glo.in l.domini, C.agri.& censi. Sed hoc maiori eget examine, puto enim scriben. variasse, & lapsos in hoc fuisse, licet nemo quem viderim aduertat, vtque veritas melius percipiatur, refero verba d.l.quæ sic habent. ***Excepto tempore quo sterilitas intercessit, sequẽtis temporis fructus quos tibi iuxta præteritam consuetudinem debere constiterit, reddere tibi præses prouincię iubebit.*** Glo.ibi intelligit quando certa merces non exprimitur, id dandum fore, quod ex consuetudine dari solet, & ita Bar.id extollens ibidem, & ita Alberi. Bal. Ange. Ialic. Fulgo.& cum his paul.& Hispa.ubi sup.idemque colligitur ex Ias.in l.certi condictio, §.si num mos, n.11.ff. cer.pet.& in l.ut liberis, col.3, nu.8.C.de collat. Alex. consilio 206.nu.1.lib.2.

5 Ego autem contra paul.& Hispan. specifice vbi sup.contra DD.in d l.excepto: contra alios proxime citatos verius puto, si contrahentes nullam mercedem expresserint, nec se ad certum locum vel tempus retulerint, non resultare veram locationem deficiente substantiali, quod est certa merces: ut in l.si merces, 28.ff.loca.iuncta æquiparatione quæ in hoc est de venditione & locatione: §.precium Insti.de emp.iũcta doctrina.sup.relata

nu.3.in fin.quam etiam tradit Dec.in l. semper in stipulationi bus,nu.16.ff.de reg.iur.

6 Nec obstat d.l.excepto,cuius substantialia verba sup.retuli, nu.4.non enim loquitur de conuentione à sui principio iudicanda,quia tunc non diceret Imperat.non expressa mercede locationem esse,repugnantibus iuris reg.Magis vero ex litera d. l.colligitur,locationem ibi à neutra parte negari,vt uariando agnoscunt Alberi.Salic.& Fulgo.vere enim partes ibi de locatione & conductione non dubitant,ideoq; respondet Impera. excepto tempore sterilitatis soluendum fore iuxta præteritam consuetudinem quæ optimam probationem pensionis inducit vt in l.circa.C.loc.Nec tunc offenditur decisio l.si certis annis C.de pact.cuius obiectione laborât omnes in d.l.excepto.magis inuoluentes quam explicantes.

7 Aduerto igitur nullam esse repugnantiam inter eas ll. quia in d.l.excepto,non oneratur aliquis in futurum ex preteritis solutionibus in d.uero l.si certis annis (ut interim alia omittam) agebatur de aliquo onerando ad soluendum ex præteritis in futurum,causa non probata cum alterius re non fruebatur atin l.excepto diuersum est. Quod manifeste ostenditur,cum ibi conductor & locator non negabant contractum, utens autem re alterius nullo onere afficitur præstando mercedem: imo iniquissimum esset aliena re frui sine causa, dominoq; inuito. Comprobatur hoc magis,quia nulla etiam præcedente conuẽtione iuris erat,ut utens re alterius mercedem exoluat ut sup.c. 1.huius par.nu.24.Ideoq; diuersa ratio est inter locationẽ & emptionem ut ibi deduxi. Et ita sanius intelligi potest Bar.in l. 1.§.ludi ff.de uar.& extra ord.cog.& in l.nemo ff.de duob. reis Panor.in c.1.de præcar.quando enim certa merces non exprimitur,licet uera & propria locatio cesset actio tamẽ ad iustam mercedem datur,quasi ex contractu innominato.l.si tibi 24.ff. de præscri.uer. Notat Soci.in l.si quis arbitratu, col.quinta, uersi. secundo modo, ff.de uer.oblig.

8 Si ergo intelligas in d.l.excepto,integre probatam locationem,cum mercede cõuenta & præteritis solutionibus secundũ eam,nulla restat dubitatio:Si autem intelligas partes inuicem locationem fateri,sed de quantitate mercedis discordare, tunc sit sensus, vt partibus à contractu non recedentibus solutio mercedis fiat secundum præcedentem consuetudinem, vt in l. lege m C.eod.& quod ex Bal.(corrupte citato)tradit Cremen.

notab.

notab.13.Et ita d.l.excepto non bene à DD.adducitur ad id quod sup. improbaui. Minusq; obstat tex.cum gl.in d.l. domini C.de agri.& censi.quam male adduxit Paul.Cast. in d.l.1.§. si quis seruum nu.4.ff.depos.Non enim loquitur Impera.de pẽsione conuentionali, vel personali obligatione, sed de tributo reali extra ullam couentionem prestando, ut bene sentit Io.Plate.ibi col.1.tunc autem iubet ea l. ut de prædijs in quibus coloni laborant, domini pecunias non exigãt, sed fructus quos res præstant, nisi aliud cõnsuetum fuerit, quia tunc consuetudo seruabitur, ut ibi, & in l.1. C.de pascu.Boer.decis.263.

9 Sed in proposito silendum non fuit difficile Celsi responsum in l.fin.ff.de condic.ob cau quod interpretum omnium ingenia exercuit, ut autem quę circa eam l.dicẽtur, magis percipiantur & prosint, oportet literam referre, quę ita habet, *Dedi tibi pecuniam ut mihi Stichum dares, utrum id contractus genus pro portione emptionis & uenditionis est, an nulla hic alia obligatio est, quamobrem dati re non sequta, in quo procliuior sum.* Anxie torquentur glo.Bar.& omnes, cur ibi emptio non fuerit, cum pecunia data sit ex una parte, & Stichus ex altera, & sic concurrebant substantialia emptionis? Augetur autem difficultas ex Paul. (qui Celso aduersari uidetur) in l.5.§.1.ff.de præscri.uerb. qui ita habet, *Et siquidem pecuniam dem ut rem accipiam, emptio & uenditio est:* Gl. utrobique opponit & dupliciter soluit, Sed ante conciliationem earum ll.aduerte quòd Celsus ex eo quod inquit, in ea specie contractum esse innominatum, non uenditionem, aliquos effectus infert, ex uers.& *ideo* usque ad finem l. uere enim effectus & illationes sunt, non rationes, ut bene aduertunt Bar. Alberi. Bal. Paul.Salic.contra glo. verbo procliuior, ibi, *quod probat.*

10 Ad conciliationem vero [a] Celsi & Pauli, primo intelligebat a glo.vt Celsus in d.l.fi. loquatur de pecunia data in specie, sentiens in specie dari quãdo vt species certo loco inclusa datur, quasi tunc non dicatur genus nec pecunia: per tex.quem citat: sed adde meliorem in l.talis scriptura.30.in fine princ.ff.de lega.1.ibi.*pecunia quæ in arca est:*& ibi, *quoniam species legatur:* Et ultra omnes adde quòd eandem interpretationem sensit Azo in summa.C.de cont.emp.& Hosti.in summa de empt. & vend.dum citant d.l.fi.vt mirer glo.ad sequentem solutionem citare Azo.qui præcedentem probauit: quam etiam sequitur Bal.ibi col.1.in 1.oppo.Eandemque dicit pulchram & ve-

[a] Merito hãc docendi methodũ ac loquendi phrasim carpit Duaren.i l. si certos nummos 37.de uer.ob. ubi ut rẽ certam pecuniã certo loco inclusam ob certa.i.alia quantitate iuris cõmunis nõ sub noĩe spẽi distinguere solitos ait.

glo.de pecunia data in specie.

13 Secunda solutio & interpretatio glo.est vt d. l.fina. procedat ex verbo *dare*,quod ibi æque ponebatur tam ex parte dátis Stichum quam ex parte dantis pecuniam.Et fundamentum est ex eo quod verbum *dare*,significat dominij translationem: in venditione autem de tradendo,non de dádo agitur,ideoq; adiecto verbo *dare*, non fuisse emptionem,quasi repugnet natura illius verbi l.si ita,25.ff.de contrah.emp.l. exépto.11.ff.de acti. emp.Hæc autem interpretatio glo.receptior est eamq; probát Bar.Salic.Ange.Paul.Fulgo..eamq; dicit communem Alberi. ibi,nu.2.& ab omnibus probari dicit Alex.ibi, nu.3.eandemque ut receptissimam refert Ias.ibi, col.1.& costalius in an nota.(quas aduersaria inscripsit:)et ita Bar.et communiter scri ben.in l.2.ff.si cer.pet. ubi Curti.nu.30.communem dicit, & ex nouioribus probat Emil.Ferret.in l.iurisgentiú,n.39.et 46. ff.de pact. Lorio.de pact.axiom.113.uideturque probasse Alci. in comment.de eo quod interest nu.25.& ad hoc est tex.sing. secundum Paul.ibi,& Ferret.ubi sup.et Ias.in §.actionum,nu. 145.Instit.de actio.

14 Habes igitur communem interpretationem ut d l.fin.specialiter procedat ob uerbum,*dare*,& ita concilietur Celsus cum Paulo.in responso enim Pauli,id uerbum expressum non fuit, plures tamen communem hanc conciliationem improbant,ut. scrupulosam et uerbis non rebus innitentem;inter quos Alcia. sibi contrarius in d.l 2.nu.25.ff.si cer.pet.et Ias. ibidem ad fin. exigens uerba geminata ut infra.Eandemque uerborum differentiam magis improbat Hier. Butige.in d.l.2.n.43.et ibidé Dec.ad fin. secunda.lectu. uers.non obstat: et Corras. lib. 2. miscellan.cap.9.nu.5.et Stepha.Forcat.dialog.49.nu.4. multaque contra eam uerbalem differentiam adducunt Butigel.et Curt.nu.34.et Dec.in l.certi condictio,nu.12. eod.titu. Sæpe enim Iureconsulti in uenditione utuntur uerbo *dare*,et ipsi scri ben.sæpius,ut dixi in cap.præced.nu.7.

15 Nec est tolerabile quod dixit glo.in d.l fin.quam omnes sequuntur,secundum Ale.ibi.n.1.& Ias.n.3. ad fundamentum có munis interpretationis,tráslationem dominij esse contra naturam venditionis:quod etiam scripsit Soci.in l.certi condictio,col.4.nu.22 ff.si cert.pe.Salic.in l.1.ad fi.C. de rer.perm. quod merito reprobat Rip.in d.l.2.nu.30.& plenius Dec.in d.l.certi condictio, nu.12. Ego autem id puto delendum &

 damnau-

damnandum: quid enim absurdius & hominum sensui magis contrarium quàm asserere, translationem dominij esse contra naturam venditionis, cùm ex eo contractu id principaliter prætendatur? l. clauibus 74. ff. de contrah. emp. §. venditæ, Insti. de rer. diuis. Ideoque secuta euictione, actio ad preciùm & interesse datur, ut per totum. C. ff. de euiction. etiam si in conuentione omittatur, ut in l. uendendo. 66. ff. de contrah. emp. Nec aliud patitur bona fides huius contractus, l. emptorem. 12. §. fin. vers. nec enim, ff. de actio. empti. Ad quod contra cõem recte adducitur l. cum manu sata, 80. §. fin. ff. de contr. emp. quicquid enim Soci. & alij cauillentur tex. ille à fortiori hoc probat, cum habet, pactum ne dominium trãsferatur magis emptioni repugnare: quod latius alibi trado: & contra DD. (non tamen à se allegatos) secure scribit Zasius lib. 1. respon. cap. 12.

16 Vides omnino exterminãdum esse fundamentum communis interpretationis, veriusq; dicendum trãslationem dominij nõ esse contra naturam emptionis: contra glo. & DD. sup. relatos. Minus absurde dicebant alij trãslationem dominij non esse de natura emptionis hoc enim à superiori differt & ita Bar. in l. ex empto, nu. 6. ff. de action. emp. Bal. in l. 1. C. de rer. permu. plures quos refert Dec. in d. l. certi condictio, nu. 11. Alex. nu. 12. Alc. nu. 26. vers. adeo tamen: & DD. cõiter vt asserit Curt. in l. 2. nu. 33. ff. si cert. pet. quicquid dicat Alcia. in l. habere, 188. ff. de verb. sign. Adhuc tamen verius puto cum Dec. & Rip. translationem dominij non solum non esse contra naturam emptionis, sed magis de natura eiusdem, ex iurib. & fundamentis proxime adductis, nu. præced. quod melius sensisse videtur Bar. (& ita sibi contrarius) in l. in conuentionalibus §. 1. ff. de ver. ob. & sic tranlatio dominij simpliciter de natura huius cõtractus dici debet, non tantum vbi venditor dominus est, quo casu id concedit Bar. & plures, vt per Alex. in d. l. certi condictio. nu. 13 Butigel. in §. Cato, nu. 74. & sequen.

17 Verius tamen puto contra Dec. in d. l. certi condictio col. 7. vers. imo videtur: & contra Aret. ibi nu. 9. vt translatio dominij non dicatur de substantia emptionis, vt manifeste probat d. l. si ita 25. & l. rem alienam, 28. ff. de contrah. empti. vbi vera venditio dicitur rei alienæ, & sine translatione dominij, quod dici non posset si dominium esset de substantia, vt de precio inquit I. C. in d. l. pacta conuenta. 72. ff. de cõt. emp. Ex his uero intelliguntur iura à glo. & DD. adducta, non enim negant quod alij

multo

multo pluribus probatur, naturale esse emptionis dominium transferre si tamen id non contingat non desinit venditio apel lari, prouideturq; idoneis remedijs contra venditorem: & ita declaranda est d.l.rem alienam, cū glo. ibi, & Afflic. decis. 369. nu. 2. Rebuff. in Repet. l. vnic. C. de senten. quæ pro eo: nu. 426. Possunt etiam illa iura intelligi, & tunc emptio dici, vt inde re sultet titulus & ius vsucapiendi d.l. clauibus, & l. 1. cum sequen. ff. de usucap. pro emp. Quod nota ad ea quæ tradi solent de ti- tulo ad vsucapiendum: de quibus multa noue scripsi in Auten. nisi tricennale. C. de bon. mater.

18 Vides igitur primam interpretationem glo. ad d.l.fin. ff. de condic. ob cau. magis cōiter vt diuinatoriam reijci: à me autē vt falsam: vides etiam secundam interpretationem receptam periculosam nec magis tenēdam esse. Vnde Phil. Dec. in d.l.2. ad fin. 2. lectu. & in d.l. certi condictio. nu. 12. ff. si cert. pet. ali- ter respondebat, intelligens eam l. quando partes simpliciter conuenerunt, vt verba tex. sonant pro vt, *dabo pecuniam vt des Stichum*: tunc enim uerba non uidentur apta ad venditionē, qđ videtur sensisse Paul. Cast. in d.l.fi.n.3. in fi. & nō relato Decio, idem comprobat Corras. d. lib. 2. miscel. cap. 9. colorem affe- rēs, quòd in ea forma conueniendi desunt aliqua quæ in vendē do interuenire solent: vsu enim constat hunc contractū cōiter non fieri sine tractatu & conuentione ex vtraq; parte: quia al- ter carius vendere alter vilius emere studet in l. si volūtate C. de rescin. vend. & ideò cum I.C. in dicta lege finali referat ver ba conuentionis, recte intelligi potest, ita nude conuentum fuisse: ac proinde ex tali modo conuentionis non resultauerit venditio, eo quòd deficerent consueta & quodammodo natu- ralia illius contractus. Sed nec ista interpretatio omnino vitat difficultatem d. l. 5. §. i. ff. de præscrip. verb. cum nec ibi con stet de maiori tractatione vt venditio esset: nisi noue respon- deas, ibi tradi doctrinam, in d.l.fi. principaliter factū referri.

19 Aliter Rip. in dicta lege secunda numero 31. versi. dubitatur ff. si certum petat. intelligens dictā legē finalē quando pecunia quæ datur, non æquiualet rei acceptæ, vt sic tex. in dicto §. 1. lege quinta intelligatur quando pecunia & res paris valoris sunt: quod ibidem videtur sensisse Ias. ad finem ibi, *quando precium est condignum*: & tam Rippa quam Iason adducunt in argumen. gloss. in lege 1. §. 1. ff. de superfic. Sed hæc interpre tatio prorsus reijciēda videtur tū quia multū diuinat subauditq;

ad vtráque l.tum quia non magis in vna quàm altera aliquid exprimitur de æquiualentia precij:nec aliquid obstant verba d. l.fin.ibi,*proportione*, non enim sunt uerba conuentionis, nec ad rem uel precium referuntur, vt Rip.male accepit,sed verba sunt I.C.dubitantis quod contractus genus inde resultet, vt ex litera facile constabit: maxime quòd paruitas precij non tolleret nomē emptionis,vt in l.si qs donationis,38.ff.de cōt.emp.

20 Aliam interpretationem vt suam & à ceteris diuersam tradit Corras.in d.loco,intelligens differentiam esse inter verbū *pecunia*,& verbum *precium*,vt d.l.fin.procedat quando nomine pecuniæ datur:ut d.§.1.l.5.quando datur nomine precij:& ita scripsit Alcia.in d.l.2.nu.27.vers.id circo ff.si cer.peta. Sed ea declaratio continere poterit veram limitationem ad d.l.fin. non vero directam interpretationem,nec veram conciliationē ad ea iura:Nec sicut Celsus in d.l.fin.loquitur per uerbum,pecuniam,ita Pau.in d.§.1.l.5. Qua propter talis interpretatio affieri non debuit, cōtra literam quam explicare intendit. Color tamen quem Corras.afferet.contemnendus non est ad interpretationem Decij,vt sup.

21 Nec omitto aliam interpretationem Stepha.Forcat.dialog. 49.qui fingit in d.l.fin.alterum obtulisse pecuniam pro re quā emere volebat:alterum vero.s.rei dominum,se excusare,& vendere nolle:tandemque ob preces volentis emere,pecuniam accepisse,& rem dedisse:ut tunc non venditio sed mutua donatio resultet,quæ ob causam vocatur.Sed ea interpretatio multa sub audit ad literam vtriusque tex.quo nomine reiicienda est, maxime quòd etiam concurrentibus ijs quę Forca. fingit, nihil impediebat venditionem resultare.Nec preces alterius id impedirēt. cum tandem venditor roganti morem gereret:id enim consentire est,imo & maior coactio non tollit nomen actus nec ipsam uolūtatē,si credēdū est I.C.in l.si mulier,§.pe.ff.quod met.cau.

22 Patet igitur magnam esse difficultatem in intellectu d.l.fi. & conciliatione eiusdem,cum d.§.1.l.5.ff.de præscr. uerb.ut non in merito Budæus inter Celsum & Paul.antinomiam dicere potuisset.cum eadem fere sint vtriusque uerba,contrariæ vero decisiones Cui difficultati nulla ex tot interpretationibus satisfacit. Ex quo mihi fit verosimile Celsum in d.l.fin. strictam iuris subtilitatem respexisse,ut alias inquit I.C.in l.si tibi pecuniam.ff.si cert.peta.in l.si fundus.§.si pluris,ff.de pignor.in l.si tibi, ff.de dona.in l.4.§.fin.ff.de manumis.& alibi sæpe:ut curiose obseruat

uat Tiraq.de retrac. ligna.§.35.glo.1.nu.18.Vnde ex communi vsu loquendi raro vel nunquam procedit d.l. fin.& communis interpretatio:agentes enim de emptione & vendititione, eo verbo *dandi*, inuicem utūtur, nec ideo emptio esse definit: Verba enim testatorum & contrahentium:(qui sæpius imperiti sunt) ad iuris definitiones trahi non debent, ut prudenter ad monet I.C.in l.non aliter,§.1.ff.de leg.3.

23 Ex scriptis autem declarationibus eligenda uidetur ea quam ex Dec.& Cas.retulimus, iuncta consideratione Corras. Quæ tamen vltra eos ex quadam recepta limitatione,maiori authoritate iuuabitur:considero enim ex mente scriben.eam confirmari,dum communiter intelligunt d.l.fin.in casu dubio, vt litera sonat:secus ubi conijceretur,contrahentes agere de emptione:uel ubi uerbum emendi seu vendendi ab eis prolatum fuisset, tunc enim non procedet d.l.fina.sed uera emptio resultabit,ut sentit Alberi.ibi:& apertius Salic.nu.5. & ibidem Fulgo.nu.5. dicens ita tenere DD. Et ita ex Bar.& aliis, ut receptissimum refert Ias.ibi col.1.&.nouiss. Costal.& nemine relato secure tradit Rip.in d.l.2.nu.30.in fin.ff.si cert.peta. & ibidem Curt.nu. 34.in fi.dicens id esse de mente DD.& ibidem Ioa. Prat.in fin. & Bal.Nouel.in rub.ff.de uerb:obl.nu.39.Ferre. in l.iurisgētiū n.38.ff.de pact.Et sic uides hanc limitationē receptissimā esse.

24 Cauebis ergo ab Alcia. contradicente in commentar. de eo quod inter.n.27.Sed magis cauebis à Hier.Butige.in d.l.2.nu. 46.ff.si cert.peta.ubi incaute contrarium pro recepto scribit,asserens communem.opin.procedere,& DD.communiter intelligere dict.leg fina.etiam si in conuentione partes utantur uerbo, *emere, vel vendere:* Sed ex prędictis uides contrarium receptissimum esse,quod ipse agnoscere debuisset; cum referat de hoc sę a discipulis admonitum fuisse.Nec obstat argu. Alcia. d loco,dum arguit non esse standum nomini à contrahentibus expresso.Respondeo enim id tantum procedere quando conuentio nomini repugnat,secus autem ubi conuentio & nomen se compatiuntur,ut diximus in c.præced. nu.2. Hic uero verbum,*dandi*, non adeo repugnat venditioni,vt probauimus sup. hoc cap.nu.14.& sequen.Nec erat cur uerbum dare(quod ambiguum est)præponderáret specifico uerbo uendnedi uel emēdi,cum in toto iure generi per speciem derogetur.

25 Sic enim rigor & subtilitas d.l.communiter limitatur,ne procedat quando in conuentione exprimitur nomen *precium*,

etiam

glosa in lege 1.§.si quis seruum.ff.depos.glos.in l. 1.verb.mer cede,ff.locat.Bar.& DD.communiter in dict.locis,Paul.in d.§. c si quis seruum.Nouiores Baldui.[c] Baro.Steph.in d.prin .Inst. loca.Anto.Gome.de contract.c.3.nu.3.Et sic uides receptissima opinionem,ut merces in pecunia numerata sit de substātia locatiōis,nec aliter locatio dici possit, sicut sine precio in eadem pecunia non dicitur uenditio. Pro qua cōmuni opinione principaliter citatur tex.in d.§.si quis seruum. Et in d.§.at cum do.qui uere urgent:à glo.etiam in d.§.si quis seruum.citatur l.si uir.ff.de donati.int.vir.& vxor.& l.si conuenerit,ff.cōi diuid.quā etiā ad id citat Baldu.ubi sup. & pro eadem opinione ego noue expendam tex.in l.6.ff.de præscrip.ver. vt infra.

c Adde & theop.institutionum parathrastem ibidē eiusd.fuisse sēt.

29 Quibus non obstantibus verior mihi videtur noua opinio, qua tentauit Io.Corras.li.2.miscel.c.11.quot autem & qualia nos addamus peritorum sit iudicium. Probandum est igitur veram locationem dari interueniente mercede in quacumque re,non tantū in pecunia numerata: quod necessario euincitur ex d.l.si olei.cuius litera stare nequit,si communis opinio teneatur ut infra;addo etiam tex.in l.& hęc distincto.38.vel secundum Floren.35.§.si.ff.loca.vbi I.C.secure inquit locationem esse in ea conuentione,*Si proponatur inter duos conuenisse,ut alter alterius fundum ita conductum haberet, ut fructus mercedis nomine pensarentur.* Vides ibi mercedem in fructibus non in pecunia, resultare tamē uerā locationē, nec pōt cū Glosel.ibi pcessisse conuentionē de mercede in pecunia;litera .n. plane repugnat,cū refert primā locandi conuentionē,non aliā de modo soluendi. Pro hac parte facit tex.(q aliter male restringetur)in l.licet,C.de locat.ibi,*certis annuis quantitatibus:* quæ verba nō magis ad mercedē in pecunia,quā in fructibus applicari possūt.Imo si de pecunia tātū ageretur.aptius in singulari starent uerba *annua quantitate*,vt iura solēt:id ēt colligitur ex quæstione & decisione tex.ibi agentis de sterilitate fructuū.Et ita in mercede fructuū loquitur tex. in l.excepto, C.eod.licet gl.&.DD.violētCōtra cōmunem etiam vrget tex. in l.si merces,15.secūdū Florēti.vel,28.§.vis maior.ff. locati, ubi I.C.locationem appellat,tam in cōducente ad pecuniam, quàm ad quotam fructuū,licet gl.& DD.cauillentur: Ad idē etiā induci pōt tex.in §.adeo Instit.locati,ibi,*quādiu pēsio siue redditus præstēt*:Vbi de emphyteusi dubitatur,an ex pēsione ī pecunia diceret uēditio, an ex mercede ī fructib. diceret locatio

tio:& sic presupponit tex.non esse substantiale nec necessariũ ad locationem,vt merces sit in pecunia numerata. Pro eadem parte contra communem retorqueo d.l.si vir.§ 2.ff.de donat. int.vir.& vxor. Ibi enim I.C.in locatione mercedem requirit, non pecuniam,idq; magis significat cum distinguit inter depositum & locationem,differentiam enim tantum constituit, an gratis,an cum mercede fiat.

30 Pro eadem parte similiter retorquentur alia iura à glo. & DD.male citata.I.C.enim in d.l.2.ff. locati,& Impera.d.prin. Inst.eod.dum ponunt similitudinem locationis & venditionis diuersis vocabulis vtuntur dicentes,quod sicut venditio sine precio stare non potest,ita locatio sine mercede:& sicut in venditione certum precium,ita in locatione certa merces requiritur:Ex qua traditione iudicio meo satis euincitur contra glo. & omnes similitudinem horum contractuum non in eo stare, vt in vtroq; necessario requiratur precium in pecunia numerata, sed potius locationem non dari si gratis fiat necessariamq; in ea mercedem esse,sicut in venditione precium necessarium est et sic in locacione iura tantum requirunt, ne gratis fiat. non vero certam mercedis qualitatem. Si autem in locatione precium in pecunia numerata necessarium foret,repeterēt quidem iura illa idem verbum *precium*. quo in venditione utuntur,iuxta vulga.l.si idem C.de codic. quæ inductio magis vrgebit ex verbis l.fin C.de præd.decur.vbi dicitur verbum,precium,tantum ad venditionem referri, non ita necessario ad alias conuentiones,quod falsò dictum maneret,si vera esset cōmunis opinio in locatione pecuniam numeratam requrens.

31 Quo sensu similiter accipiēdus est Vlpian.in d.l.si cōuenerit. 2 §.ff.communi diuid.ubi agit de socero & genero inter quos conuenerat,ut alterius annis fructus perciperent:& eodem modo de socijs ita inter se conuenientibus,quæ actio tunc detur,si alter alterum impediat:uel faciat ut fructus sequentis anni corrumpantur,& respondet I.C. *puto magis communi diuidundo iudicium,quam ex conducto locum habere, quæ enim locatio est, cum merces non intercessit?* Putāt glo.& DD.I.C.illis uerbis respexisse axioma supra reiectum,quòd locatio sine mercede in pecunia non detur:At.I.C.uerius respexit in tali conuentione defficere mercedem in locatione necessariam:ibi enim neuter ex cōtrahētibus pro suo tēpore aliquid alteri soluebat,nec alter alterū magis dominum recognoscebat, ideoque agi nō potuit ex condu-

cto

cto uel locato: non autem quia merces non esset in pecunia iuxta supra probata.

Mihi etiam pro hac parte contra communem nimis vrget quod iura in materia locationis nunquam requiritur mercedem in pecunia numerata, sed tantum mercedem: quia gratis non dicetur locatio, imò in eodem tractatu locationis iura aperte & securè agunt de mercede in fructibus, & ita non est credendum si pecunia numerata in locatione necessaria esset, iuris conditores id in tractatu locationis omissuros fuisse: satisque omissum censeri debet, cùm speciatim non exprimitur, & consequenter precium fundamentum communis opinionis tantum sumitur ex iuribus ex tratractum locati & conducti, in quibus principaliter de alia re agitur, non de explicanda natura & substantia locationis, qđ doctos & prudẽtes nõ parum mouere debet.

32 Tandem redeundo ad d. l. si olei. C. locati: necessariò ex ea deducitur hæc opinio, verba autem l. ita habent: *Si olei certa ponderatione fructus anni locasti, de contractu bonæ fidei habito, propter hoc solum quòd alter maiorem obtulit ponderationem, recedi non oportet.* Vides ibi locationẽ non in pecunia, sed pro quantitate olei: vides contractum bonę fidei, & planè locationem dici, & ab ea recedi non posse: quæ omnia veram locationem necessariò exprimunt Glo. enim & doct. retinentes opinionem suam supra reiectam, respondent tex. impropriè loqui, qua responsione facile erit, omnia iura negare. Imò licet ea impropriatio quod verba admittatur, nũquam DD. effugient, cùm tandem ea l. conuentionem illam appellet bonæ fidei, quod non diceret de contractu innominato, vt glo. & DD. malè accipiebant, quæ inductio adeo DD. præssit, vt Bar. & alij confugiant ad miserã diuinationem, quod res ibi exposita fuerit locationi atque ideo contractus locationi similis maneat, sicut de re venali habeẽ in l. 1. C. de rer. permut. quæ id nullatenus probat, nec ita extendi debet, vt deduxi in 1. cap. huius par. nec patitur litera d. l. subauditionem illam de re locationi exposita, vt agnoscit Fulg. ibi, respondens ex diuersa litera, quæ hodie reperitur in libris emendatioribus, *bona fide*, non *bonæ fidei*. Sed DD. cauillationes magis tolluntur ex eo, quòd d. l. principaliter decidit, non posse ab eo contractu recedi, quod indicat locationem esse, si enim fuisset contractus innominatus, liceret pœnitere & ab eo recedere, iuxta reg. l. si pecuniam. ff. de condict. ob caus. Nec toleranda est misera alia diuinatio, ad quam confugiunt

giunt Bar. Ang. Bald. Salic. Fulg. respondentes ibi rem non fuisse integram, sed oleum ex parte conducentis solutum. quam cauillationem sequitur etiam Alex. in d.l. si pecuniam. nu. 8. Ias. col. 3. nu. 4. quod planè est destruere literam, non interpretari. Item tex. loquitur de locatione vnius anni, & mercede in ponderatione olei, quasi oleum esset de fructibus rei locatæ: et ideo non est verosimile, quod solutio iam facta esset, sed potius re integra quærebat, an à conuentione recedi posset, quod lex negat. necessariò præsupponens locationem esse, quæ consensu perficitur quo fundamento tex. ibi vtitur, non autem quod res integra non esset. vt DD. malè diuinabant, in quas angustias se immersos fatentur ex eo, quòd impossibile putabant veram locationem dari sine mercede in pecunia numerata, & ita magnus Bar. ibi fatetur se aliter l. illam defendere non posse, libenter verò contrarium probaret, si assecutus esset sine pecunia ex alia mercede locationem consistere, vt satis supra probauimus Salic. autem (cuius lectura in Bal. transcripta fuit) in d.l. si olei, respondebat locationem dici etiam sine pecunia, quando merces constituitur ex fructibus colligendis ex re locata: Et Ita Loriot. neminem referens, de pact. Axiom. 129. Sed hæc traditio iure non probatur, maximè cùm d.l. si olei, indistinctè loquatur, & tex. in. d. §. vis maior l. si merces, vt non liceat restringere ad fructus rei locatæ.

33 Vides igitur hanc nouam sententiam multis iuribus & fundamentis probabiliorem, vt ita ferenda sit qualis qualis responsio ad fundamenta communis opinionis: fateor tamen pro communi vrgere verba d. §. si quis seruum l. 1. ff. depos. & l. 5 §. at cum do. ff. de præs. ver. licèt Corras. vbi supra nullam difficultatem ex illis iuribus resultare putet, facile vno verbo respondens pecuniam ibi accipi pro quacunque re, non verò strictè pro pecunia numerata, ex Vlp. & Paul. in l. pecuniæ. 178. & 222. ff. de verb. signi. vbi id traditur non tantum referendo antiquitatem sed etiam ad intellectum legum, conuentionumq; & testamentorum. Sed duriuscula videtur ea interpretatio, cum Iurecõsulti simpliciter pecuniam nominantes, de pecunia numerata intelligere soleant, l. singularia (cum alijs) ff. si cer. pe. Bar. in l. talis scriptura ff. de leg. 1. aliud autem fit per extensionem l. 1. §. fin. ff. de constitu. pecu.

☞ Ego separandum puto d. §. si quis seruum a d. §. at cum do. & 1. ad. d. §. si quis seruũ, aduerto I.C. in §. preced. tractasse, si Balneatori

neatori vestimenta seriãda dentur absq; mercede, actionem depositi competere: si cum mercedeex conducto agi: Deinde in d.§.tradit, si dominus seruum in pistrinum custodiendum cõ iecerit, mercesq; interuenerit, ex parte domini & pistrinarii, ex locato & conducto agi posse:& sic cùm declarat principaliter, quid locatio sit, non loquitur per verbum, *pecunia*, sed per verbum *merces:* Deinde subdit, *quod si operæ serui cum custodia cõpensabantur quasi genus locati & conducti interuenit, sed quia pecunia non datur præscriptis verbis actio competit.* Inde igitur colligunt gl.& DD. Axioma supra reprobatum, sed cùm tot iura obstent, magis tollerari debet respõsio Corrasii, vt verbum, *pecunia*, non maiorem vim habeat, quã uerbum, *merces*. in eodẽ tex. prolatum. Aduerto enim I.C. proximè de mercede locutũ, dum principaliter contractum nominabat: ideoq; non est diuersa doctrina colligenda, ex verbis postea minus principaliter ad eam rem prolatis, tandemq; dicendum est in secundo casu contractum esse innominatum, non locationis, quia serui operę mercedem propriè non inducebant. Custodia enim serui eius operis ęquiualere censebatur & sic ex neutra parte merces accedebat: ideoque deficiente mercede, non potuit vera locatio resultare, secundum iuris regulas, non vero ex eo quòd merces non esset in pecunia numerata, vt glo.& DD. intelligebant: quæ interpretatio alibi non tradita, magis è mente I.C. videtur, nec viris emunctæ naris fortasse displicebit.

34 Magis obstat tex. in d.§. at cum do Cuius verba habent, *At cum do ut facias, si tale sit factum, quod locari soleat, puta vt tabulas pingas pecunia data locatio erit, sicut superiori causa emptio. si res sit, nõ erit locatio, sed nascetur vel ciuilis actio, in hoc quod mea interest, vel ad repetendum condictio.* Quæ verba ingenue fateor nimis pro communi opin. vrgere, cum I.C. non solũ in locatione pecuniam requirat, sed addat vt superiori casu in venditione, in qua certissimum est pecuniam numeratam requiri, & ita videtur reijci solutio Corras. intelligentis pecuniam pro quacumq; re. Sed pro sustinenda veritate oportet similitudinem illam accipi non per omnia, vt Alias accipitur in l.1. cũ ibi notatis. ff. de leg. 1. & sit sensus, quòd sicut ex re & pecunia resultat venditio, ita ex pecunia pro facto quod locari solet, resultat locatio: nõ quòd de substantia pecunia numerata ad locationem requiratur. Id enim principaliter non tractat. I.C. ibi, petendumq; est ex tract. de locato.

Sed

Sed replicari poterit pro cōmuni ex alia inductione, cui nōn satisfacit Corrasi. Glo. enim & DD. arguere videntur ex alijs verbis tex. ibi, *Si res sit, non erit locatio.* quæ accipiunt ad differentiam pecuniæ, vt sit sensus, data pecunia numerata esse locationem: data alia re, contractum esse innominatum. Ego vero nec ob id recedendum puto à ueritate semel probata, confideróque ea verba accipienda non pro differentia mercedis in pecunia vel in alia re. Pecunia enim præcedebat in ablatiuo casu, quo etiam repetitio fieri debebat quo ad aliam rem, si idem thema retineretur, ita enim docet ratio recti sermonis, & ita bene sentientes agnoscent, vt scilicet secundum sensum glo. & DD. ductus orationis ita concipi deberet, *pecunia data locatio erit, re alia data non locatio.* & cæ. Cum autem I.C. subdat innominato casu, *si res sit*, intelligo magis ea verba referri ad differentiam facti vel rei in locationem deductę quàm ad mercedem ipsius, vt sic I.C. differentiam constituat inter factum & rem, vt locatio sit, data mercede pro facto, quod locari soleat, non ita si pro re merces detur. Quę traditio I.C. obscurissima est, nec a me plana reddi potest, satisque est, vt ad rem de qua agimus, aliqualiter ostendatur, uerba illa I.C. non exprimere quod DD. colligunt, maxime cum insignis Paul. Cast. ibidem asserat literam esse difficilimam & tenebrosā, adeo ꝙ putet, si I.C. reuiuisceret, nō posset literā sustinere, & ita nouiores ibi agnoscūt.

35 Quibus in angustijs putabant ea verba intelligenda, vt differentiam constituant inter factum locari solitum, & aliam rem quæ non tam apte locari dicatur: Quamuis etiam gratis fieri non soleat, vt scilicet priori casu facti sit propria locatio, in secundo rei, nō ita, sed contractus innominatus: Exemplumque sumi potest ex l. solent 16. ff. de præscr. verb. vbi I.C. agit de ijs qui dominis seruos fugitiuos indicant, eosque dicit indicationis mercedē accipere solitos, & tamē non resultare tunc locationem, sed cōtractum innominatum: quod nemo in tāta difficultate hucusque aduertit. Sed hæc alias latius, ad rē enim nostrā sufficiat ostendere, non probari ex d. §. pecuniam numeratam esse de substantia locationis. Illud tamen non omitto difficilia verba d. § non esse accipiēda, quasi in facto solito locari, data mercede, at locatio, non ita in re locari solita, vt uerba sonare uidentur: Contrarium enim uerius est, prout in uestibus, prout in scænicis uel alijs rebus ad hominum lusus locari solitis: In his enim mercede data locatio est, ut probat tex. in § fin.

fin. Inst. de locato. & in l. sed & si quid 19. uers. sed an locare ff. de usufructu.

36 Retenta autem hac sententia contra communem, ne pecunia numerata sit de substantia locationis restat repondere ad tex. à me noue adductum in l. insulam 6. ff. de præscr. uerb. in quo pro communi subtilis inductio latet. Habet .n. I.C. ibi *Insulam hoc modo uendidi, ut aliam reficeres: Respondi nõ esse uenditionem, sed ciuili actione incerti agendum.* Vides ibi insulam, datam ut alia reficeretur, locationem tamen non resultare, sed contractum innominatum: unde uideretur induci posse pro communi, locationem non fuisse eo quòd merces in pecunia numerata non fuerit. maxime attenta recepta reg. quæ ex ea l. colligitur, ut nomen à partibus expressum non attẽdatur, sed qualitas conuentionis. Sed pro ueritate suppositionis supraprobatæ responderi posset, quòd I.C. ibi principaliter intendit, non esse attendendum nomen conuentionis à partibus expressum. Quod si instes, non debuisse I.C. tunc dicere, ex ea conuentione resultare contractum innominatum: Respondebitur, forsan ex nomine uenditionis à contrahentibus expresso colligi, eos de locatione non agere, & ideo in dubio censetur contractus innominatus, iuxta l. 1. uers. quoties, ff. de estim. actio. cum supra traditis ad l. fin. ff. de cond. ob causam. uel noue dici poterit in ea l. non resultasse locationem, quia non constabat, artificem esse eum, qui ad refectionem insulæ obligatur. si autem hoc diuinatorum dicas, replicabo, non minus diuinatorium esse intelligere, quòd artifex esset: replicabo item multo maiorem esse numerum non artificum. Si etiam instes, ad quid ergo obligabatur, si artifex non erat? Respondebo eum obligari ad reficiendum per artifices cura & expensis proprijs. ut in multis experientia docet, & alibi sentit I. C. si bene intelligatur, in l. 11. quæ incipit fideicommissa. §. ul. in fi. ff. de lega. 3. Apud Lusitanos uero tutior erit noua illa sententia, ut locatio dicatur etiam si merces non sit in pecunia, ex clara Ordinatione lib. 4. tit. 60. §. penul.

37 Vides igitur in ea re multa iura noue explicata, plures difficultates enodatas. Cuius inuestigationis effectus non leuis ẽ: nam si locatio fuerit, actio bonæ fidei erit: si contractus innominatus: stricti iuris, iuxta §. actionum, cum materia Instit. de actio. Sic etiam si locatio fuerit non licebit pœnitere, sed consensu perficitur: in contractu autem innominato ante implemẽ

tum pœnitere licet d.l.si pecuniam, l.iurisgentum in princi. ff. de pact. Sic etiam ad remissionem pensionis quę ob sterilitatē in locatione conceditur:in cōtractu innominato non ita in iure reperitur,secundum Cur.in l.2.21. ff.si cert.pet.
Sed pro utili Rub.ornamento circa uenditionem superius tracta sufficiant: quod eā uero rescindēdā,iam ad l.ipsā 2. (Deo auspice)progrediamur.

L.2. Imp. Diocle. & Maxi. Lupo.

Rem maioris precij si tu vel pater tuus minoris distraxit, humanum est,vt vel precium te restituen te emptoribus,fundum venundatum recipias authoritate iudicis intercedente: vel si emptor elegerit, quod deest iusto precio recipias. Minus autem precium esse videtur, si nec dimidia pars veri precij soluta sit.

SVMMARIVM.

1 *Referuntur quam plures materiam huius l.tractantes.*
2 *Noue cōtra omnes probatur hanc l.nouum ius induxisse,& inde multa iura explicantur,usque ad nu.7.*
8 *Contra glo.& omnes explicatur l.si quis cum aliter, 2.par.ff.de verb oblig.*
9 *Agitur de intellectu tex.in l.res bona fide, ff. de contrah.emp.*
10 *Explicatur.§.fin.l.iure succursum,ff.de iur.dot.& nu.11.*
12 *Vtiliter tractatur, an coniugi læso in æstimatione rerum dotaliũ succurratur,etiam si læsio modica sit. vsque ad nu 14.*
15 *Agitur de ratione specialitatis,cur in æstimatione rerum dotaliũ etiam minor læsio emendari debeat,& nu.16.*
17 *Explicatur quo remedio læsio tunc emendari debeat, & n.18.*
19 *Infertur ad alia iura in q.hæredis vendentis ex iussu testatoris.*
20 *Explicatur l.Lutius,ff famil.ercis.*
21 *Explicatur l.si ea pactione,C.de vsuris.*
22 *Traduntur aliqua in terminis huius l.scitu digna,contra Molin. vsque ad nu.24.*

25 *Agitur de intellectu l.scio,ff.de in integ rest.& traduntur multa vtilia, vsque ad nu.27.*
28 *Declaratur quæ læsio indigna sit restitutione.*
29 *Agit de intellectu tex.in l.3.C.ex quib.cau.maio. vsq ad nu.31.*
32 *Exactissime tractatur de intellectu.§.idem Pomponius, l.in causæ, ff.de minor. & traduntur plurima, scitu dignissima vsque in fin.*

PRIMA PARS L. SECVNDAE.

C.de rescind. vend.

CAPVT PRIMVM.



1 Ecisionem huius l.celeberrimam,& vsu foreñ frequentissimam vere asserunt scriben. omnes eamq; honesta dote ornarunt glo.Cyn. Bar.Bal.Salic.Fulgo.Pau.hic:non minus etiã Rom. Alex. Aret.Ias.Claud.post Bar.in l.si quis cum aliter.ff.de verb. oblig.De materia etiam nõ pauca tradũt Anto.Burg.& Aug.Bero.post & Imol.& Panor.in c.cum dilecti,&.c.cum causa,de emp.& vend.plenius autem cæteris duo repetentes hic Pantal.Crem.& Hieron. Cagnol.nõnulla etiam transcripserunt Fabian.& Anto.Gomet.ille in tracta.de emp.& vend.q.8.hic in lib.de contra.c.2. Aliqua etiam in materia tradit Mathe.Affli.in c.1.de feud.dat. in vim l.commis.non pauca etiam tradit Molin. de commerc.q.14. à nu.170.ad nu.184.& in alijs locis eiusdem lib.Multa etiã non vulgaria tradit celeberrimus Doctor, venerandus præceptor meus M.Azpilcueta Nauarrus,in c.nouit, 6.notab.à nu.46. vsq; ad fin.de iudic.docte & vtiliter D.Couarru.à Leiua,lib.2. resolut.cap.3.& sequen. Aliqua etiam tradit Stepha.Forcat.dialo.100.Rebuf.in 2.tom.ad ll.galli.pag.179.cum sequen.& M. Mant.lib.1.locor.cap.6.Alios etiã minutula & particularia ad hanc l.tradentes, in eius discursu referam.Post tot autem viros doctissimos,non deerunt, qui putent, non tam scribendi iam, quam transcribendi locum relictum:qua nota etsi plures ,ijdéq; non in celebres authores teneãtur res ipsa(Deo duce)ostendet, quam à natura mea transcribendi vitium abhorreat.

2 Ante alia ad fundamentalem cognitionem & intellectũ plurimarum legũ offert se inuestigatio alibi fortasse nunquã audita neq; scripta: quæ licet in fronte Scholasticis tantum theoricam subtilitatemq; promittere videatur, in recessu tamẽ & practicis vtilitatem afferet. Ea igitur est, an hæc l. nouũ ius introduxerit, & an tempore Iureconsultorum, quorum responsa extant in pandectis, notum fuerit remedium huius l. succurrentis contra henti læso vltra dimidiam iusti precij. Ex mente autẽ omniũ scriben. aperte colligitur eos sine dubio intelligere, hanc l. nouum ius non attulisse sed Iure consultis antea cognitum. Vnde sæpissime omnes scribentes tãquam concordantem principaliter citare solent l. si quis cum aliter, 36. ff. de uerb. obli. alij etiã citant l. res bona fide, ff. de contrã. emp. alij l. iure succursum, ff. de iure dot. De quibus & alijs inferius ordinatim agemus, ostendendo nihil minus ea iura respexisse quam decisionem huius legis.

3 Ego contra glo. & omnes hucusque scribent. verissimum credo, Dioclet. & Maxim. Imperatores, noue hoc ius induxisse ac proinde Iure consultis (quorum responsa in libris digestorũ habemus) nullatenus hoc remedium cognitum fuisse: ut hinc multarum ll. uerus sensus appareat. Id autem mihi uerisimile fieri incepit. quia diligentius aduertens ad iura quæ DD. citant comperi nihil in eis de remedio huius l. sancitum. Aduertebam etiam in responsis Iureconsultorum, nullum extare uerbũ quo certa læsionis quantitas distinguatur, ut hæc l. noue constituit Sic etiam expendebam. in titu. seu tracta. proprio ff. de rescin. uend. nullum huius rei uestigium reperiri. Considerabam item tam insignem iuris decisionem, si eo tempore extitisset, perspicue exprimendam fuisse: cum Iure consulti ipsi ita admoneant in ijs quæ notabilia sunt, vt sup. ad alia dixi in rub. per tex. in l. item apud Labeonem. §. ait prætor ff. de iniur. uers. *ea enim*: Ad hęc ponderabam nec in constitutione aliqua alterius principis mentionem haberi huius remedij & electionis, nisi in constitutionibus eiusdem Diocle. huius l. authoris ut diligens lector cõperiet ex l. si uoluntate, infr. eod. in fin. & Id etiam probari putabam ex uerbis huius l. dum ad hoc sola æquitate & humanitate fundatur, non obscure significans diuersum ius antea fuisse: & iuxta ea quæ scripta erant, nullum remedium læsis in precio competere: quę inductio fortius urgebit, attenta recepta traditione DD. circa æquitatem & ius scriptum in l. placuit, C.

de

de iudi.in l.1.C.de legi.& alibi sæpe.

4 Ad eandem suppositionem, ultra præcedentes consideratio nes, contra glo.& omnes scriben.iam uidebam manifesta uerba I.C. Vlpiani in l.in causæ.la.2.(quæ est 17.)§.idē Pōponius ff.de minor.qui ab omnibus in hac materia ubiq; adduci solet: Vlpiani enim cum Pompo.indistinctè ait, *in precio emptionis & venditionis naturaliter licere contrahentibus se circūuenire.* Quæ uerba non admittunt commentitias subauditiones extra riasq; restrictiones DD.ea limitantium ex decisione huius l.ꝙ magis constabit dum infr.uerum sensum d.§.explicabo. Idem non obscure confirmat I.C.Paul.in l.item si precio, 25.alias, 22.§.ulti.ff.loca.ubi eadem uerba extensius ponuntur, ut liceat indistinctè, *quod pluris est minoris emere, vel ec ontra quod mino ris sit, pluris vendere. ita in locationibus & conductionibus.* Quę uerba (si uerum amamus) non ad mittunt uiolent am DD. limi tationem: imo si cum iuditio aduertas nō uidētur Iureconsulti tam indistinctè & geminate id circa precium tradidisse, nisi ad significandum quod eo tempore ex lęsione quamtuncunq; ma xima nullum remedium præstabatur ad contractum rescin dendum: de minore enim læsione non tanta erat dubitatio, nec opus erat tot uerba effundere, argu.l.scio, (de qua infr.)ff.de in integr.restitu. Idē colligitur ex I.c.Hermogen.in l.& ideo 26. alias 23 ff.loca.cum habet, *prætextu minoris p ensionis, si nullus dolus aduersarij probari poßit, rescindi locatio non potest* Expen do uerba illa *minoris precij*: quę huic læsioni congruunt, secun dum uerba huius l.ibi, *maioris* & ibi *minoris*, Expendo etiam in ea l.negatiuam ante uerbum potest, ut glo.& DD.utriusq; iur. sæpe arguūt. Expendo magis naturam uniuersalis negatiuæ iux ta l.si is qui ducenta, §.utrū, ff.de reb.dub. fulcitur inductio earum, ll.ex alia eod. titu.ff.loca.l.si decem: ubi agitur de errore in dimidia, per eadem uerba *pluris* & *minoris*, ut liqueat Iure consultos sensisse de quacunq; etiam maxima læsione: & tantū excipitur conductio uno nummo facta, quia hæc magis donationis iure censetur: l.si quis conduxerit, 49.uel secūdū Floren. 46.ff.loca.l.si quis ante, ff.de acquir poss.

5 Idem colligi pōt ex Vlpiano, in l.à diuo Pio, §.si pignora, ff. de re iud.vbi I.C.indistinctè & verbis magis tradit nō posse quē re sci ndere conuentionem vel acceptationem alicuius rei vel summæ, pro re vel quantitate sibi debita, etiamsi longè minus acceperit. Circa quē tex.DD.anxie torquentur quo ad alia, spe

 ciatim

ff. de dolo: quasi cessante dolo non esset differentia inter magnam vel paruam læsionem.a Vereor tamen ne ex tenebris inueterati erroris, plures fortasse nouam veritatis lucem ægrè sustineant.

8 Qua veriori sententia retenta, nihil obstabunt iura quæ à glo. & DD. in contrarium citari solent: & primò d. l. si quis cùm aliter 36. ff. de verb. oblig. quæ duas partes habet, In prima agit *I.C.* de dolo propriè sumpto, qui tempore contractus interuenit, cui doli exceptione succurritur. In secunda parte subdit *I.C. Idem juris esse, & si nullus dolus stipulantis intercesserit, sed res ipsa in se dolū habeat: cum enim quis petat ea stipulatione, hoc ipso dolo facit.* Putarunt hucusq; glo. & omnes Vlpianum in d. 2. parte respexisse ius huius l. & inde apud omnes inualuit frequentissima allegatio d. l. qua læsionem vltra dimidiam appellant dolum re ipsa ad differentiam doli ex machinatione. Ego veriùs puto DD. cum gloss. ad verba Iureconsulti hallucinatos fuisse, nihilq; minùs Iureconsultum in l. ea sensisse quam de remedio huius. l. quod euincitur ex eodem Vlpia. & alijs Iureconsultis in locis sup. citatis, dum apertè & indistinctè tradunt, læsis in precio nullatenus succurri, nec dolum ex sola læsione censeri. Sed magis id ostenditur ex eadem l. in d. 2. parte, dum habet dolum illum tempore conuentionis non fuisse, solumque versari cùm postea ex ea stipulatione agitur: quod manifestè indicat, verba I. C. ad decisionem & remedium huius l. nullatenus applicari posse: hic enim fraus & læsio non dicitur nec attenditur, nisi ex tempore contractus, non ex eo quod postea succedit, l. si voluntate, infra eodem. cum alijs. Verus ergo sensus d. l. est, quòd in vtraq; eius parte agens in dolo erat: in prima verò fuerat dolus à principio conuentionis: in secunda tempore iudicij. Ideoq; pariter doli exceptio aduersus agentem datur. Exemplum autem secundæ partis facilè colligitur ex l. 1. ff. de condi. sine cau. meliùs verò ex l. 2. §. circa, ff. de dol. except. prout quando aliquid promissum vel conuentum fuit, ob certam causam postea deficientem: tunc enim in contractu nulla fraus interuenit: dolosè autem ex eo ageretur causa non secuta: Et ita vides I. C. in d. l. nihil sensisse de remedio huius l. nec vllum tradere vlla ex parte huic simile. Et consequenter corruit frequentissima allegatio, dictæ legis, patetque eam non intellectam a gloss. & omnibus ibi: à gloss. & omnibus hic à glo. & omnibus in cap.

a Sæpe sæpius id tum in hac iuris disciplina, tum in alijs omnibus scientijs magna cū resp. pernicie contingit, quod est mirè expressit Horatius in hunc modū alicubi canens, recte necne crocū floresque perambulet attæ fabula, si dubitem clamene periisse pudorem cuncti pene patres ea cum reprehēdere conēr q̄ grauis Aesopus quæ doctus Roscius egit. uel quia nil rectum nisi quod placuit sibi ducunt, uel quia turpe putant parere minoribus, & quæ imberbes didicere, senes perdenda fateri.

cũ dilecti, de emp. & uend. ab Azo. in sum. huius titu. In quo speciatim reprehendi possent quot quot hucusq; in iure scripserũt nemo enim agit de materia huius l. nemo ex facto consultus respondet qui statim non citet d. l. si quis cum aliter: quasi concordantem huic l. 2. cum nihil minus I. C. ibi senserit, nec sentire potuerit. Et ultra iam citatos in eo errore ex nouioribus sunt, Costal. in annot. ad d. l. in causę. §. penul. ff. de mino. & l. iure, ff. de iur. dot. & Hiero. Verius in Rubr. ff. de uer. oblig. nu. 361. Loriot. de pact. Axiom. 91.

9 Ex eadem probatione infertur ad tex. ad l. res bonafide, 54. ff. de contrah. emp. ubi I. C. Paulus habet in hęc uerba *Res bona fide vendita, propter minimam causam inempta fieri non debet* Glo. ibi retinẽs opin. illam sup. à me reiectam intelligebat eam l. secundùm hanc ut scilicet *I.* C. senserit distinguendum fore inter modicam & magnam læsionem in precio: & ita cum glo. DD. ibi: & Connan. d. lib. 7. cap. 9. Sed ea interpretatio necessario corruit ex iuribus sup. deductis quæ eo tempore ostẽdunt remedium huius l. cognitum non fuisse: nec à cõtrario sensu id colligendum erat ex. d. l. obstantibus alijs. Verba etiam eiusdẽ l. non congruunt venditori læso in precio, vt glo. & DD. accipiebant: illud enim verbũ, causam, precio applicari non solet maximè stante l. si quis donationis, 38. ff. de contrahen. emp. Nec ibi vlla mentio habetur certæ quantitatis nec electionis de quibus principaliter & speciatim loquitur hæc l.

Verus igitur sensus d. l. videtur, quòd ibi nullus fuerat dolus ex parte venditoris: emptor autem volebat vt emptio irritaretur ob leuem causam. id verò ei negatur. quia cessante dolo vẽditoris, si vlla imminutio reperiatur in re, non rescinditur contractus, sed tantùm datur actio quanto minoris, l. quotiens, 61 ff. de edilic. edic. l. Iulianus, 14. ff. de actio. emp. in specie autem exemplũ assignabitur ex l. quod ad seruitutes, 75. ff. de euictio. quando res patitur aliquam seruitutem: cum glo. & DD. in l. stipulatio ista, §. si quis fortè, verb. *habuit*, ff. de verbor. obligatio. Cagnol. hic, nume. 173. Sic etiam sumitur exemplum ex l. domum, 57. ff. de contrahen. empti. vbi ob magnam rei imminutionem recedit à uenditione, non aliter: cum declaratione de qua ibi.

10 Infertur similiter ad d. l. iure succursum, 7. in fin. ff. de iur. dot. cum qua adducitur. l. si res, 13. §. 1. eod. titu. quæ iura ad ampliat. huius l. quasi similem decisionẽ habentia, citat Fulgo. hic, col. secunda

secunda nu.4.Roma.in l.si quis cum aliter, nu.20.ff. de uerb. obl.& ante eos glo.in l.2.verb.dolo,C.de actio.emp.& sic intelligunt in d.iurib.agi.de lęsione hac vltra dimidiā, & læso, succurri simili remedio huius.l.Inquo circa illa iura mira reperitur scribētium varietas,vt statim referam.Sed interim ad articulum sup.tractatum, priùs aduerto in d.l.iure succursum,§.si. id tantum haberi,*si in dote danda circūuentus sit alteruter, etiā maiori annis.25.sucurrendum est.*Vides ergo verba.I.C.ibi,nec in expressione læsionis,nec in qualitate remedii rescissorii exprimere decisionem huius l.Congruentiùs autem aliqua similitudo considerari posset,in d.§.1.l.si res,vers.*enim uero*, dum ait, *Si in æstimationis modo circunuēta est,erit in arbitrio mariti, utrum iustam æstimationem, an potius rem præstet.*Sed nec ibi exprimitur quantitas lęsionis,nec regula constituitur,cùm de dote ad alias species, extensio iuridica non sit.Item verba d.§.de circunuentione,à nonnullis pro dolo accipiuntur, vt sic nullo modo ex illis iuribus elici possit,remedium huius l.eo tempore fuisse.

11 Circa intellectum vero dd.§§. ad casum dotis, variat.1.glo. ibi, modò intelligens coniugem circunuentum dolo alterius coniugis:modò re tātum lęsum absq; dolo alterius. Variat etiā aliter,modò intelligens lęsionem fuisse in danda maiori quantitate dotis:modo in ęstimatione rerum dotalium: Aliter etiā variat circa qnantitatem lęsionis,modò intelligens de excedēte dimidiam iusti precii, modo de minori lęsione: Nec minus variant DD. vt colliges ex relatis à Cagnol. hic num. 62. vsq; ad nu.64. qui rem parum explicat Ego aduerto eam varietatem aliquo colore excusari posse ad d.§.fin.l.iure succursum, cuius verba ambigua sunt,vt sup.retuli:non ita in d.§.1.l.si res, cuius verba planè de ęstimatione rerum agunt.

Aduerto etiam quòd Fulgo.hic.nu. 2. in fi. cum seq.securè citat d.§.fin.l.iure succursum, quasi loquatur de vxore lęsa in danda ampliori dote: & ita plures relati á Cagnol.d. loco idem è conuerso intelligentes, si vir.lęsus fuit ex minori dotis quantitate. sed tunc requirunt læsionem vltra dimidiam condignę dotis, iuxta terminos huius leg. quod inferiùs magis explicabitur. interim verò contra Fulgosi. & alios aduerte, violentum & diuinatorium esse, intelligere iura illa in hac lęsione ultra dimidiam iustę dotis, cùm Iureconsultus.ibi nihil de certa quantitate distinguat,nec alibi vnq̄,

Baptis.vbi sup.vaccillauit etiam Alberi.in d.§.1.l.si res. Et ita vides non satis liquere quæ in hoc sit receptior opin.

13 Articulus hic scitu dignissimus est,& sæpissimè occurret in omnibus prouincijs circa æstimationem rerũ dotalium: ideoq; diligenter resoluendus fuit:Mihi verò (reiecta varietate glo. & DD.)verior videtur prima opin.vt in æstimationem rerum dotalium læsio maior vel minor emendari debeat,tam pro viro quàm pro vxore,et speciale sit in causa dotis,vt tunc non requiratur tanta læsio. Quod mihi apertè videtur probare I.C.in d.l. si res §.1.ff.de iur.do. & d.l.iure succursum,§. fi.tum quia simpliciter ibi emendatur læsio, nec distinguitur an magna sit an modica:tum quia apud Iure consultos adhuc nõ erat distinctio &declaratio huius l.vt sup.plenè probauimus:Vnde nõ est cur diuinatoriè & violenter verba I.C.in d.iuribus accipiantur tã tùm de læsione vltra dimidiã:contra vulgarẽ regu.l.de precio, ff.de publi.l.1.§.et generaliter.ff.de lega.præst.Cõfirmo magis hanc sententiam ex I.C.dum in d.§§.l.7.& 13.ff.de iur.dot.vti liter vult,causã dotis in hoc æquari beneficio minoris ætatis: Non semel enim I.C.ibi,agens de læsione æstimationis emendanda in causa dotis , subdit tunc non tantum minori, sed & maiori succurri:licet in aliquibus dicat magis succurri minoribus 25.annis. Non obscure igitur sentit in æstimatione rerũ dotalium,emendandam esse, non solum maximam læsionem, sed & modicam:sicut minoribus 25. annis succurritur in minori læsione non spectata hac vltra dimidiam, vt omnes agnoscunt cum glo.d.l. in causę §.idẽ Pomponius, ff. de mino.Bal. & Salic.hic, col.1.circa oppos.l.scio ff.de in integr. restit.de qua infr.& Math.Afflic.in c.1.nu.92.de feud.dat.in vic.l.commis.Sic igitur noue & vtiliter colligo ex I.C.in d.§§. idem iuris esse in dote ob æquitatem causę,quod est in minoribus,25 annis,ob fauorem ætatis:& consequenter coniugi læso in æstimatione rerum dotalium semper succurrendum est,non solum vbi læsio excedit dimidiam iustæ æstimationis, contra Fulgo. Roma.Cagnol.vbi sup. Quod satis probatur ex d.l.6.C.solu. matri.ibi,*iniqua æstimatione*:& ibi,*æstimatione grauatum*, quæ verba geminata indistinctè scripta,necessario ad minorẽ etiam læsionem referuntur.

14 Nec obstat argu.cagnoli hic, nu.63.ad fin.ex verbo *circumuenta*, d.§.1.l.si res: quasi intelligatur concurrente dolo , vt glo.variando, & alij acceperunt: facile enim respondetur,

verbum

verbum illud aliquando exprimere læſionem re ipſa abſque dolo, vt probat I.C. in d.l.in cauſæ.§. penult.ff.de minor. & d.l.item ſi precio,§.finali.ff. loca. vbi gloſſ.aduertit. Sic etiam verbum *deceptus*,aliquando accipitur pro lapſo ſua facilitate abſque dolo alterius,l.non omnia 45.ff.de minor.Nec omitto quòd ex I.C.in dd.§§.confirmari poteſt ſuppoſitio quam ſup. plene probaui:Ante hanc l.ex læſione in precio non dari recurſum,cum I.C.ſpecialiter ſuccurrendum dicat in cauſa dotis, ſicut ob minorem ætatem.Et ita reſoluo articulum læſionis in æſtimatione rerum dotalium cui (vltra ſequentia) addendum eſt quod infr.trado nu.27.&ſequen.

15 Si vero inquiratur quæ fuerit ratio ſpecialitatis in æſtimatione rerum dotalium,vt minor læſio tunc emendari debet? Nemo putet id procedere ex priuilegijs dotis, quæ plurima ſunt,vt male reſpondebant Nouel.Afflic. Imol. Baptiſ. & alij de quibus ſup.nu.11.Si enim cum iudicio aduertas,comperies id ſpecialiter procedere in cauſa dotali, ſed non ſolo fauore dotis:quod patet,cum non vxori tantum contra virum,ſed & uiro contra vxorem tunc ſuccurratur,d.l.ſi res,§.1.ff.de iur.do. d.l.6.C.ſolu.matri. quod non aduertit Imol.in d.c.cum dilecti,n.16.poſt princ.dum ſcribit id ſpecialiter inductum in dote fauore vxoris:imo & in ipſa vxore nõ eſt ſolus fauor dotis, cum ei ſuccurratur ex læſione, vt res in totum uel pro parte deſinat eſſe dotalis: ex I.C. ubi ſup. quod aduertiſſe uidetur Cagnol.ante nu.64.

16 Verior igitur ratio colligitur ex I.c. in d.§.fin.l.iure ſuccurſum,dum maxime innititur æquo & bono: quæ conſideratio ad coniuges tantum,& cauſam dotalem aptari debet, quaſi in his reſpectus boni & æqui potentior ſit quàm in alijs. Certum namque eſt æquitatẽ illam quo ad alias perſonas uel cauſas non ſufficere,etiam hodie,niſi læſio ſit ultra dimidiam: eo autem tempore,nec ſi maior eſſet.Et in ſpecie hanc rationem tradit Alberi.in d.l.ſi cum ſcripta,C.ſolu. matri.dicens ea quæ inter coniuges aguntur, non pro negotiatione habenda fore: & ita inter coniuges,& in cã doli,bene ſentit glo. (quæ citari non ſolet)in authen.de æqualit.dot poſt princ.uerbo,*negociatione*,Sic notabiliter limitãs reg.d.§.idem Põponius,l.in cauſę ff.de minor.

Sic enim ex ſinceritate & bona fide, quæ inter coniuges & in cauſa dotali requiritur, aliqua contra iur. reg.introdu-

cta

cta ſunt: vt inquit I.C.in l.eas obligationes, ad fin.ff.de cap. dimin.notat Fortun.de vlti.fin.iur.num.417.quod in dolo & metu ſpecialiter in cauſa dotis,probat Bar.in l.eleganter.nu.6 ff.de dol.Alex.in l.ſi cum dotem.§.ſi mulier.nu.1.ff.ſol.matri. probatur etiam ex vero intelle&u.l.quam.45.ff.de ſolu.vt explicaui ſup.in primo cap.2.part.rub.nu.28.

17 Alia etiam varietas reperitur inter ſcriben.circa remedium quo ea iniquitas & læſio in æſtimatione rerum dotalium emẽdari debeat.Bal.enim in d.§.1.l.ſi res,ff.de iur.dot.refert Odo fre.quem ſequitur,vt tunc ad reſcindendam eã læſionem detur reſtitutio ex clauſula generali:& ita Iacobin.ibi:Bapti.à S.Bla. de dot.priuil.18.& Pantal.hic n.166.At Fulg.hic col.1. inquit tunc competere officium iudicis perpetuum quia iure ciuili datur.Inter quas opin.hæc Fulgo.tutior videtur, quæ etiam utilior eſt,cum remedium illud reſtitutionis breui finiatur,l.fina. C.de temp.in integ.reſti.pet.Nec aliorum opin. admittenda videtur,quia in hac læſione non concurrit abſentia vel impedimentum,maximè attẽta doctrina Bar.& aliorum,in l.ea quę C.de reſtit.milit.eam reſtitutionem non dari ad facta vel conuenta,ſed ad neglecta:& ita Paul. Caſtr.in l.3.C.ex quibus cauſ.maior.

18 Sed vltra DD.circa remedium emendandę læſionis in æſtimatione rerum dotalium,aduertendum eſt quòd æſtimatio in eo negocio diuerſimode fieri poteſt:nec ſemper fit ad effectũ, vt res æſtimatæ quaſi venditæ uiro maneant. In dubio tamen æſtimatio facit emptionem,ſecundum glo.notab.& receptam in l.ſi inter virum C.de iur.dot.quam DD. extollunt in varijs locis,& Cremen.ſing.18.Aret.in princ.Inſt. qui. alie.lic. & alij ſtatim citandi:quod ſatis probat textus in l. plerunque, ex princi.vſque infinem,ff. de iure dot.De materia uero vtiliter agit Iaſ.in l.ex conuentione C.de pac.melius Socinus conſi. 56.& ſeq.lib.1.Alex.& Molin.conſ.79.li.5.Aret.conſ.84. Neuizan.in ſylua nup. fo.mihi,72.ex n.20.Vbi autem ex æſtimatione reſultaret emptio,videretur iuridice dicendum vxori lęſæ competere actionem ex vendito, viro autem læſo actionem ex empto, per tex. in d.l. plerunque magis vero per tex. in l. quoties.16.ff. de iure dot.ibi,*ex empto contra vxorem agere*, &DD.in dictis locis:maximè cum actio ex empto & vendito non ſolum detur ad precium & intereſſe,ſed etiam ad reſcindẽdum: vt concludit gloſa recepta hic, & probaui ſupra in 2. cap.2.

ca.2.par.rub.nu.28. Quæ omnia vtilissima sunt ad dicta iura, & articulum læsionis in æstimatione rerum dotalium.

19 Ex prædictis infertur ad aliqua responsa Iureconsultorum, quę scriben.omnes male applicant ad limitandam vel amplian dam hanc l.prout in quæstione heredis rem uendentis ex iussu testatoris in qua bene distinguunt, an testator simpliciter vē dere iubeat,& tunc hæres læsus vti posit remedio huius l.an statim testator precium taxauerit,& tunc non posit hæres ex circumuentione agere,per l.Imperator.70. §.si centum, ff.de leg.2.l. si fideiussor.52.§meminisse,alias l.si cui legatur. 49.§. fi.ff.de leg.1.& vtrobique Bar.Bal.& alij,& p ea iura Roman. in d.l.si quis cum aliter,nu.5.& ibi Aret.&.Claud.col.fin.Cre mien.hic,28.ampl.&.6.limi. Tiraq.de retrac.ligna.in fin nu.5. & 9. Aduerte enim contra DD. Iureco nsultos in dictis locis nihil sentire de remedio huius l. Quæ illis incognita fuit. et ita videbis in illis iuribus nihil tractari de hærede lęso post uenditionem,sed qualiter uendere teneatur Et inde similiter inferes ad tex.cum glo.in l.etiam 15.§.1.ff.de petit.hęre.

20 Ex eadem suppositione infertur ad intellectum tex.in l.Lucius 39.ff.famil.ercisc.cuius litera posset aliquos decipere dum in fine inquit,*non vltra partem dimidiam*:quæ uerba referri nō possunt ad decisionem huius l.facilisque erit explicatio si ad præcedētia ibi respicias,loquitur enim.l .C.de fratre & soro re communia bona habentibus, frater autem ad alimenta ali quid plus acceperat:respondet que I.C.non ideo actionem da ri aduersus fratrē,si is non vltra dimidiam partem accepit , id est,non ultra redditus suæ partis quæ dimidia erat. Ad quem enim certa bonorum pars spectabat,& fructus ex ea consecutiue pertinent:l.non est ambiguum.C.famil.hercis.l. non tantum,21.§.item non solū,vers.*fructus autem*,ff.de petit.hæred.

21 Inde similiter infertur ad l.si ea pactione , (quæ Alexandri Imperatoris est(C.de vsur.dum in fine inquit locationem ob viliorem mercedem rescindi non posse:glo.autem & DD. ibi, eam l.limitant per hanc,nisi daretur læsio ultra dimidiam iustę mercedis.Ego autem verius puto eam l.indistincte ut sonat fu isse intelligendam,cum tempore Alexandri Imper. (sub quo floruit Vlpianus,vt in l.4.C.de contrah.& commit.stipu.)in cognitum esset remedium huius l.vt sup. probaui in specie ex d.l.item si precio.§.fi.cum l.sequen.ff.loc Alexander enim 25. Imperator fuit ;Diocletianus autem author hius l.fuit 38.se-

cundum

undum historias & cathologos Romanorum Cæsarum: ideo que l.illa non poterat per hanc intelligi, ut constat ad sensum, & suadetur ex uerbis l.iubemus. de testam. ibi, *antiquitas præsentis l.inscia.*

22 Ex prædictis infertur contra Moline. de cõmer. nu. 172. qui hanc l. duram & à tyrannis conditam exclamat, arguens quod maximam iniquitatem permittat non succurrendo læsis nisi ultra dimidiam iusti precij. Sed miror virum doctum & ingeniosum inique & incaute in hãc l. inuectum, debuit enim potius ex humanitate & æquitate eam laudare, cum antea nullum remediũ læsis dabitur, cessãte dolo uel metu, uel ætatis priuilegio, ut sup. probauimus: uel debuit saltim cum omnibus agnoscere, ante hanc l. non fuisse aliã quę lęsis magis succurreret, ut sic non magis in hanc quàm in alias exclamaret.

23 Imo secum pugnare videtur idem Moline. cum postea nu. 176. immodeste theologos & iuris interpretes omnes reprehendit, quasi non perceperint quid sit læsio ultra dimidiam, de qua hæc l. agit: asserẽs omnes hallucinatos in huius rei explicatione, alibi autem in consue. Paris. sequitur communem declarationem similiter asserens erralle cõtradicentes: atque itaq; in alios torquet in ipsũ recidunt, ut seq. cap. trademus.

24 Sic etiam labitur idem Molin. d. lib. nu. 397. incaute restringens hanc l. & multa iura, quasi non procedant dum in minori lęsione non succurrunt, nisi quando alter ex contrahẽtibus alterum læsum esse ignorat: ut sic aduersus scientem semper recursus detur, etiam ob modicam læsionem: qđ plane falsum est, & contra scriben. omnes, & cõtra I. C. in d. l. in causæ. §. idẽ Pomponius, ff. de minor. & l. item si precio. §. fina. ff. loca. Eã enim nunquàm procederent si restrictio Molin. uera esset: quæ tantum in foro conscientiæ locum habet, ut inferius deducemus: & tradit Dec. in l. semper in contractibus ff. de regu. iur. nec aliud uult Panor. in c. in ciuitate, nu. 6. de usur.

25 Ex eisdem infertur ad tex. in l. scio, ff. de in integ. rest. quam hic adducunt Bal. & Salic. in oppo. col. 1 respondentes, ibi agi de remedio restitutionis specialiter ob fauorem ætatis, ut tunc ad minorẽ læsionem detur restitutio, dum tamen minima non sit. Et ita resoluit gl. in d. l. idem Pomponius. Tu autem aduerte contra Salic. & plures eam l. non in minoribus tantum procedere, sed etiam in maioribus, quibus aliqua ex causa restitutio: competat: non l. magis de minore quàm de maiore loquitur

idque

idque patet ex l.1.eodem t it.

26 Sed magis aduertendum est quòd ea l.deterius sæpissime ci tatur,quasi in minimis indistinctè negetur restitutio tam minoribus quàm maioribus,ut tradunt relati a Gome. in §.pænales,col 2.Instit.de actio.Corset.in tract.de minimis,in prin. nu.3.Hippol.in l.furem,n.9.ff.ad leg.Cor.de sica. Alc.li.4.de uerb .signi.pag.109.Mauric. de restitu.cap.328.Sed in minori bus.25.annis contrarium uerius & receptius esse colligitur ex Couarru.lib.1.resolu.ca.3.nu.11.quod latius probo in com ment.restitut. Nec obstat d.l.scio,quæ vul go male citatur, ibi enim I.C.non simpliciter in modicis restitutionem negat, sed in satis minimis,nec etiam in his,nisi quando ex restitutione actus magnæ quantitatis rescinderetur:ita enin verba l.habēt. *Nec propter satis minimam rem vel summā,si maiori rei vel sum mæ præiudicetur,audiatur is qui in integrum restitui postulat.* Et *ita* euidentur ostendit I.C.in modicis per se consideratis resti tutionem dari,cum eam tantum neget quando maiori rei pre iudicaretur:vt in simili dixit I.C.in l.res bona fides,ff.de cōtra. emp.de qua sup.hoc cap.nu.9. Quæ interpretatio ad d.l.scio, non solum verior est,sed etiam receptior,contra id quod vulgus putat:ita enim aperte intellexit glo.in d.l. & ibidem Bar. Angel.& magis Alberi.post antquiores:& eis non relatis, ita nouissimus Baro ibi.Et ita Io.Andr.& clare Panor.in c.1.nu. 8.de in integr.resti.Alex.consl.67.lib.5.Corn.consl.179.lib.4. quos cum alijs sequitur Couarru.d.lib.1.resol.cap.3.nu.11.& inter alios latius explicauit Dec.in c.de appellationibus nu.7. de appel.& in c.maioribus col.1.de præbē.& eo tacito Gome. in §.pænales,col.2.Instit.de actio.& cum Dec.Io.Hannibal, in rep.l.post contractum,nu.88.ff.de donat.& cum Alberi.Io. Corral.in præfatio,l.qui liberos,nu.60.ff.de ritu.nup.

Ex hoc autem confirmatur quod sup.diximus nu.13. circa læsionem in æstimatione rerum dotalium,in qua Iureconsulti nō tantum minoribus, sed etiā maioribus coniugibus succurrūt: vt ex proxime dictis intelligamus id ius procedere in minori læsione,cum ibi causa dotis æquetur fauori minoris ætatis, in qua(vt vides per d.l.scio,& receptas sententias)etiam non tātæ læsioni succurritur:Nec in æstimatione rerum dotalium ob stat illud quod lex timuit,ne maiori rei præiudicetur: nō enim actus principalis matrimonij,vel contractus dotalis ob id rescindi potest:ac proinde totum negocium æstimationis ad iu

stum

iustum precium secure reduci potest. Et ita procedet.l.6. C. soluto matri.

28 Similiter ex d.l.scio,& proxime ad eam dictis infertur utiliter,tunc læsionem restitutione indignam censendam in causa dotis quando minima fuerit respectu magnæ quantitatis. Arguendo fortissime à minore.25.annis ad causam dotis,cum Iurecõsulto in d.l.7.§.fin.& l.13.§.1.ff.de iur.dot.Aliudq; exẽplum in eadem causa ad negandam rescisionem læsionis considerari potest,quando in examine læsionis plus expenderetur quam ipsa importet:argu.tex.& eorum quæ ibi notant scriben. in Authen.nisi breuiores,c.de senten.ex peric.recit.Bar.in l.2. nu.5.ff.de re iud.per tex.celebrem & notab.in l.mediterraneæ C.de anno.& tribu.ibi *plus dispendij haberet*,quem tex.ad multa applicat platea ibi:Ias.in l.pactum curatoris, nu.3.de pactis extollit Zazius in d.l.2.col.3.Corset.in notab. verbo expensa: & in id conducunt quę refert Tiraqu.in lege.si unquam, verb. donatione nume.107.

29 Ex prædictis infertur ad tex.qui in hac materia tanquã huic concordans, à multis citatur in l.3.C.ex quibus cau∫.maior. cuius verba habent:*In contractibus qui b.næ fidei sunt, etiam maioribus officio iudicis causa cognita publica iura subueniunt*.Gl. Bar.& alij ibi variãtes circa intellectũ illius l.applicant huius l. remedium:Sed repugnant verba d.l.ibi,*officio iudicis*, quæ exprimere solent restitutionem,& ita suadet rub In casu autem huius l.glo.& DD.communiter resoluunt actionem ex contractu dari,inter quæ remedia longa est differentia,vt infra tradimus.Item verba d.l.ibi,*causa cognita*,propria sunt restitutionis iuxta l.1.ff.ex quib.caus.maior.Cum autem glo.Bar.Fulgo.& alij mire vaccillent,nec sibi constent circa intellectum d.l.Ego aduerto eiusdem l.doctrinam generaliter scriptam particularia exempla habere posse:sicut in eadem re,similia verba generalia scripsit I.c.in l.1.ff.de in integr.resti.& alibi sæpe.

30 Si autem quis curiose exemplum vel speciem inquirat ad traditionem d.l.considerari potest ex eo quod alibi iura & DD. sæpe probant attenta qualitate personarum facilius posse læsis succurri prout si læsus sit ignarus, aduersarius autem calidus & fallax:quod suadetur ex tex.notab.in l.cum de indebito vers.*Si autem*,ff de probat.ibi,*si minor sit,vel mulier,uel miles,vel agricultor & forensium rerum expers uel alia simplicitate gaudẽs*. Quem tex.in simili extollit Alex.in lege 2.nume.5.ff.si quis in

ius voc.& aliqua in id tradit Hippo.singul.18.& Soci.cōs.263 lib.1.Ias.consi.133.col.6.vers.tamen ista,lib.4. Cur.iun.cons. 141.nu.12.& nu.17.Moline.ad Alex.consi.146.lib.7.facit bo. tex.in l.2.§.fin.ff.de iur.fisc.& in nostra materia speciatim not. Bal.hic.q.9.

31 Ad eandem l.3.C.ex quib.cau.maio.potest exemplum considerari ex glo.in l.1.verb.extorta,C.ne fil.pro patr. dum uult succurendum fore lęso ex persuasionibus aduersarij etiam citra metum vel dolum:& ita Bal.ibi in fin.nu.1.notans simplicibus hominibus circumuētis omnino subueniri debere & ita Afflic. decis.80.nu.6.Et de eadem glo.notabiliter Ias.in l.1. col.1.ff. de condic.indeb.Boer.decis.101.ad fin.facit in eodem proposito quod ex Bar.& alijs tradit Ias.in l.error,nu.19.C.de iur.& fac.igno.Quocunq; autem modo accipias d.l.vel ei exemplum fingas,etiam si trahatur ad terminos huius l.non obstabit suppositioni superius probatæ,qua asseruimus l.hāc.nouum ius induxisse:nam & l.illa eosdem authores habuit Diocl.& Maxim. sic etiam tex.in l.si superstite.C.de dol.

32 Tandem ex prędictis infertur ad tex.celebrem in l.in causę, 17.§.idem Pomponius.ff.de minor.quem omnes scriben. vbique in hac materia citant, sed forsā nemo ex ipsis mentē I.C. satis percepit. Aduertas igitur Vlpiā.in principio l.dicere, non esse locum restitutioni vbi alia actio competere potest: & eius rei exemplum tradit, si conuentio ipso iure nulla sit,quia tunc minor iure communi munitus est,nec eget prætoris auxilio: ad quod refert Labeo. Offilium Pompon.speciesque ab eis traditas, deinde subdit ex eodē Pompo.*in precio emptionis & venditionis naturaliter licere contrahentibus se circumuenire:* quę verba accipiunt glo.& omnes ibi,glo.& omnes hic glo.& omnes in C cùm dilecti: & nouiores infr.citandi,vt tantum referantur ad lęsionem citra dimidiam.Ego autem verissimum puto I.C.in illis verb.indistinctè de omni lęsione sentire,nec aliquid referre ad mentē I.C.an lęsio modica, an maxima sit:tum ex generalitate verborum. quę non admittunt communem restrictionem:tum quia eo tempore incognita erat differetia magnę vel modicę lęsionis de qua agit hæc l. vt sup. latè probauimus.

33 Sed magis ostenditur hunc esse sensū I.C.in d.§.attenta eius serie & continuatione, & considerato scopo ad quem tendit. Dixerat enim superius restitutionem minori competere,quādo

con-

contractus valet: cessare autem, quando conuentio nulla est: quo præhabito affert verba illa Pomp. vt scilicet ostendat minorem restituendum esse vbicunque in præcio tantum læsus reperitur, significans tunc contractũ valere, nec aliud remedium iure communi competere: ideoque tunc restitutioni locum fore, secundum proximè tradita: quod sensisse videtur solus Fulgo. ibi, licèt se nõ explicet: & sic cùm ibi restitutio minori conceditur ob læsionem in præcio, apertè significatur quòd eo tẽpore ob læsionem in precio nullum remedium competebat. Vides igitur quod dixi contra omnes, quo ad mentem I.C. ibi, dum principaliter agit de concedẽda vel neganda restitutione, nullam esse differentiam inter magnã vel modicam læsionem: Imo contra glo. & omnes planiùs procedet tex. ille in maiori læsione, tunc enim magis locus est restitutioni, iuxta l. scio, ff. de in integ. resti. de qua sup.

Ex qua verissima declaratione & mẽte I.C. in d. §. idem Pomponius satis colligi videtur quod etiam si apud Iureconsultos & tẽpore Vlpiani cognita fuisset, decisio huius l. nõ poterat tamẽ traditio illa d. §. eiusq; principalis decisio per hãc l. limitari: cum etiam hodie stante hac l. non negetur restitutio minori ita grauiter læso, vt infra cum glo. in q. minoris: in quo circa d. §. lapsi sunt omnes hucusque scriben. glo. & omnes hic & ibi & in d. cap. cum dilecti: glo. Bar. & omnes in l. 3. C. ex. cau. maio. Azo in summa. C. de dolo nu. 9. conf. 157. nu. 5. & quam plures relati à Tiraq. de retr. ligna. §. 1. glo. 18. nu. 64.

34 Imo si subtilius mens. I.C. expendatur, colliges contra glo. & oẽs (quod fortasse mirabile videbitur) verba illa, *licere contrahentibus in precio se circumuenire*, principaliter ibi prolata fuisse in fauorem & beneficium læsi nempe minoris, vt scilicet restitutionem habere posset quia is est scopus I.C. ibi.

Non enim pertinebat ad Rubr. nec ad ea quæ I.C. ibi. tractabat, tradere regulam vel rigorem illum iuris vt liceat contrahentibus, in precio se circumuenire. Plane igitur mens I.C. eiusq; præcipua decisio id petit, vt non obstante qualibet læsione in precio, contractus ualeat, & inde sequatur, minorem restituendum fore. Et sic considerata mente I.C. & attento scopo ad quem tendit: necessario agnoscendum est, verba illa in fauorem & beneficium minoris læsi prolata fuisse, contra glo. & omnes hic & ibi & in locis supra citatis, & contra scriben. vbique.

35 Verba autem d.§.idem Pompon.quæ repetuntur in d.l.item si precio,§.fin.ff.loca.*naturaliter licere contrahentibus in precio se circumuenire*,varie à DD.explicantur: Bal. & Alberi. ibi post antiquiores intelligunt verbum,*licere*,non quia id honestum & iustum sit,sed quia humano iure non punitur, magisq; eodem iure permittitur.Sic.enim Iureconsulti sępe tradunt, non omnia quę licent honesta esse:& ita glo.& Dec.in l.semper in contractibus 158.ff.de reg.iur.Ex quo scribunt ijdem Bal.& Alber.in d.§.cum theologis,diuersum esse in foro conscientiæ vt nunquam liceat in precio scienter circumuenire:& ita inter scrib.egregie explicat D. Nauarr. in cap.nouit.6.not.nume. 58.de iud. & in cap.qualitas,nume.vigesimo septimo de pœn. distin.quinta.Fortun.de ulti.fin. iur. nume.175. Couarru. lib. secundo.resol.cap.quarto.num.decimo primo.D. Soto,de iusti. & iur. lib.6. quęstio.secunda. arti. tertio & questio. tertia arti. primo. Omphal. de vsurpa. leg. lib.secundo .cap. 9. & plùres quos refert Tiraquel.de iure mari.l.9.ex nume.se. Quæ receptior & magis pia traditio satis comprobatur ex Iureconsulto in dicta l.iurè succursum 7.§.fina.ff.de iure dot.iuncta declaratione superius tradita:Vbi enim exactissime bona fides & æquitas requiritur,prout ibi in causa dotis, etiam minor læsio emendari iubetur quod magis viget in foro conscientiæ.Et ita cauendum est à Deci.& Croto.contradicentibus,vt refert Tiraquel.vbi supra,sed non tam contradicere,quam inuoluere videtur Deci.in cap.primo nume.18.de consti.& in l.penultima. nume.9.C.de pactis & Gome.in principio Insti.de action. nu. 55.quod melius aduertit idem Gome.(sequens Theologos & communem)in cap.secundo nume.32.de constit.& Molin.de commer.nume.171.ad fin.Mathe.Afflic.in capitu. primo, nume.94.de feud. da. in vim.l. commiss. Alijs modis limitantur verba dicti.§. circa læsionem in precio per Afflic. in dicto cap. ex.nume.89.per Anto.Burg.in dicto cap.cum dilecti & late Cremen.hic in repetitione.

36 Sed vltra scriben. omnes ad d.§. idem Pompo. aduerto eius verbis nihil obstare l.hanc, vt supra explicaui:nimis autem obstare d.§.fin.l.iure succursum , & sic idem Vlpian.secū pugnare videtur:quod enim naturaliter licere vno loco dixit, in alio æquitati & naturæ contrarium dixit.Vnde ad vitandum repugnantiam I.C.succurrendum est cum præceden. declaratione Theolog.& nostrorum,vt *licere*,accipiatur regulariter ad forū

exterius

exterius, præterquã vbi exactissima æquitas & bona fides abũdare debet, quod iuuabitur ex proximè dicendis nu. 39.

37 Prędicta ad uerbum, *licere*: nunc agendum restat de dictione, *naturaliter*, repetita etiam in d.§.fin.l.item si precio. Variè autem ea verba à DD. explicãtur: Hostien. quem sequitur Fortũ. de vlti.fin.iur.17.illat.nu. 277. interpretatur, vt licere dicatur contrahentibus se in precio circunuenire naturaliter, idest, bona fide, non dolose nec sciẽter, quam interpretationem, vt scrupulosam & extrariam bene reijcit D.Nauarr.in d.cap.qualitas nu.42.prorsusq; reijcienda est, quia repugnat litera & mens I.C. attento eo quod ibi tractat: in quo nulla differẽtia est inter modicam vel maiorem lęsionem, nec inter scientem vel ignorantem, vt supra exactè deduximus.

Aliam interpretationem ex auditoribus refert idẽ insignis D.Nauarr. vbi supra, nu. 44 dicentibus dictionem, *naturaliter* ibi accipi pro impulsu naturæ ex sensualitate: quasi ea homines inclinet ad decipiendos secum contrahentes. Sed eam interpretationem non obscurè confutat idem præceptor: quia consuetudo & sensualitas non iustificãt quod natura improbum est, quo nomine reiicienda videtur similis explicatio D.Soto, d.lib. 6.de iusti.q.2.arti.3. dum ea verba refert ad hominum affectũ communiter lucri auidum. licèt enim ita se res habeat, nõ ideo I.C. dixisset, id naturaliter licere.

38 Aliter ea verba explicat Molin.d.lib.de commerc.nu. 171.& 182, quẽ sequitur Couarru.d.lib.2.resol.cap.3.nu.2.vt dicatur naturaliter licere, quia homines in contractibus suis inuicem id sibi condonare solent, & mutuo eam læsionem remittere: quo sensu eadẽ verba accepit Balduin. in præfa. Institu. de rer. diuis. quę interpretatio corruere videtur ex argu. D.Nauarr. contra precedentem ab eo confutatam. Sed magis contra eam vrget quod re hac mature pensata nemo alteri vere condonat propriam lesionem, nec est verosimile aliquem carius scienter emere: vel uilius scienter vendere, iuxta vulgarem reg.l.cũ de indebito ff.de proba. ignorans autem non donat, nec consentit.

39 Ego aliter ea verba explicanda putabam: post rem vero satis consideratam, ita credo sensisse gl.in d.§.idem Pompo. ad quam nemo aduertit. Exponit enim glo. *naturaliter*, id est *iure gentium*, Intelligo autem vt secundum exactissimam illam priorem ęquitatem naturalem non dicatur licere contrahentibus inuicem se in pręcio nec in alia re circumuenire: nam secundum

PRIMA PARS L. SECVNDAE C.de rescind. uend.

CAPVT SECVNDVM.

SVMMARIVM.

1 *Traditur communis ampliatio ad hanc l. vt ita in emptore, sicut in venditore procedat, eademque æquiparatio declaratur, numero.2.*

3 *Agitur de intellectu l.veteres,ff.de act.emp. & sustinetur communis interpretatio contra Alcia.*

4 *Explicatur qualiter intelligi debeat in hac materia læsio vltra dimidiam:ex parte venditoris cum communi:ex parte emptoris longe aliter contra communem:in quo multa magni momẽti explicantur,vsque ad nu.9*

10 *Traditur receptissima opin.quæ habet,cessare remedium huius l.si probetur, quod venditor uel emptor sciebat uerum rei precium.*

11 *Impugnatur eadem communis opin.probaturque non obstãte sciẽtia læsi competere remedium huius l.laudaturque in id Ordin. Lusitaniæ.& respondetur ad argumenta communis opin. usque ad numer. 14.*

15 *Inferuntur plura utilia contra quam plures scriben. ex ueriori conclusione,quã probamus scientiam læsi non impedire remedium huius l.& ostenditur inique in hoc consuluisse Alexan. Soci.Dec.& alios,usque ad numer. 18.*

19 *Reprobatur aliquorum traditio,qui remedium huius l. homini sagaci negabant.*

20 *Agitur de q. quando in conuentione additur clausula, quando donatur quod pluris est in re, uel in precio, & numero 21.*

22 *Improbatur opin.quędam Bal. recepta, & explicantur aliqua pro Roma contra Aret.& Claud.*

23 *Improbatur alia opin.Bal.recepta, ex qua DD. inique hanc l. limitabant.*

24 *Tractatur an quantitas læsionis tacite vel expresse remissa censeatur iure donationis: & traduntur aliqua scitu digna, & numero.25.*
26 *Probatur utiliter contra Alberi. læsum ultra dimidiam iusti precii libere agere posse, nec teneri ad penam conuentam contra eum, qui aduersus contractum ueniret.*
27 *Agitur de intellectu l. si quis donationis, ff. de contrah. emp.*
28 *Agitur de intellectu tex. in l. imaginaria ff. de reg. iur. cōtra nō nullos ex recentioribus, & nu.29.*
30 *Vere contra DD. explicatur tex. in l. quisquis, in fi. eod. & obiter declaratur tex. in l leges sacritißimæ, C. de legi. & nu.31.*
32 *Resoluitur circa eam l. difficultas, qua glo. & DD. torquentur, & agitur contra Bar. & plures de intellectu §. in fraudem, Instit. quibus ex cau. manum. non li. & nu.33*

PRIMA PARS L. SECVNDAE.

C. de rescind. vend.

CAPVT SECVNDVM.



1 X proxime dictis liquet, non dari remedium huius l. ob minorem læsionem, sed tantum cum læsio est vltra dimidiam. Constat item literam de uenditore læso agere: glo. autem, Bar. nu.3. Bal. nu.20. Alberi. n.4 Salic. n.20. Paul. & omnes idem in emptore probant, ut ei læso non minus succurratur quàm venditori: nec in eo vllus ex scriben. discordat, licet in exemplo & explicatione uarient plures, ut statim deducam. Ea autem ęquiparatio emptoris & uenditoris, secundum Bal. Salic. & alios, comprobatur ex l.1. C. de cupres. iuuatur etiam ex ijs quæ de correlatiuis tradit Ias. in l. fin. C. de indic. uid. tol. & in proposito satis probatur ex l.7. §. fin. & l.13. §.1. ff. de iur. dot. ex l.6. C. solu. matr. loquentibus de æstimatione: facit l.5. cum Bar. ff. de rescin. uend. & l. emptorem. 12. §. fin. uers. *neque enim*, ff. de act. emp. cum ijs quę tradit Fabia. de emp. & uend. q.1. ad fin. Nec enim ferenda esset tanta inæqualitas, ut uni tātū nō alteri succurreretur, contra iuris regulas.

2 Ea tamen æquiparatio emptoris & uenditoris tutius procę dit quo ad ea quæ iure ipso statuta sunt, non ita in conuentionalibus: quod enim de uno speciatim conuentum fuerit, non facile ad alterum trahetur, ex reg. l. quicquid adstringēdæ, & l. si ita stipulatus, §. Grisogonus, ff. de verb. oblig. & l. interest, C. de solutio. Ideoque si alter ex ipsis tantum renunciet remedio huius l. non ideo alter excluditur, secundum Bal. & Afflic. nu. 19. in c. 1. qualit. dom. propri. priue. & Areti. in l. si quis cū aliter, nu. 8. ff. de uerb. oblig. Panthal. hic nu. 72. in 21. amplia.

3 Ex eadem æquiparatione apte infertur ad intellectum tex. in l. ueteres, 20. ff. de actio. emp. quę ita habet: ***ueteres emptionem uenditionum que appellationibus promiscue utebantur.*** Glo. & DD. ibi intelligere uidentur ea uerba significare, quod apud ueteres appellatione emptionis comprehendebatur uenditio, & ē contra: & ita Azo in summa, C. loca. nu. 1. in fi. Balduin. in rub. Instit. de em. & uend. Connan. lib. 7. cap. 11. post princ. Quæ communis interpretatio uera & tenenda est, reiecta alia quam tradebat Alcia. lib. 3. parerg. cap. 22. intelligens I. C. illis uerbis sensisse id ad quod sæpe citatur l. statu liberi, ff. de statu lib. de qua infr. cap. 3. huius part. antiquitus appellatione uenditionis omnes contractus significari. Quæ interpretatio teneri nequit, tum quia I. C. de nomine emptionis & uenditionis tantum agit: tū & fortius p l. ibi seque. quę habet. ***idē esse in locatione & cōductione.*** In locatione aūt non reperitur ut eius appellatione aliæ cōuentiones significarentur. Vult igitur I. C. apud veteres emptoris & venditoris nomina non tam distincta fuisse, facit l. 1. ff. de rer. permu. quod etiam reperitur apud Cicero. 3. officio. qui aperte *uendere* pro *emere*, dixit: & I. C. in leg. eleganter, & ibi in terminis not. gl. verbo, ex empto, ff. de dolo & ita idem Alcia. lib. 5. parerg. cap. 15. sensim recedens à priori sua interpretatione.

4 Sed quod principalius est in eadem æquiparatione discutiamus, qualiter exemplificetur læsio vltra dimidiā, tam in vēdito re quam in emptore. In venditore autem concordant omnes secundum Alberi. hic nu. 6. Couarru. d. lib. 2. resolu. cap. 3. exemplificantes vbicunq; constituto iusto precio, minus ac cipit venditor quàm dimidiam partem talis precii: prout si res valet decem, & precium conuentum minus est quàm quinq;, vel si res valet viginti, & precium conuentum non ascendit ad decem: & ita plene euincitur ex uerbis huius l. ibi, ***si nec dimidia pars ueri***

precii

ff. de seru.expor.ibi,*nobis aliquando placebat*,& ibi,*sed incontrarium*. Inter eos verò qui à gloss.& communi opinio. recesserunt, neruosius & plenius ibi egit Molin. cuius argumenta non dissoluit Couarru.dict.loco, magisque ea probare videtur. sed tandem communi adhæret, ratione seruandæ æqualitatis.

7 In hac DD.varietate vides opinionem contra glo. & magis communem, non paucos habere eam tuentes: fatetur autem Molinæ.nec ego negarim, communem opin. æquitate iuuari, contrariam autem veriorem videri: Scopus enim veræ computationis in emptore & venditore est,si quilibet eorum nõ accipit dimidium eius quod dedit, secundum quam computandi rationem si iustum precium rei sint centum,venditor qui eam tradit læsus dicetur vltra dimidiam,si accipit minus quinquaginta:emptor autem si dedit plusquàm ducenta: quia in venditore quinquaginta sunt dimidium rei, in emptore autem valor rei quam accipit, non æquat tunc dimidium precii quod dat, lex enim voluit vt venditor vel emptor recipiat saltim dimidium eius quod dat:Et ita maturè considerando non videtur referre an computatio incipiat à re an à precio, contra Molin. quem sequebatur Couarru. qui totam vim negotii in ea differentia ponebat.Solum ergo inspici debet,an quilibet eorum accipiat dimidium eius quod dat.in venditore fiet computatio ex valore seu iusto precio rei quam tradit, in emptore ex quantitate quam dat.

8 Secundum quam computationẽ non obstat hæc l.nec æquiparatio & æqualitas venditoris & emptoris:respondeo enim æqualitatem dari respectiue secundum læsionem quam quilibet eorum patitur: Sicut enim venditor læsus dicitur accipiendo rẽ minus valentẽ dimidio precij quod dat.Et ita si res quæ emptori traditur non valet minus dimidio precij quod dat, iá non põt dici læsus vltra dimidiam Et ex diuersis relationibus, in uenditore appellanda est hæc læsio ultra dimidiam iusti precij rei à se traditæ: in emptore dicetur læsio ultra dimidium precij à se dati, non autem semper in vtroque vltra dimidiam iusti valoris rei,vt gloss. & DD.confundunt: debuerunt enim aduertere aliud esse rem, aliud precium, alium emptorem, alium venditorem,l prima.ff.de rerum.permutatio. in quolibet autem eorum computatio separatim fieri debet prius ex eo quod dedit,deinde ex eo quòd accipit: vt sic in emptore nõ ap-

pelles

pelles læsionem vltra dimidium valoris rei quam accipit, sed ul tra dimidium precii quod dat. Et per hoc cessat fundamentum Azo. Alberi. & communis opinionis ab æqualitate seruanda inter emptorem & venditorem. seruatur enim verùs terminos ita aptando, & congruam relationem vtrinq; adhibendo.

9 Hæc autem opin. & computatio probari videtur eo. quod glo. & DD. non mutant terminos emptoris & venditoris, ad eos sem per vnicum exemplum retinendo: res valet centum, dimidium quinquaginta: venditor qui minus quinquaginta accipit, lēditur ultra dimidiam iusti. ualoris. emptor etiam dans ipsa centū, & simul plus quàm quinquaginta, læditur vltra dimidiā: in quo confundunt diuersas personas, nec àptè faciunt relationes in hac re necessarias, cum uera computatio fieri debeat, conside-rādo an quilibet accipiat solum dimidium eius quod dat: Quæ opinio & computatio vrgentissimè deducetur ex hac l. arguendo aliter & verius quam hucusque scriben. fecerint: Debet enim inter doctos agnosci, æquiparationem emptoris ita sumendā fore, ac si lex hęc de emptore loquens dixisset eum lesum, si nec dimidium accepit eius quod dedit: vt sic non tam arguatur à verbis prolatis in venditore relatis ad emptorem, sed quasi eadem verba separatim in emptore ipso prolata fuissent: q̄ si lex de emptore locuta fuisset, vt de venditore loqui contingit, agnoscerent omnes verissimam esse computationem quam hic tradimus. Non potuit fortasse magis perspicuè tractari q̄ in se obscurum est, & à DD. obscurissime traditur.

10 Aliud substantiale in hac materia est, non differendum, sed statim maturè examinandum: omnes enim resoluunt non esse locum remedio huius l. quando venditor vel emptor sciebat uerum rei valorem: Bar. hic nu. 14. & nu. 16. Bal. nu. 7. q. 4. Salic. nu. 11. q. 7. Paul. nu. 7. Fulgo. nu. 11. Paul. in l. maioribus C. cōmu. vtri. iudi. & ex multis vt indubitatum tradit Rom. in d. l. si quis cum aliter, nu. 15. & ibi Aret. col. penul. nu. 8. ad fin. Pātal. Cremen. hic, nu. 86. Cagnol. nu. 124. Azo. in summa huius titu. nu. 1. in fi. Panor. & Anto. Burgen. in d. cap. cum causa. Fabi. d. tract. de emp. q. 8. nu. 19. & 20. & receptissimum asserit Couarru. d. lib. 2. resolu. cap. 4. nu. 2. Mantua lib. 1. loco. cap. 6. Balduin. Instit. de emp. & vend. pag. 560. Affic. lib. 3. feud. fol. 42. col. 3. nu. 17. tit. si de feud. fuer. cōtro. inter domi. & agna. Boer. decis. 142. nu. 3. consuluit Rom. consil. 475. nu. 4. Alex. consil. 42. nu. 5. lib. 1. & cons. 127. lib. 2. Soci. cōs 48. nu. 4. lib. 4. Dec.

cons.

conſ.583.col.1.Soci.nep.conſ.73.in fin. lib.2. Cardin. Pari. conſ.128.nu.36.lib.1.Sigiſmun. Lofred.conſ.feud.23.Hiero. conſ.feud.127.col.penul.in princ.Barba.conſ 21.col.3.lib.4. Auguſti.Berous in c.cum dilecti,nu.23.de emp.& vend.& alij quos refert Tiraq.de retra.ligna.§.1.glo.18.nu.14.

11 Sed ea ſcribentium turba nos non deterruit quin contrariũ verius,& Chriſtianus hominibus decentius putemus:[a] in primis enim ea receptiſsima opin.difficultatem patitur ex eorundem authorum repugnantia:ipſi enim non ſibi cõſtant,vt colligitur ex Fabia.d.loco,nu.18.& ex alijs hic,arguẽtibus à præſumptione ſcientiæ in re propria, per l.quiſquis, infr. eod.cui nullatenus ſatisfaciunt:concedunt enim & agnoſcunt omnes quando læſio eſt citra dimidiam, præſumi quód læſus ſciebat valorem,& ideo ei non ſuccurri.tunc autem reſpondent, ſtãte læſione vltra dimidiam ceſſare eam præſumptionem,& potius errorem præſumi.Ego autem contra eos omnes aduerto præſumptionem ſcientiæ magis vigere quando læſio enormis eſt: facilius enim errabit quis in modico exceſſu, vt communi ſenſu & rerum experimento ſatis conſtat:facit l.fi. verſ.nec enim, C.arbi.tute.quod enim euidentius eſt & maius,non tam facile ignoratur,vt ex Bal.cõſulẽte tradit Ant.Capi.deciſ.69.nu.15.

12 Pro hac parte cõtra communem aliter induco d.l.quiſquis, ibi *ſcire debuerat*:iuxta reg.iuris,paria eſſe ſcire vel ſcire debere,l.quod te,ff.ſi cert.peta.Vnde ſi per eam l.principaliter excluderetur venditor læſus eo quod verũ precium ſcire debuit, ſemper vtique excludendus eſſet etiam læſus vltra dimidiam: quia & in hoc viget eadem ratio vel culpa quod ſcire debuerit.Sed l.hæc,eo non obſtante ſuccurrit læſo vltra dimidiam, ergo ſcientia læſionis non tollit remedium huius l. Quod etiã ſuadetur ex generalitate huius l.& l.ſi voluntate,infr. eod.quæ non diſtinguunt an læſus ſciat vel ignoret læſionem.Suadetur etiam ex æquitate,qua lex hæc principaliter nititur:quæ militat etiam in eo qui ſciebat verum precium,potuitque ex neceſſitate vel alia cauſa moueri.Iuuatur etiam quia iura ſæpe ſuccurrũt hominibus diſsipantibus bona ſua. Facit etiã argumẽtum à vitando abſurdo, nam ex communi opinione facillimè tolleretur remedium huius l.probando coniecturas vrgentes quæ ſæpius probari poſſunt,ad colligendam ſcientiam valoris in emptore & venditore: vt fatetur Bal.hic nu.9.q.6. Cagnol. nu.125.Soci.conſ.48.lib.4.Dec.conſ.583.nu.4. qui non aduertunt

[a] Hæc noua Pineli ſnĩa mirũ in modum placet, & ſi illius fundamẽta facile dilui ac refelli poſſint.nã qđ ad religionẽ attinet eadem religio,quæ tibi res tuas dona tione in aliũ transferre nõ interdicit, & minoris conſulto eidẽ illas addicere haud uetabit. fluctuatio ac uarietas doctorums nec tanta eſt, ut ſibi ipſi conſtare non uideantur, nec ſi tanta eſſet, rerum ueritas idcirco nutatura foret.ſiquidem. l.quiſquis uere ac germane intellecta neutram opinionẽ promouet, præſumptio . n. qua quis rerũ ſua iũ ualorẽ noſſe intelligitur tanti eſt, ut ignorãtiæ nomine qđ ſemel egit, re-

uertunt secundum id fere nũquam locum manere remedio huius l. vt videtur aduertisse Alberi. hic nu. 12. faciunt plura, quæ ad probandum scientiam tradit Bar. in l. is potest, numero. 18. ff. de acquir. hæred.

13 Hęc opin. contra communem placuisse videtur Alberi. hic, nu. 12. nec prorsus reijcitur à Specul. de rescin. vendi. num. 11. Apud Lusitanos autem non tantum obseruabitur, sed indubitabilis erit, ex saluberrima prudentissimaque Ordinatione li. 4. tit. 30. §. 7. quæ aperte decidit, remedium hoc non negari læsis vltra dimidiam etiam si probetur eos compertum habuisse, verum rei precium, licet etiam speciatim huic remedio renuncient: in quo ea Ordinatio probat quod iudicio meo de iure verius videtur, sed aperte corrigit quod apud scribe. receptius est: omnes enim hic, & in d. l. si quis cum aliter, & alibi sæpe resoluunt ex speciali renũciatione huius remedij, illud oĩno cessare: vt tradit Caro. Rui. cõs. 16. li. 4. latius cou. d. c. 4. li. 2. reso.

14 Retenta hac opin. non obstant quæ ꝓ cõmuni adducuntur: & primo illud vulgare quòd scienti nõ fit iniuria: respondetur enim quod lex ex ęquitate tam grauiter læsis succurrere voluit: eo quòd iniquitas lædentis præpõderat culpæ lęsi, vt ait glo. in d. l. quisquis, infr. eod. Alberi. hic, Panor. in d. c. cum causa, nu. 4. Ideoque scientia læsi tollere non debet hoc remediũ: quod probat glo. (ad quam non solet aduerti) dum limitat tex. ibi. in l. venditor, infr. eod. Nec obstat tex. in l. domum, versi. simili quoque modo, ff de contrah. emp. quem ad communem conclusionem extollit Roma. in d. l. si quis cum aliter, nu. 15. & cons. 475. Pãthal. hic, nu. 88. omissis enim alijs quæ dici possent, repondeo ex deductis in præceden. capitulo quòd hæc lex nouum remedium induxerit, Iureconsultis incognitum: atque ideo ea l. non potest adduci ad limitandam hanc.

15 Ex hac sententia plura vtilia deduci possunt: & in primis cessat varietas DD. quorum traditionibus & cõiecturis probãdæ scientiæ læsi, fere inanis reddebatur decisio huius l. Cessant etiam fraudes & cauillationes, quæ facile incurrerent. Inde patet contra fere omnes hic: contra Panor. & Burgen. in d. ca. cum causa, læsis citra dimidiam non ideo hoc remedium negari, quia præsumãtur nouisse verum rei preciũ, & donare voluisse quod excedit: non enim id probat l. quisquis, infr. eod. ab omnibus male citari solita: nec vero simile id est, ex reg. l. cum de indebito, ff. de proba. sed ita iuris conditoribus visum fuit ex rationibu

scindere ac retractare nequeat, non uero ut ēt remedia humaniter īdulta omnino interdudantur, at expressa sciētia iustis probationibus commonstrata & donatiōis speciē hēc, & cã humanitatē, qua tuæ alioquin fragilitati succurrebatur, in contrarium uertit, ne asturæ ac uafræ inconstantię auxilium suppeditetur. deniq; nec legum generalitas particulari spēi particulari rõne innitēti solet officere, nec par est ęquitas ut decepto re uera rei ipsius precium callenti opitulemur atque ignorãti, licet iustã ignorãtię causam non habeat, opē ferimus. nec rursus probabile cui piã argumentũ erit idcirco cordatis hoibus perfecte quid agãt intelligētib⁹ manũ esse dãdã, quia insa-

rationibus adductis cap.praeced.circa §.idem Pomponius, l. in causę,ff.de minor.cum aliis iuribus quae etiam in lęso ignoranter loquuntur:vt sic in dubio de animo donandi in hac re prorsus silendum sit.

16 Infertur similiter necessario ad praxim & libellum in materia huius l.non esse necessarium articulos vel positiones formare,quod laesio per ignorantiam contigerit:cōtra Bar.& omnes hic,Panthal.nu.204.Panor.& latius Burgen.in d.c.cum causa contra practi.Pap.in forma libelli huius l.& ita sepissime in praxi obseruatum vidimus.Ex quo etiā resultat non solum in processu non oportere probare ignorantiam,vt colligitur ex Bar. & alijs:sed nec eam allegare,contra eosdem, maxime Burgen. d.c.nu.20.quos non percepit Forcat.d.dialo.100.putans DD. exigere probationem ignorantiae, cum illi solam allegationem requirant.

17 Ex eisdem infertur,iam sustineri non posse quod dicebat Bal.hic nu.9.q.6.negans remedium huius l.laeso qui circa rem versabatur,eiusq; noticiam habebat:quod tanquam receptum inique respondebant ex facto consulti ,Soci.consi.48. lib.4. & Dec.consi.583.& ibi Molin.alios citans& Cagnol.hic nu.145 quorum traditione nunquam locus daretur remedio huius l. Quis enim secundum communiter contingentia circa res suas non versatur?Sic etiam reijciēdum est quod inique consulebat Alex.consi.127.lib.2.excludens uenditorem laesum vltra dimidiam,eo quod paucis ante diebus eandem remearius emerat: inde colligens probationem scientię,ad lęsum excludendum: quod etiam stante communi opinione tenendum non erat:DD. enim communiter contra sentiunt concurrente hac grandi laesione,vt colligitur ex Paul.hic nu.7.Panor.in d.c.cum causa,n. 4.& contra Bal.tradit speciatim Areti.in d.l.si quis cum aliter nu.9.& Panthal.hic nu.89.& iuxta hanc veriorem sententiam tutius consulere potuisset Hieron.Grat.qui dubitauit consi.61. nu.1.& 23.lib.1.

18 Consequitur etiam non esse speciale in rustico vel foemina, vel alia simplici persona vt ex scientia valoris rei nō excludatur à remedio huius l.vt non bene putabat Bal.hic.nu.7.cum idem sit in omnibus.Ex quo magis damnandum est quod iniquius tradebat Salic.hic nu.12.qui etiam rusticis & mulieribus remedium huius l.negabat,si probaretur eos nouisse verum precium Sed Bal.traditio receptior erat secundum tradita à.Cagno.hic, nu.

nis,uel luxuriosis sua bona prodigentibus auxiliū iustissime feratur,nec demū ulla uersabitur absurditas si legitima probonū rō ineatur,& uanae atque incertae cōiecturae conticescant. Sed tamen, ut dixi quamuis Pineli argumenta faciliter eleuentur, eius opinio ob utilitatem publicā recipienda humaniter uideretur,ac mihi imprimis placet.

nu.125.Bero.in c.cum dilecti,nu.25.de emp.& vendit.Boer. decis.142.nu.4.Vnde etiam comperies, cum Salic. perperam consuluisse Alex.cons.127.nu.1.in fin.lib.2.

19 Inde etiam deducitur,cauendum esse ab alijs qui male respõdebant,remedium huius l.non dari læso sagaci & experto, ob præsumptionem scientię:in quo errore est Panthal.hic nu.124 alios referens:M.Mantua.d.lib.1.locor.cap.6.Quod falsum esse,omissis alijs argumentis(satis conuincitur ex generalitate huius l.quæ non tantum violenter sed inepte & inuerecunde ad solos ignaros & simplices restringeretur. Inde etiam superflua redduntur multa quæ scriben. inculcant de probãda ignorãtia lęsi: per Panthal.hic,ex nu.206.

20 Ex eisdem infertur ad q.Bar.hic & in d.l si quis cum aliter, quando in conuentione additur clausula qua inuicem sibi donant uel remittunt quod pluris res ualet uel quod plus pro ea datur: resoluit enim Bart. non ideo cessare remedium huius l. nisi lęsus tunc sciret uerum precium. & ita communiter DD. hic & ibi, secundum Alexand.Iaso.Claud.ibi Panthal hic nume.57.Cagnol.nume.124. Boer.decis. 142. quorum pręcipuum fundamentum est ex doctrina I.C.in l.hæc adiecto,192. ff.de uerb.sign.quod ea uerba modicum referri debeant:& ita Curtius Brugen.lib.3.coniectur.ad fratr.cap.2.& lib.1, ad ui u:d.colleg.cap.7.quicquid controuertant Imol.Roma. Ferret. in d.l.si quis cum aliter.Qua in re ex cõiecturis uel præsumptionibus scientię, etiam adiecta ea clausula, non est negandum remedium huius l.iuxta sup.tradita, maxime apud Lusitanos ex d.Ordinatione.

21 In eadem q.Bar.aduerto quod Salic.hic nu.13.Panthal. nu. 58.Cagn.nu.129.Alex.in d.l.si quis cum aliter, nu.3.in fi.Ias. ibi,nu.17.in fi.aperte intelligunt ex prædicta clausula aliquid donatum censeri,quod ex quantitate lęsionis deduci debeat, eoq; sublato fieri debere computationem:& sic secundum eos non dicetur læsio ultra dimidiam,nisi prius deducatur illud modicum quod donatum censetur.Quod dixisse uidentur ad uitandam argumentationem ne uerba illa maneant sine effectu.

Ego uero contra eos æquius & tutius puto,Bar.sentire, nõ esse id modicum deducendum:imo quod si lęsio excedat dimidiam,nulla ratio eorum uerborum habeatur, quasi conditionaliter prolata fuerint,nisi tanta lęsio resultet. Quod uidetur sentire Alcia.in d.l.hęc adiectio:nec obstat argu. ne uerba super-

flua

flua maneant, facilis enim responsio est, cum l. ita restringat, sicut in multis facere solet, l. si conuenerit, ff. pro soc. l. quęro, §. inter locatorem ff. loca. cum ijs quæ in simili utiliter tradit Dec. consili. 600.

22 Nec omittendum fuit quod in eadem q. addit Bal. hic nu. 10 q. 7. nisi in q. Bar. ultra prędictam clausulam, de qua in d. q. adijcerentur uerba geminata quod alter alteri donat totum, & plus quod est in re uel in precio: & ita Salic. nu. 13. Paul. nu. 10. Panthal. nu. 58. Cagnol. nu. 130. & alii relati à Boer. d. decis. 142. nu. 10. Alex. cons. 42. nu. 7. lib. 1. Felin. in cap. si cautio, nu. 39. uers. & hinc, de fid. instru. Hippo. in l. 1. §. quæstioni, nu. septi. ff. de quæstio.

Mihi vero futilis, & reiicienda videtur hæc traditio Bal. & aliorũ, quæ in praxi corã doctis nõ seruabit: Aduersat. n. reg. l. 1 C. cõ. de leg. Fortissime aũt contra stat sententia Bar. recepta, ne ex verbis generalibus tollatur benignum remedium huius l. vt etiam in renunciatione generali copiose refert Tiraq. in l. si vnquam, in prin. nu. 123. Suadetur etiam hæc pars ex tex. & ibi nota. in l. fi. §. item quæsitum, ff. de cõdic. indeb. quod apud Lusitanos indubitabile erit ex d. Ordina. & ita in senatu Paris. iudicari tradit Rebuff. in 2. tom. ad ll. Gall. titu. de resci. cont. gl. 15. nu. 20. Hoc etiam benè sensit Rom. in d. l. si quis cum aliter n. 35. in fin. dicens in his terminis non dari geminationẽ quæ talem effectum inducat, argu. tex. in l. pediculis. §. labeo, ff. de aur. & arg. leg. quod non satis aduertit Areti. ibi. non enim indistincte negabat Roma. effectus geminationis, quos ipse plene adduxerat, in l. si vero, §. de viro, ff. solu. matri. Sed in casu Bal. aduertebat non concurrere terminos efficacis geminationis. Facit gl. celebris in l. 4. ff. de pigno. acti. & opin. Roma. diuersa ratione magis sequuntur Aret. & Claud. in d. l. si quis cũ aliter.

23 Consecutiue etiam damnanda videtur alia traditio Bal. hic. q. 7. nu. 10. ad fin. quem sequuntur. Salic. Paul. Panthal. nu. proxime citatis, dum excludunt contrahentem lęsum vltra dimidiam si addat se dare vel fecere ex certa scientia, non per errorem. sequuntur plures in d. l. si quis cum aliter. Alex. cons. 42. nu. 7. lib. 1. Curti. seni. cons. 49. nu. 75. Boer. decis. 142. nu. 10. Sed melius contradicit cagnol. hic, nu. 126. quem vide: & ita suadetur ex I.C. in §. Labeo, & d. §. item quæsitum, de quibus nu. pręced. maximè si attendas etiam hæc verba generalia esse, & frequentiùs adiici, vel ex stylo tabellionum, vel ex calliditate sagacium

magis quam ex certa & sincera contrahentium volūtate, quod alibi plene & vtiliter probo, ad intellectum l.fi. C.de fideiusso. & ita sæpe iudicatum vidisse tradit Rebuf. vbi sup. Procederet autem Bal. opinio, quando apertissime constaret alterum ex contrahentibus aliquid donare uoluisse, ut infra proxime numero.25.

24 Ex prædictis infertur ad.q. an necessaria sit insinuatio in eo ꝙ emptor.vel venditor sibi remittunt in læsione vltra dimidiam, de quo plura refert Tiraq.de retract.ligna.§.1. glo.18.nu.15. pleniùs idem Tiraq.in l.si vnquam, verb. donatione, ex nu.2 vsque ad.10.Couarru.d.li.2.cap.4. Boer.deci.143 post Roma. & Alcia.in l.2.ff.de verb.obli.quorū relatione receptior opin. videtur, necessariam esse insinuationem quando constat certū aliquid deliberato donandi animo remitti, quod contineat quātitatem in qua de iure requiratur insinuatio. In quibus terminis non obstant argumenta quæ D. Couarru.pro calderino adduxit. Si autem non constet certa & deliberata intentio donandi, ex iis uerbis adiectis in contractu oneroso, non erit necessaria insinuatio, cum de ea nihil.agatur, iuxta regu.l.si quis nec causam, ff.si cert.pet.& ita sentit Alberi.in l.donari, ff. de donatio. resoluit docte Molin. in consuetu. Paris.§. 13. glos. 5. numero.53.

25 Vbi autem vere constaret certa mens donandi, & aliquid remitteretur de vero ꝑcio, vt alteri ex cōtrahentibus gratia fiat, verius putarem necessariam fore insinuationem in quantitate b quæ de iure insinuari debeat, etiam si non excedat dimidiam iusti precii.& etiam si non plus sit in donatione quam in uenditione uel alio contractu qui geritur. Viget enim iuris reg.insinuationem requirens eaque solemnitas de iure omnino adhiberi iubetur ad vitandas fraudes l.data, C.de donat.ideoque renunciatio eius solemnitatis non valet, ut not.Bar.in l. Modestinus, nu.9.ff.de donat. Sic enim in proposito iure cauetur, irritam esse donationem quæ in fraudem iuris donare prohibētis sub specie contractus onerosi fieret, ut probat tex.in l.5.§.circa, ff.de dona.int.uir.& vxo.quem tex.bene induxit Curti. in l. 2.§.1.nu.22.ff.si cer.petat. Facit doctrina Bar. in l.2. ff. si quis à par.fuer.manu. Quod noue aduerto contra Tiraq.in d.l.si vnquam, nu.9.contra Boer.d.decis.143. Si uero contrahentes nō intendant deliberate donare, quàmuis alter ex læsione alterius multum lucretur, non erit necessaria insinuatio: nec susceptis

b Procederet ēt hac eadē in specie l. si vnquam. C.de reuoc.donat. queādmodū & in priori specie processura est, cum uenditor rei suæ uerū precium sciens etiā non remissione uel donatione eius, qđ pluris res ualebat facta, minoris eam uēdiderit secundum Rip. notabiliter in d.l. si unquā quæst.9.& Molin. de donat. fact. uel confirm. in contractu minoris pag. 48. num.52. cum seq.

postca

poſtea liberis reuocabitur quantitas in qua læſio fuit: vt docte tradit Couarru.d.cap.4.nu.12.quicquid plures inuoluant, & cum iis Tiraq.in d.l.ſi unquam,verb.donatione, nu.5.& 6.facit reſolutio Molin. proxime adducta, nu.24. & quæ diximus ſup.in 2.cap.2.par.Rub.poſt princ.

26 Ex prædictis etiam egregie, infertur ad quæſtionem, quando in contractu apponitur pęna ſi alter ex contrahentibus contraueniat, an ea pęna teneatur is qui ex læſione vltra dimidiam,contra conuenta agit ex remedio huius l.Albe. enim hic nu.10.referens Rofred.ſcribit læſum à tali pœna conuentionali non excuſari. Ego autem contrarium verius puto, & læſum libere tunc audiendum:non obſtante pœna ,quæ ceſſare debet,cum lege permittente aduerſus contractum agatur : ex mēte Rebuff.in d.loco,nu.19.Cum enim principalis conuētio non liget,regulariter nec pœna promiſſa ſeu adiecta iuxta gl. celebrem in l.3.verb.Fabiana ff.ſi quid in fraud.patro. cum tra

c ditis a Iaſ.in l.1.§.ſi vir vxori,n.18.ff.de acquir. poſſ. Felin. in c.ſignificantibus,ad fin.de offic. deleg. Hippol. de fideiuſſo. nu.350.Quod iuuatur ne per obliquum facile tollatur,eluſoriū q̄ue maneat remedium huius l. contra doctrinam l.ſi quando C.de inoffi.teſtamen.& l.Seius & Augerius,& ibi Barto.ff.ad leg.falcid.

c Pro qua facit tex.in l.ſi. §.item queſitum.C.de cō dict.indeb.& in c.cum inter oēs uer. quamuis iuncta glo. uerb. donatiōis extra de ſnia & re iud.

27 Infertur ex ſupra dictis ad intellectum tex.in l.ſi quis donationis,38.ff.de contrah.emp.vbi l. C. venditionem appellat ēt quę vilior precio fit donandi cauſa : quæ l.a multis ſup. citatis non bene adducitur:non enim negat in eo quod donari intēdatur,ſeruandas eſſe iuris regulas de donatione agentes : & conſequenter non obſtabit ea l.liberis poſtea ſuſceptis, ſi aliud eos non impediat. Nec ex eadem l. negabitur ſolemnitas inſinuationis, ſi ea concurrant quę inſinuationem neceſſariam faciunt:licet fortaſſe contrarium ſenſerit Bal.ſępe commendatus in Rub.C.de contrah.emp.q.12.

28 Infertur etiam ad intellectum textus. in l. imaginaria, 16.ff de reg.iur.quę habet,non dici imaginariam venditionem vbi precium accedit:glo.enim &DD.communiter intelligunt imaginarium ibi pro ſimulato accipi : & ita Bal.in l. cum precibus, C.de probat. gloſſ.in lege nuda, ff.de contrahen. emp.gl. in l.4.§.ſi ab ignoto, ff.de manumiſ. Sed contradicit Alcia.lib.3.parerg.cap.11.eo tantum argumento,quòd etiam interueniente precio aliud agi, aliudque ſimulari poteſt. Ego

vero à communi interpretatione non recedo, quia euidenter probatur ex Modestino in l.contractus, 53.ff. de actio. & obligatio. & non relato Alcia. ita tradit Loriot. in tracta. de reg. iur. axiom. 120. vbi axiom. sequenti intelligere videtur, d. l. imaginaria, vt ibidem exponit Ioan. Ferra. ne qui precium accipit, contractum simulatum arguere possit: quod nec congruit verbis illius l. nec tutum est, ex l. 1. cum sequen. C. plus vale. quod agitur. Et apud Lusitanos id deciditur, Ordin. lib. 4. tit. 15.

29 Potest fortasse melius intelligi. d. l. imaginaria, ut significet posse tunc simulationem & fraudem quo ad alia incidere: sed ipsam venditionem quę precium habet, imaginariam vel simulatam non dici, cum ex suis partibus constet: iuxta l. nec emptio, & l. pacta, ff. de contrah. emp. & d. l. si quis donationis, ff. eod. Quod apte & vtiliter probatur ex ijs quę scribo in l. 1. 3. par. fo. 138. C. de bon. mat. ad Bar. in l. 2 ff. si quis à parē. fu. manu. & ita vitatur argumentatio Alcia. Cui nemo ex scribentib. negat quod ipse tradit, precium quod I.C. ait. facere, ne venditio simulata dicatur, non intelligi de precio unius nūmi, quia id precium non censetur, iuxta l. si quis ante, cum ibi not. ff. de acqui. poss.

30 Tandem magis ad tractatum proprium huius l. infertur ad verum intellectum l. quisquis, infr. eod. quam omnes male adducunt hac materia, dum ex ea falso colligunt, lęsum citra dimidiam pręsumi quod scierit verum precium & donare voluerit: probaui enim supra nume. decimoquinto, talem scientiā non præsumi: minusque talem dōnandi animum, sed longe diuersa ratione, lęsis tunc non succurri. Inde necessario corruit aliud ad quod ea l. citatur ab omnibus, secundum Paul. ibi & DD. hic, & in d. c. cum causa & Fabian. de tract. q. 8. num. 18 Colligunt enim ex ea l. quem libet pręsumi scire valorem suarum, rerum, & vires patrimonij: quę collectio fecit gloss. Barto. & alios in maximas difficultates incidere, vt statim explicabo.

31 Interim uero aduerto l. illam non probare communem collectionem, non enim ex pręsumpta scientia arguit, sed ignorātiam damnat, nec contrahentem ob eam excusat: vt euidenter ex verbis d. l. cōperies. Inter ea autem longa differentia est: sic enim scrib. sępissime traderent solent erroneæ, quemlibet pręsumi scire iura, per legem sacratissimę, C. de legib. quod cōmu

ni

ni sensui repugnat, cum etiam qui docti habentur, & longo tempore iuri operam dederunt, vix ea quæ iuris sunt assequi possint. Ea autẽ l. tantum probat, nõ excusari errantes ex ignorantia iuris, vt bene aduertit Alex. in l. 1. §. si quis ita, nu. 9. ff. de verb. obl. Felin. in c. de quarta, nu. 28. de pręscrip. Corras. lib. 4. miscel. cap. 17. Alcia. regu. 3. præsump. 10. nu. 10. uers. non obstat, quod alibi latius orno.

32 Ex qua veriori declaratione d. l. quisquis, cessat difficultas qua torquentur gl. & DD. de tex. in. §. in fraudem, Institu. quibus ex caus. manumi. non lic. de quo vtrobiq; opponit glo. nec soluit: Albe. in d. l. post antiquos mirè fluctuat: Bar. in Authen. sed cum testator, nu. 5. C. ad l. Falci. confugit ad distinctionem inter actus viuentis & actus morientis: seu inter conuentiones & vltimas voluntates resoluens vt scientia valoris rerum & patrimonii præsumatur in contrahente, & ita procedat d. l. quisquis. In testatore autem non ita præsumatur. & ita intelligatur d. §. in fraudem. Et resolutionem Bar. sequuntur plures, vt per Paul. & Corne. ibi: Ange. Are. in d. §. Gome. in §. item si quis in fraudem, nu. 21. Instit. de actio. In quas difficultates inciderũt DD. putantes d. l. quisquis, probare reg. affirmatiuam, quemlibet præsumi scire valorem rerum & patrimonii. Cui pręsumptioni aduersatur tex. in d. §. cũ inquit, *Sæpe de facultatibus suis amplius quàm in eis est, sperant homines.*

33 Facillimè autem vitarent glo. & DD. eas angustias, si aduertissent in d. l. quisquis, talem præsumptionem non constitui: & ita cessare oppositionem & difficultatem ex d. §. quem perperam intelligebat Bar. & plures eum sequentes: tex. enim non tãtum loquitur de libertate data in testamento, sed etiam inter viuos, iuxta principium tituli, vt melius aduertit Ias. in d. §. item si quis in fraudem, nu. 48. & Aret. cons. 47. & ita eum §. intellexit glo. in l. 1 C. qui manu. non poss. Quod etiam ratione conuincitur, cum sæpissime homines maiori deliberatione testentur quàm contrahant: Vnde regulariter non erat cur magis pręsumeretur obliuio in testante quàm in contrahente. Nec cur magis errarent testantes circa patrimonium, quàm alia negocia gerentes. Et ita veriùs intelligentur eadem verba apud I.C. in l. in fraudem, ff. qui & à quib.

29 *Exactißime tractatur articulus de casu insolito, an comprahendatur in renunciatione casuum fortuitorum: agiturque notabiliter de intellectu tex. in l. fistulas, §. frumenta, ff. de contrah. emp. vsque ad nu. 31.*
32 *Tractat aliqualiter, quomodo dicat casus insolitus in ea materia.*
33 *Agitur de quæsti. renunciationis casuum non cogitatorum, & improbatur opin. aliquorum.*
34 *Agitur vtiliter de q. glo. in l. si merces, §. vis maior, ff. loca. an pensio augeatur fructibus nimis crescentibus.*
35 *Agitur in eo proposito de intellectu l. 2. C. de alluuio.*
36 *Traditur vtilis limitatio in locatione, vt aliquando in ea non procedat remedium huius l.*
37 *Agitur de læsione in emphiteusi. & an in ea sit locus remedio huius legis:*

PRIMA PARS L. SECVNDAE.

C. de rescind. vend.

CAPVT TERTIVM.

1 HAEC l. de venditore loquens, recte a gloss. & DD. intelligitur etiam in emptore ita grauiter læso, vt deductum fuit in præce. c. Addit etiam gl. quam omnes sequuntur, remedium huius l. competere in omnibus contractibus bonæ fidei, pro quo Bar. hic col. 2. nu. 8. adducit tex. in l. in contractibus, supr. ex quib. cauf. maior. vbi gl. & DD. id variando colligunt: & eandem l. vt expressam notauit Oldra. vt per Alber. hic col. 2. nu. 7. & scrib. in l. si quis cum aliter, vbi Roma. nu. 21. & Antoni. Gome. lib. de contract. cap. 2. nu. 23 in fi. qui etiam citant tex. in l. maioribus, supr. communia vtriusque iudic. Argumentantur etiam à paritate rationis, vt per Alber. d. nu. 7. Bal. d. nu. 5. Paul. nu. 14. qui ad hoc commendat textum in l. 1. §. si quis in fraudem, ff. si quid in fraud. patr.
2 Ego in hac receptißima conclusione aduerto eam non probari in d. l. in contractibus, nec in d. l. maioribus: quia neutra earum proponit idem factum, nec continet idem ius: vt constat ex litera vtriusque, quam vis ijdem Cæsares huius l. & illarum

authores fuerint Aduerto etiam hanc communem ampl.ad omnes contractus bonæ fidei, non leuem difficultatem inducere ad id quod etiam magis cõmuniter resoluunt scriben.dum in effectu ampliant remedium huius l.ad contractus stricti iuris, vt inferius. Nec ad hanc ampliationem astringit argumentum Pauli ex d.§.si quis in fraudem:cum ibi magis de rigore tractetur hic vero de æquitate. Nec in materia illius tex.congruit vlla consideratio contractus bonæ fidei vel stricti iuris sed tantum an in patronum libertus fraudem committat:nec etiam concluderet argumentum à paritate rationis. Ea enim etiam in contractibus stricti iuris viget.ex l.bonam fidem,supr.de actio.& oblig.l.nam hoc natura,ff.de condict.indeb. Item cum ante hanc l.læsis in precio remedium non daretur,vt plene probaui sup. in 1.cap.parum valeret argumentum ab ęquitate,contra apertã & generalem reg.l.in causę §.idem Pomponius.ff.de minor.l: item si precio,§.fin.ff.locati.

3 Ex quibus hęc amp.receptissima non videretur difficultate carere,replicariq; posset ex iuribus quę indistincte lęsis in precio tantum recursum negabant:vnde paulatim reduceretur posse hanc l. correctoriã censeri vt secundum receptas traditiones non traheretur extra casum suum. Posset item replicari ex doctrina.I.C.in l.prospexit,ff.qui & à quib.cum notatis in l.1.C. de legibus.

Sed his non obstantibus recedendum non est à cõi sentẽtia ampliante remedium huius l.ad alios contractus concurrente pari ratione,quę in iure totum semper facit:quod mihi suadetur ex eo quod antiqua reg. d.§.idem Pomponius,cum simil.nõ magis in venditione,quam in alijs contractibus locum habebat. Vnde sicut hæc l.venditori læso noue succurrit satis videtur regulam illam abrogare, vbi tanta lęsio contigerit.argu.tex. notab.in l.his solis, C.de reuoc.dona.ad fin.ibi, *satis tacite cautum putamus*.

4 In eadem vero recepta sententia cum iuditio aduertit Molin. lib.de commer.num. 182.cõem.ampliationem ad alios contractus tam ample stare nõ posse:necessarioq; restringi debere ad conuentiones commutatiuas,in quibus ex vtraq; parte datur vel promittitur vnum pro alio.& ita Bar. consi.90.nu.2. Vnde agnoscunt scrib.non procedere hanc l.in actu, quo liberalitas exercetur,licet alijs ex causis rescindi possit, ut tradit Lauren. Siluan.consi.13.n.4.& Fabian.de emp.q.8.n.10.Sic etiã recte

sensit

sensit Rebuf.in 2.thom.ad cōstit.Gallic.in tract.de rescisione contractuum,artic.vnico glo.15.nu.6.vt hęc cōmunis opin.necessario restringatur ad contractus in quibus congruere possit consideratio lęsionis quę nō applicatur ad depositū,nec ad mutuū:nec ad cōmodatū in qbus reuocatio facile dabitur,sed citra remediū huius l.eiusq; requisita,qa in his cessat cōmutatio reciproca vnius rei pro alia,quod nō percepit Cremen.hic in sua repet.nu.26.Ex quo etiam cauebis ab alijs hic,& in d.l.si quis cum aliter,& in c.cum dilecti:dum indistincte incaute tradunt remedium huius l.competere in omnibus contractibus enumeratis in §. actionum Insti de action.

5 Antequam descendamus ad particularia contractuum nomina,oportet generice tractare,quid in contractibus stricti iuris quales communiter censentur omnes,qui non enumerantur in d.§.actionum .An & in ijs locus sit remedio huius l.Gl.autem hic vaccillat,DD.antiqui & nouiores variant nec vllus rem satis explicat.Ias.in d.l.si quis cum aliter nu.18.& in l.de quibus,nu.29.ff.de legi.asserit receptum esse, non competere remedium huius l.in contractibus stricti iuris.quod confirmari posset ex plurimis scrib.supra citatis,dum ampliant hanc l.ad contractus bonæ fidei,quasi non obscure significent,diuersum esse in contractibus stricti iuris:quod uidetur decepisse Iason.vbi supra.

Aduerto igitur quod.Bar.& alij hic,& in d.l.si quis cum aliter:æquiparant omnes contractus bonæ fidei & stricti iuris quo ad excipiendum.quādiu scilicet res non traditur vel preciū non soluitur,resoluentes communiter,conuentum posse semper excipere ex causa tantę lęsionis, vt etiam tradit Alex.cons.89.nu.11.lib.2.Controuersia autem est quo ad agendum post rem traditam vel precium solutum.

6 In quo comperies Bar.& reliquos in contractibus stricti iuris etiam post.rem tradita vel preciū solutum, non negare ius agendi cuicunq; lęso vltra dimidiam,sed variant in cognoscendo remedio,quo agendum sit,vt constat ex Bar.Bal.Paul. hic, ex Alex.& Aret.in d.l.si quis cum aliter.& late Crem.hic 3. Ampl.nu.28.Cagnol.nu.65.Ex.quibus colligitur, receptam esse sententiam,vt etiam in contractibus stricti iuris lęso ultra dimidiam succurratur,sed non action e eiusdem contractus,ut etiam resoluit Fulgo.hic nu.4. Alex.in d.l. si quis cum aliter col.2.nu. 6.infin.& ibi Claudius.col.1.uers.ex prædictis.Anto. Burgen.in d.cap. cum causam,nu.15.Afflic.in cap.1.nu.89.de

feud.

DD.quæ habet, in contractibus bonæ fidei actionem ex contractu dari in terminis huius.l. Non enim est vrgens ratio differentiæ,licet aliqui obiicere possint, in contractu bonæ fidei actionem dari extra ea quæ conuenta sunt,magis quàm in contractu stricti iuris:quod nihil obstat, cum in effectu secundum receptas sententias l. hęc ad contractus stricti iuris amplietur, nec tunc prorsus extra conuenta actio datur, quum ex hac l.actum censeatur inter contrahentes, ut alter saltim non minus accipiat,quàm dimidium eius,quod, dat.iuxta deducta in pręced. cap.facit tex.in l.si is qui,13.§.fin.vers.plerumque,ff.commod. Illud fortasse verius erit contra glo.& dd. in omnibus contractibus in hac materia magis competere condictionem ex l. attento,quod hæc l.nouè succurrit,cum antea nullum remedium læsis in precio daretur,ut late probaui supra in 1. cap.Nec obligatio tunc resultat ex tenore conuentorum, sed principaliter ex ęquitate, cui hæc l.uires tribuit. & ita uidentur concurrere omnia,ex quibus condictio ex l. dari debet.iuxta clara verba I. C.in l.vnica,ff.de condict.ex l.

10 Retenta ergo recepta ampliatione, quod hęc l.etiam in contractibus stricti iuris procedat, cauendum est ab Ias.& aliis de quibus supra. qui contrarium receptum putauerint. Infertur etiam ad contractus innominatos, quatenus non continentur in,§.actionum.Inst. de action. ut & in illis locus sit remedio huius l. Qua in re misere lapsus fuit insignis Paul. Castr.hic, nume.13.dum ad contractus stricti iuris exemplum ponit in permutatione,quæ bonæ fidei est per tex.apertum in d.§.actionum.Et in hanc rem cōducet quod tractauimus in.2.par.Rub. cap.1.nume.decimo vbi ex Fortu. & Dec. aliisque recentioribus contra antiquiores probauimus permutationem dici, non tantum cum species pro specie, sed etiam cum genus pro genere datur, quod etiam notat. Emil. Feret.in lege iurisgentium. ff. de pactis numer.41.

11 Ex iis etiam infertur non esse magni momenti id,quod amplissime tractant Bar.Roma.Aret. & Ias.in d.l. si quis cùm aliter. An hæc l.locum habeat in stipulatione interposita super contractu bonæ fidei: & locum habere asserit Bartol.ex gloss. ibi, subdens idem esse, quando in fine contractus adiiceretur quod partes præcedentia per stipulationem confirmabant inuicem interrogando & promittendo: quam formulam. in instrumentis consuetam esse tradit Bartolus, ibi. &

in l.2.in.fin. C.de cōdict.ob causam:debuitque citare tex.apertum in l.iurisgentium.§.quod fere.ff.de pact.vbi I.C.ait solitū esse in instrumentis pactorum ea verba adijcere, *interrogauit Titius, spondit Meuius*, ex quibus inquit resultare probationem stipulationis. Ad rem vero nostram communis opinio est cum Bar.vt tradit Alex.in d.l.si quis cum aliter, nu.3.Ias.nu.12.Cremen.hic nu.30.Cagno.nu.71.Burg.in d.c.cum causa nu.9.Ias. in Rub ff.de verb.n.15.versi.septimo.Ias.in l.cum.mota. n.12. C.de trans.

12 Quę communis sententia non solum vera sed indubitabilis mihi videtur, quia ementes & vendentes vel alium contractum bonæ fidei gerentes, interrogando & respondendo, formaque stipulationis vtendo, non minus intendunt contractum principalem gerere, eumque suo nomine appellare, vt constat ad sensum, probaturq; ex doctrina. I.C.in l.5. §. cōuentionales.ff. de uerb.oblig.ibi, *ex negotio contracto pendent*. probatur etiam ex tex.notab.in l 3.ff.de Rescind.vend.vbi habetur, emptionis & venditionis naturam nō mutari accedente stipulatione: in id que induci potest tex.in l.si stipuler.35.§.fin.ff.de verb. oblig. dum habet, quod si in vendendo vel locando ad interrogata non respondeatur eo modo, qui in stipulatione necessarius est valebit tamen contractus, si tandem consentiatur in eo quod responsum est. Vult enim. I.C. non mutari naturam venditionis vel locationis licet contrahatur per modum stipulationis interrogando & respondendo, quasi semper attendi debeat natura contractus principalis quem partes per stipulationem agere intendunt de quo text. vide omnino Duaren. ibi merito sugillantem cuiusdam audaciam in mutanda litera text. is autem(cuius nomen & locum tacet)est Fran.Zoanet.in lib. restitut.ad leg. Digest.cap.14.

13 Cum autem remedium huius l.extendatur ad alios contractus bonæ fidei, & in effectu ad contractus stricti iuris: operæ precium erit speciatim de aliquibus conuentionibus tractare. Et primo de permutatione in qua oēs scrib.hic & in d.l.si quis cum aliter, & in d.c.cū causa. & vbiq; in hac materia afferunt omnino locum habere hanc l.tum quia in permutatione apte concurrit qualitas commutationis: tum quia vicina est emptioni, l.2.ff.de rer.permu.l.sciendum versi.penul.ff. de æd.l.edic. traditis a Tiraquel.de retrac.ligna.§ primo gloss.14.ex nume. vigesimo octauo.

Sed

Sed quamuis ea sit receptissima opinio, maiori tamen declaratione eget: duplex igitur inspectio in permutatione cadit, prima circa quantitatem læsionis secunda circa modum agendi. Circa quantitatem non aduertunt nec explicant DD. quanta esse debeat vt permutanti læso succurratur. Ego aduerto quòd secundum veram computationem quam probaui in præceden. c. semper inspici debet, an quis accipiat saltim dimidiũ eius quod dat: & ita computatio læsionis erit certa & clara, si lęsus probet rem quam accipit, non valere dimidium eius quam dedit prout si læsus dedit rem valentem viginti, accipitque aliam non valentem decem, nam si decem valeret, non diceretur læsio ultra dimidiam secundum hanc computationem. quicquid in exemplo permutationis dicat Paul. Cast. hic nu. 15. uers. pone.

14 Dubitatio autem non leuis erit si attendas communem opinionem diuersimode computantem læsionem emptoris & uenditoris: asserunt enim scriben. quòd si res valet decem, & venditor accipit minus quàm quinq;, dicitur læsus vltra dimidiam: si vero emptor tunc dat plusquàm quindecim, dicitur etiam læsus vltra dimidiam, quod ego in emptore improbaui in cap. pręced. sed retenta communi opinione summe aduertendum esset in permutante lęso. cui facilius ob minoremq́, lesionem succurretur, si emptori comparetur finge eum dedisse rem valentem viginti, si eum venditori æquaueris, non dicetur lęsus ultra dimidiã, nisi res quam accipit minus decem ualeat, incipietq́; cõputatio a valore rei quam dedit. Si uero ipsum permutantem læsum æquaueris emptori, incipiet computatio à re quam accipit. & si ea valeat decem, satis erit quòd alia res data valeat plus quã quindecim, vt læsio dicatur vltra dimidiam. Qua in re ego tunc adhærerem veriori computationi, quam cũ Molin. proba ui in præced. cap. vt inspiciatur, an læsus receperit saltim dimidium eius quod dedit: quia in permutatione ea computatio vera monet etiam secundùm communem opinionem, æquando permutantem lęsum vẽditori læso, ita enim in venditore agnoscunt omnes: militat etiam iuris regula de sustinendo contractu Panor. in d. c. cum causa. nu. 3. & in hac materia receptum est ut in dubio non censeatur lęsio vltra dimidiam, quod ex glo. notat Bal. & ibi Raphael. Cuman. in fine princi. l. si fundus sterilis ff. de reb. cor. Quibus non expensis nec ita consideratis hoc uidetur probare Molin. in lib. de commerc. q. 14. num. 180. licet, contrarium colligi possit ex Pau. Castr. in l. 1. nu. 10. ff. de rer.

permu.

permu.dum æquiparatur permutantem emptori.

15 Altera inspectio in permutatione est circa modum agendi. DD.enim dum permutationem omnino in hac re venditioni æquant, non obscure significant, permutantem læsum agere debere iuxta modũ de quo in hac l. vt aduersarius suppleat quod deest iusto precio rei quam læsus dedit: vel eam restituat, accipiatque eam quam læsus accepit: & ita Decius consilio.210. col.1.& sequen.

Sed contrarium noue aduersus scriben.tradit Molin. in consuet.Paris.§.22.nu.41.audacter asserens omnes deceptos fuisse, nec in permutatione dari posse electionem de qua in hac l.concludens quòd conuentus probata læsione in permutatione precise restituit læso rem quam ab eo accipit: nec audietur, si uelit supplere iustum precium. Quam opinonem legisse etiam memini apud Franc.Baldui.in commentar.ad ll.rustic.pag 3.num.5. In id autem argumentatur Moli. à læsione in diuisione bonorũ de qua agemus in sequent.cap. Argumentatur etiam ab intentione contrahentium, dicens quod in uenditione alter vult rẽ, alter precium: ideoque inter ementem & vendentem recte admitti debet ea pensatio & supplementum: diuersum inquit esse in permutantibus, quia neuter (inquit) intendit vendere sed vterque vult habere pẽsationẽ rei suæ in alia similis qualitatis. Ego puto veriorem esse receptam opinionem: vt etiam in permutatione detur conuento ea electio de qua in hac l. Militat enim ratio commutationis, & similitudo emptionis & vẽditionis: nec repugnat mens contrahentium, quia permutans etiam si læsus sit in precio rei quam accipit, eandem tamen rem principaliter habere prætendebat: atque ideo cõuentus nullam ei iniuriam facit, retinendo rem quam à læso accipit, supplendo ei iustum precium: & ita contra Molin.pro communi retorquebitur eius argumentatio, considerando quod vterque permutans rem alterius prætendebat: eamque vterque retinet, & sic in re ꝑmutata neutri eorũ fit iniuria. Quæ tunc fieret quãdo res nõ traderetur, vel tradita euinceretur, l.1.ff.de rer.ꝑmu. iniuria aũt vel inæqualitas tũc in precio tantũ est. Iuste igitur secũdũ communem opin.in precio fiet pensatio & supplemẽtum, secũdùm ea quæ exactè deduximus supra in Rub.1.par.c.2. nu.24. facit traditio Iuriscõsulti & Imperatoris quod res omnes precio æstimantur: & per pecuniam ad æqualitatem reducuntur l. 2.c.de consti.pecu.l.si ita, ff. de fideiuss.cum aliis de quibus supra

pra in 1.par.Rubr.cap.3.& in terminis in permutatione pro cō muni opinione id probat tex.in c.ad quęstiones, de rer.permu. ibi,*certam pecuniæ summam, ut sic ad æqualitatem permutationes ualeant peruenire*,& ibi,*pecuniam posse refundi*.

16 Limitatur tamen hæc receptissima conclusio, ne procedat in permutatione beneficiorum:vt tunc cesset remedium huius l. etiam si alter ex permutantibus læsus sit vltra dimidiam redditum sui beneficii,quod securè vt receptum tradit Pāthal. Cremen.hic nu.128.in 29.fallen.referēs Vbald.& plenius Cagno. hic nu.57.& ita eleganter consuluit Decius. cons.210. & cum Decio Probus ad Ioa.Mon.in cap.fin.de renun.in 6.& Rebuf. in 2.tomo ad ll.Galli.d.ti.de rescis.contrac.glo.15.nu.10.pag. 180.& Gregor.Lup.in l.56.tit.5.in 5.parte:ex quibus ea dicetur communis opinio,maxime cū eam probent Anch. & Imol. in ca. cum causa de emp.& vend. & ita asserit Couarru.lib.1.resolu.cap.7.Contrarium autem aperte respondit Calder.cons.4. de rer.permu.& eo non relato Anto.Burgen.in d.c.cum causa, nu.69. vbi non male respondet fundamentis communis opinionis.Quæ mihi non uidentur concludere: argumentātur.n. DD.quod beneficium est quid spirituale, in quo non cadit ęstimatio:sed facilè replicari posset separatam esse causam redditum & temporalitatis beneficiorum a iure eorum spirituali,ex d.c.ad quæstiones, de rer.permu. Minus obstat aliud fundamē tum communis opi.quod post perfectam permutationem vterque possidet ex authoritate superioris confirmantis non á permutante.nam ea authoritas non tollit restitutionem,nec remedium aduersus tantam læsionem, vt infra in 2.par. Prædicta verò communis opinio cessabit in pensionibus, in quibus non uigent rationes quæ assignantur, in beneficiis: & ita de læsione in assignāda pēsione tradit Staphil.de gratiis,§.in primis n.88.

17 Consecutiue ad similitudinem emptionis & venditionis tradūt oēs hic, & in dictis locis,remedium huius l.pariter locum habere in locatione & conductione, quæ & bonæ fidei est, & emptioni vicina,l.2.ff.loca.quod notat glo.in l. si ea pactione, C.de vsur.glo.in l.si olei C.locati:non uero id notauit glo.in l. item si precio,§.fin.ff.loca.licet ex eo loco eam citet Roma.in d.l.si quis cum aliter,nu.18.Et in locatione consuluit idem Roma.(quem referunt & sequuntur Cagnol.& Cremen.hic,)cōs. 423.dicens ibidem nu.1.tunc æstimandam esse læsionem attenta consueta mercede, an minus dimidia res locetur, vel ultra

dimi-

tionē & æquitatē huius l.& rationē naturalē vulg.l.nā hoc natura ff.de cōdi. inde. Considerabā magis contra Dec.quod ēt in venditione,de qua agit hæc l.certum est re tradita & precio dato contractum finiri,tamen ob læsionē actio datur. Inducebā magis contra Dec.apertissimam communem sententiam omnium scriben.dum secure ampliant remedium huius l.ad locationem & conductionem tam ad excipiendum, quam ad repetendum & sic tam manente,quam finito contractu:maxime attēta communi resolutione,quæ habet,actionem in his terminis triginta annis durare & consequenter licet finita locatione non sint termini apti ad electionem illam conuenti,non tamen negare debet remedium huius l.in eo quod dari potest ex præcedentibus fundamentis & authoritate Alex.ita sentientis consi. 107. ad fin.nu.18.lib.3.ibi,*promissi uel soluti.*

21 Ex præcedentibus infertur vtiliter ad opinionē Bar.in l.licet C.locat.qui ad terminos huius l.&ad læsionem vltra dimidiam reducit materiam sterilitatis ad remittendam pensionem, de qua re principaliter agit I.C.in l.ex conducto,§.si vis & l.si merces,§.vis maior,ff.locat.Imperator in d.l.licet. Summus Pontifex in c.propter sterilitatem,de loca.Nam circa dignoscendā sterilitatem & causam remissionis in locatione nō satis rem explicant illa iura.Glo.autem variat in d.l.licet,verb.sterilitatis: & in l si vno,ff.loca. glo.Panor.& alij in d.c.propter. Azo in summa de locato.nu.28.Melius vero id explicat apud Lusitanos Ordi.li.4.ti.61.& apud Hispanos l.22.tit.8.in 5.parti.vbi doctus virGreg.Lup.opinionū varietatē refert ꝙ ēt fecitCor. consi 128.nu.26.lib.2.Ad rē igitur.in ea varietate dixit Iaco. Aren.cin.& clarius Bar.in d.l.licet vt sterilitas dicatur ad remittendam pensionem conductori,quando tam pauci fructus colliguntur,quod conductor soluendo pensionem conuentam, maneret læsus vltra dimidiam: quod etiam variando probat Bal.in d.l.licet.nu.2.in fin.Butr.& Imol.in d.c.propter.Paul. Castr.in d.l.ex conducto, §.si vis,nu.5.dicens hanc opinionem rationabilem:& Alex.consi.107.nu.18.lib.7.& consi,3.num.6 lib.1.probat etiam Anto.Gome.de contrac.cap.3.nu.18. Ant. Capi.decis.88.nu.1.Corne.consi.128.nu.26. lib.2. paris. cons. 88.nu.23.lib.1.Gigas de pension.q.66.nu.17. dicitque hanc opinionem magis communem Aret.consi.52. nume.2. Soci, Nep.cons.68.nume.9.libr.secundo Hieron.Grat. consil.161. nume. quinto. lib.secundo. Intelligendo. quod tunc ex parte

conductoris prius deduci debent semen & expensæ, ex Bar. & Paul.nu.4.in d.§.vis maior.Aret.d. consi.52. Soci. Nep. d. consi.68.nu.9.Grat.d.consi.21

22 Ad praxim vero in hoc frequentissimo articulo summe notandum est, a tot DD.receptiorem asseri opinionem antiquorũ & Bar.in d.l.licet.Plures.n.contradicunt vt per Sali. & Fulg. ibi Panor.in d.c.propter.Fulgo.in d.§.vis maior.Franc.Lucan. in tract.de fisco.4.par.nu.9. Firmian.de Gabel.2. par. nu. 56. Adeo quod aliam sententiam in ea re magis communem dicebat Corn.d.consi.128.nu.26.lib.2.contrariumq; tenuit idem Bar.in d.§.vis maior.

Ego vero in hac re aduerto, inefficax esse argumentum Bar. in d.l.licet.& aliorum de quibus supra, dum arguunt ex ratione bonæ fidei.Ea enim militat ad implenda conuenta, maxime quum in conductione non auferatur lucrum conductori, vnde econtrario idem dicendũ videretur in damno. Nec in illis terminis rectè applicatur decisio huius l.loquentis de læsione initium habente à tempore contractus, vt agnoscunt Bar.& Ful. in d.§.vis maior:& Imol.in d.c.propter.Et contra Bar.non leuiter inducit litterã d.§.si vis l.ex conducto, Areti.d.consi.52. Sed pro opinione Bar.in d.l.licet, quę receptior videtur, rectè induci possunt verba tex.in d.§.vis maior.ibi, *læsi plusquam tolerabile est.Quæ* verba expendit Fulgo.ibi & Paul.nu.4.facit itẽ tex.in d.c.propter, ibi, *magno incommodo.*Ea enim verba S.P.& I.C.de fructibus grauiter læsis, non de omnino consumptis loquuntur.

23. In ea autem ambiguitate aduertendum est, quod Summus Pontifex.in d.c.vtitur verbo *pro rata,* respectu quantitatis & pensionis.I.C.vero in l.si uno,§.vbicunque ff.loc.vtitur eodem verbo, *pro rata,* respectu temporis. Aduertendum etiam quod I.C.in d.§.si vis & in d.§.vis maior.agit de remittẽda pensione tota non pro rata, quod non aduertunt DD.in dictis locis.Similiter I.C.in d.§.vis maior, loquens de fructibus grauiter lęsis agit de læsione & calamitate ex vi extrinseca:At in d.§.si uis, l. ex conducto, in 1.parte, loquitur de eadem vi extrinseca, faciliusque in ea succurrit conductori:debetque eleganter intelligi & ampliari per d.§.vis maior, vt non solum procedat fructibus prorsus extinctis, sed etiam grauiter læsis in 2.parte agit I.C. in vers.si tamen, de sterilitate contingente ex vicio rei, & tunc non tam facile succurrit conductori.Deinde in d.§.si vis sequitur

tur versic. sed si labes, vel tabes scd'm aliã literam: in quo ver sic. ponuntur ea verba, *ne supra damnum seminis amissi merce- des agri præstare cogatur*. Quæ verba expendebat Are. in d. cõs. quasi significare videantur omnium fructuum destructionem. Sed tunc intelligit Areti. ibi per ea verba limitari præcendentẽ regulam de læsione contingente vicio rei conductæ, circa vim extrinsecam, vt & tunc releuetur conductor, si omnes fructus extinguantur. At d. ordin. & d. l. parti, indistincte conductorem onerant, quum sterilitas ex vitio rei contingit: mirumque est, cum I.C. tantum discrimen constituat, an sterilitas resultet ex vi extrinseca, an ex vicio rei, id a DD. raro animaduerti, vt colligitur ex ipsis in locis supra citatis, & ab Azo. in summa, C. loca. numero uigesimo octauo. versicu. sicut autem.

24 In eadem re aduertendum est, retenta opinione Bar. in d. l. licet, dum læsionem ex euentu refert ad terminos huius l. non videri verum exemplum Paul. in d. l. ex conducto, §. si vis, num. 5. quatenus loquitur de conductore, qui soluere debet viginti, & colligit tantum decem. Nam si vere decem sunt deductis expensis, iam patet non esse læsionem vltra dimidiam. Opinio etiam Bar. locum habet tam vbi pensio soluenda est in fructibus, quã in pecunia: & vtroque casu computatio læsionis fieri debet, si fructus deductis expensis non ascendunt ad dimidium eius qđ solui debet locatori.

25 Sed magis memorandum est, quod Paul. Castr. tradit in d. §. vis maior, nu. 1. (nec enim alius ita explicat) vt conductor ita ex euentu læsus semen & sumptus deducat, si qui autem fructus supersunt, domino seu locatori tradat, & à residuo liberetur ob læsionem illam, quam Bar. in d. loco considerauit: & receptior opinio sterilitatem appellauit: quod expressim decidunt d. Ordin. & d. l. parti. Et sic conductor qui ex fructibus deductis expensis non recipit dimidium eius quod soluere debet, semẽ & expẽsas deducet, nihil vero ex fructibus vltra expẽsas retinebit. Et ita ex declaratione Pau. Cast. elegãter explicabitur tex. in d. c. propter, ibi, *pro rata*. Et d. l. licet, ibi, *iuxta bonam fidem*. Quæ resolutio facilitatem, & æquitatem habet. Opinio enim Bar. receptior in d. l. licet, non ita rem explicat.

26 In ea autem vtilissima materia Iure decisum est, non excusari cõductorẽ, si renũciet casibus fortuitis: tũc enim cõuẽtio legẽ facit, iurisq; beneficiũ tollit, tex. apertus in l. si qs fundũ. 10. vel.

secundum florenti.l. si quis domum.9.§.Iulianus.ff.loca. cuius non meminit Alber.dubitans,arguensq; ad partes in d.l.licet. nu.2.& seque.C.loca.nec Salic.ibi ad fin.nec Grat.consi. 161. nu.15.lib.2.Qua in re sufficit secundum aliquos,renunciare generice omni legum auxilio,vt tradit Anton.Capi. decis.86.nu. 10.Item aduertendum est ex d.tex.satis expresso:sat esse renunciare genericè casibus fortuitis, nullum in specie exprimendo ut in materia volunt communiter DD.maxime Alex.in l. sed & si quis.§.quæsitum.nu.12.& ibi Ias.nu. 14.ff. si quis caution.Imol.in c.1.nu.23.de commod.Corne.consi.128.nu.13. lib. secundo.Ias. consi. 107. col.3. lib.primo .vbi hanc dicunt communem sententiam in contractibus.Quod memoro,vt caueas à glo. male contradicente in d.l.si quis fundum.Et à Costalio errante in d.§.quæsitum, Et à Bellon.non bene sentiente consi.21.nume.12.

27 Nec obstat tex.in d.§.quæsitum,ex quo contradicebant gl. & Costalius vbi sup.& alij alibi: verba autem tex. ita habent *Quæsitum,est an possit conueniri,ne ulla exceptio in promissione deserta iudicio sistendi causa facta,obijciatur:& ita ait Attilicinus conuentionem istam non ualere: Sed ego puto conuentionem istam ita ualere, si specialiter causæ exceptionum expressæ sint, quibus à promissore sponte renunciatum est.* Videtur igitur Vlpianus requirere,vt casus fortuiti specialiter exprimantur, sed nõ obstat is tex. quia communiter restringitur ad promissiones iudiciales, prout illa de sistendo, de qua ibi agitur: diuersum aũt est in contractibus & promissionibus extraiudicialibus vt Bar.ibi colum.2. nume.3. Paul.nu.4.& 6.Alexan.nume.12.Ias. nu.14.Imo.corn.& Ias.vbi sup. Nec deest ratio differentiæ ex mente scriben.licet non ita explicent,quia in promissione sistendi, alijsq; iudicialibus principaliter attenditur culpa vel innocẽtia partium:At in cõtractibus totum pendet à conuentis, vt probat tex. ad utrunqueoptimus in l. in conuentionalibus.52. ff.de verb. oblig.

28 Cogitabam aliquando nouo sensu accipi posse verba Vlpiani in d.§.ut significet non sufficere eo casu verba generalia,nec ea referenda fore ad casus fortuitos.non vero quòd I. c. ibi censeat,generalia verba dici,quando in illis fit mentio de casibus fortuitis:quia tunc licet casus generaliter exprimantur, id sufficere debet vt casus cõtingens non excuset:argu.l.1.ibi,*specialiter*,C.depos. & in l. quæ fortuitis,in fine C. de pign. acti.facit

iuris

iuris regula quæ hēt,expresso genere, expressas cēseri eius spēs l.si chorus,79.vel.77.ff.de leg.3.ibi,*perinde est quasi singuli*. Et l.si duo.52.in fin.ff.de admin.tutor.& utrobique Bar. Generalis igitur promissio intelligi potest in d.§.quæ ita conciperetur faciam vel sistam sine vlla exceptione vel excusatione:vel quæ fieret per similia verba in quibus non haberetur mentio de casibus fortuitis:quia tunc non videretur cogitatum de impedimento ex casu fortuito,qui etiam non speratur, iuxta vulg.§. sacram,l.inter stipulantem,ff.de verb.oblig.Et sic cum fit mentio vel renunciatio casuum fortuitorum etiam in genere,non potest omissa censeri eorum renuntiatio vel cogitatio: nec est cur sine effectu maneat tam clara promissio:secundum quam interpretationem cessant quam plures difficultates scriben.circa illum.§.

29 In eadem tractatione non omitto celebrem & vtilem articulum de casu insolito.Solent namq; plures.scriben.tradere quod suscipiens casus fortuitos, vel eis renuncians, non intelligitur sentire de insolitis,vt notat Bar.in d.§.quæsitum,nu.3.in fine, & ibi Fulgo.nu.11.idem Bar.in l.Seio.§.medico, in fine ff.de b annu.lega.& cum Bar.est Ias.in d.§.quæsitum, nu.33.& plures quos ibi refert & Alex.consi.28.nu.10.lib.1.Soci.consi.123. nu.11.ad finem,lib.4.Corn.consil.23.lib.2.Rip.de peste,in 2. par.nu.75.versi.mihi placet.Imol.in l.precia rerum ad fin.ff. ad l.falc.Feli.in c.sedes.col.2.nu.3.de rescr.sentit etiam Afflic. decis.150.nu.12.Qui omnes ad id citant tex.in l.fistulas,§.frumenta,ff.de contrah.empt.

b Idem Ias. ad porc. in §. item is.nu.4. litera f. insti. quibus mod. re contr.ob.

Sed in eo articulo mire variant DD.& primo ipse Bar.summando tex.in d.§.frumenta:contrariūq; tenent plurimi, maxime Bal.in d.§.quæsitum:& ibi Ange.& alij quos sequitur Ale. nu.14.& Imol.sibi contrarius in c.1.col.10. de commod. & Dec.consi.7.col.4.versi.quarto.Ias.sibi contrarius consi.107. lib.primo.vbi hanc dicit magis communem opinionem contra Bartol. et ita sentit in dicta l.Seio.§.medico. Qui omnes constanter affirmant, in renunciatione casuum fortuitorum comprehendi insolitos,nec excusari renunciantem ex raritate talis casus. Et quod magis mirum est,in hanc sententiam hi omnes citant eundem tex.in d.§.frumenta.vt non immerito hanc DD.varietatem nimis miretur firmian, de gabel.secunda. par. nume.57.

30 Ego veriorem puto opinionē contra Bar. aduertoque eam

tenere eos, qui rem magis ex professo tractant, quod præponderat in dignoscenda communi opinione, vt per Alci. lib. 4. parerg. c. 17. Pro hac parte vrget, quòd appellatio casus fortuiti proprie congruit casui rarissime contingenti, vt tradit Corne. cons. 128. ad fin. lib. 2. id que omnes agnoscunt. Cum igitur secundum iuris Regulas verba proprie intelligi debeant, consequens erit conuentionem casus fortuiti intelligere de magis insolito. Iuuatur etiam hæc opinio, eo quòd absque pacto non excusatur conductor ex casu solito, sed ex insolito, eueuienteq; contra morem regionis, vt notat glo. mag. ad fin. in d. §. vis maior. Alber. in d. l. licet. C. loca. Probat Tex. in d. l. ex cōducto. §. si vis. ff. loca. ibi, *sol is feruore non assueto. &* ibi *si vero nihil extra consuetudinem acciderit.* Atque ideo suscipiens casum fortuitum intelligendus est sentire de insolito, quia ad cōsuetum non erat necessaria conuentio: & idem sentit Salic. in dict. l. licet. ad fi.

31 Nec dubito Tex. in d. §. frumenta. male a Bar. & sequacibus adduci: magis vero contrarium probare. verba autem Tex. ita habent, *frumenta quæ in herbis erant, cum vendidisses, dixisti te si quid ui aut tempestate factum esset, præstaturum: ea frumenta niues corruperunt, si immoderatę fuerunt, & cōtra consuetudinē tempestatis, agi tecum ex empto poterit.*

Venditor ibi susceperat vim & tempestatem, niues frumenta corruperunt, I. C. Respondet, si niues immoderatæ fuerunt cōtra consuetudinem, venditorem teneri.

c Solent interdum interpretes ī re alioquin facili & simplici graue ac difficile sibi negotiū facessere, & in uerbis per se perspicuis nescio qua uel non curantia uel potius inperitia densissimas & sibi & aliis tenebras offundere, queadmodum in huius §. interpretatione uidere est. in qua mirū est quam titubent uacillent & nūc aiant, nunc in constanter negent tu uero reiectis illorū omnium con

Ac proinde aperte significat casum fortuitum magis dici, qui insolitus est, & de tali intelligi conuentionem vel susceptionem casus fortuiti. vt melius ad illum tex. aduertunt Bal. Cum. & Imol. ubi sup. & ita ex illo tex. caue bis à multis qui casus solitos incaute fortuitos appellant: potius enim ex illo tex. casus insolitus dicetur fortuitus. & ita ex d. §. eleganter colligit Bal. in cap. quoniam frequenter col. 3. nu. 9. & sequen. vt lit. non contes. quem male citat Ias. in d. §. quæsitum nu. 33. & ita sentire videntur glo. Alber. & salic. dum sumant illum §. quod obligans se ad insolita non tenetur de solitis. quasi dicant, casum solitum non censeri fortuitum: nec ad eum haberi respectum in renunciatione casuum fortuitorum. ut etiam notat Bal. in cap. cum olim nu. 5. de consuetu. Ex quibus cessat dubitatio Anton. Rub. in l. uinum nu. 80. ff. si cer. pet. vbi contra fidem omnium codicum legebat negatiue d. §. *agi non poterit*, quę litera negatiua

tiua stare nequit attenta q. & decisione I.c.

Quoad prędicta verò dubitatur qualiter dicatur casus insolitus, de quo per scriben. vbi sup. videturque tenendum quod consuluit Socin. & sequitur Ripa de peste, 2.par.nu.78. vt in proposito dicatur insolitum quod ante quadraginta annos nō contigit id enim tempus longissimum iure appellatur, & per tātum spatium rumor vel memoria rei euanescit vt probat tex. in Auten. hæc constitu. innou. coll.8. facit tex. in l. 1. post princi. vers. si tamen aliqua, ff. de flumin. Hic particulariter apud Conimbricam non censebitur casus insolitus ex inundatione fluminis Mundæ: solet enim non rarò agros innundare cum magno incolarum detrimento. Ex quibus periclitatur quod consuluere graues DD. circa conducentem vectigalia ob spem quod Rex vel Papa resideret in eo loco, quod excusandus sit succedēte diminutione ex recessu principis: ita Anchar. cons. 402 Aimo. cons. 95. nu. 3. Felin. (si is est) cons. 43. nu. 8. qui idem sentiūt ēt si conductor casum & periculum susceperit. cōtra quam opinionem fortissime vrget quod Bal. & plures supra relati dicunt de casu insolito. ne scilicet excuset suscipientem casum fortuitum. Magis etiam uideretur is casus non censendus insolitus: nec de eo iudicandum tanquam de casu inopinato & non sperando. experientia enim docet & principes magnosque dominos amplam ditionem habentes non rarò locorum habitationem & visitationem alternare. nec est verosimile quod princeps in eodem loco semper resideat. facit illud Salustii in iugur. *plerunque regiæ uoluntates ut uehementes sic mobiles sæpe ipsæ sibi aduersæ sunt*. & Illud Iob. de homine, *nunquàm in eodem statu permanet*.

33 Retenta autem opinione Bar. vt renunciatio casuum non cōprehendat nimis insolitum, quæstionis est, quid si in contractu exprimatur, ut conductor non excusetur etiam ex casu incogitato, & Corn. in d. cons. 23. lib. 2. adhuc retinebat opin. Bar. refert sed non resoluit Ripa d. loco nu. 82. & sequen. idem videtur respondisse Alex. cons. 28. num. 9. lib. 3. ibi *de omnibus aliis casibus qui imaginari possunt*. iuncta resolutione quam ibidem tradit nu. sequen. Ego contrarium iudicatum in senatu regio accepi: idque verius puto. tum ex opinione quam plures veriorem & magis communem dicunt contra Bar. sup. nu. 30. tum quia ea verba satis indicant liberationem maximam & præmeditationem quæ etiam in genere sufficit. iuxta tex. in l. qui iure, ff. de

fusis tricis intellige uerbū tēpestatis nihil aliud hic significare quam tēpus ipsum unde & ipsa dicitur, ut & apud Salust. in iugurta, ea tempestate in exercitu nostro fuere cōplures noui atq; ignobiles & apud Cice. de orat. li. 3. qua tēpestate pœnus in italiā uenit & apud cæteros atq; epistolæ authores passim quod testatur tex. Pōpeius ac non Marcell' post Varronem. uendita igitur frumenta in huius §. specie ī herbis consistentia fuerūt & uēditor periculū, quod a ui uel ipso tēpore proueniret, recepit. fuerunt deinde frumenta ab immoderata niuium copia corrupta, quærebatur ecquid ad uēditorem detrimentū spectaret, respondet I. C. tpis

ff de milit.test.cum iis quæ adducit Math.afflic.deci.44.nu.11.
nec debet clausula illa tam enixe expressa sine effectu manere.
34 Ad supradicta dubitari solet,cur ex sterilitate releuetur conductor,cùm eidem non auferatur lucrum:nec augeatur pensio ex felici euentu.Cin.in l.legem,C.loca.Bal.in d.l.licet,C.eodẽ Fulgos.in d.§.vis maior, Soci.nep.consi.68.nu.10.lib.2. Ideo glo.in d.§.vis maior, resoluit quod si lucrum conductoris maximum sit,putà fructibus in duplũ crescentibus,idque casu cõtingat non principaliter ex diligentia & opera conductoris,tũc augebitur pensio vel merces, quod in effectu probat Bar. ibi quando lucrum est ex augumento fructuum: non ex valore aucto:& ita post Innocen.Ioa.Andr.Anch.tenet Imol. in d.cap. propter,n.14.idque vt receptum secure probat Anton. Gome. in lib.de contrac.cap.3.nu.19.versi.item quæro, & Costalius in annota.d.§.vis maior, & Firmian.de Gabel.2.par.nu.39. & ita l.13.tit.8.in 5.part. & ibi Gregor.Lup. Sed ea opinio non seruatur.contrariumque uerius probant Sali.Fulgos.& plenius Paul.Cast.in d.§.uis maior.& Soci.nep.d.cons.68.nu.10.lib.2. & Areti.in l.si quis cum aliter, nu.8. ff.de uerb.oblig. dicens q̃ nõ posset aliter iudicare Fortissime uero probatur hæc opinio ex d.§.uis maior,ibi,*cui immodicum lucrum non aufertur*.Immodicum enim significat maximum & nimis excedens, nec aliter citra inuerecundam uiolentiam accipi potest.Passim enim ita legitur apud bonos autores, ut illud:*immodicas opes*, & apud Liuium,*lingua immodicus*,Sed melius apud I.C. *immodico precio* pro maxime nimio,in l.non dubium 14.ff.de leg.3.
35 Nec huic sententiæ obstabit tex.(quem glo.& aliqui pro prima opin.adducunt)in l.2.C.de alluuio.ubi habetur quod si ex inundatione Nili ditiores fiant possessores, pro terris quas possident, tributa cognoscant & econtra Aliqui ibi putant speciale in prędiis publicis seu fauore fisci, & ita glo.in l.1.C. de iur.emph.glo. in l.legem C.loca. cum qua transeunt scriben. Ego uero intelligo d.l.2.de augmento ipsius rei, non fructuũ: vt fatis colligitur ex litera.Hic autem de fructibus agimus, non de re aucta, & in iis terminis nõ est differẽtia inter prædiũ fisci vel priuitati:quo retento patet etiam d.l.2. nõ loqui de prędio locato,sed de tributario: quando scilicet ad quantitatem terræ tributum soluendum est,quod suadetur ex verbis d.l.2.ibi,*pro terris quas possident*.Et ita sentit Albe.in d.l.1.C.de iur.emph. & cum eo Iaf.ibi nu.78. arguentes quod tunc onus seu tributũ rei,

uerbum in uẽ ditionis lege positum sic esse exaudiendum ut statæ solitę, atque ordinarię anni uices non exceptæ uideantur, sed si quid pręter illas prætereaq; consuetũ temporum ordinem ingruerit non aũt ullo modo tẽpestatis uerbũ ĩ hoc §.procellosum turbinẽ significare põt,ut docto res arbitrãtur quia tempestas in eũ accepta modũ grandines, procellas, cætera que similia, ita præ se fert ut quamuis essent immoderatissimæ, hæ niues, de quibus. I.C. agit,non contra tempestatis consuetudinẽ,sed iuxta propriã ac germanam illius uiolentiã ingruisse dicendæ forent quemadmodum quis facile ex Plin. lib.18.c.28.eliciet.qõ igitur in eo uertebatur quod ni-

rei,non personæ adhæret l.Imperatores ff.de publica.& uectig. l.3.C.sine censu uel reliq.

In ea tamen scriben.uarietate proxime relata circa glo.d.§. uis maior, an ex maxima ubertate augeatur merces uel pensio? notab.distinctionem scribit Paul.Castr.in l.cotem, §.qui maximos,col.1.nu.2.ff. de public. & uectig.& Soci.nepos d.consi. 68.ad finem libr.secundo.

Tandem memorabile est quod aperte vult glo. (ad quam aduerti non solet)in l.in uẽditione §.1.uerbo, *etiam si minoris*, ff.de bon.auth.iud.poss. ut creditor authoritate iudicis succedens,uel missus in possessionem bonorum debitoris, non possit rescindere locationem à debitore antea factam:licet probare possit læsum fuisse debitorem ultra dimidium iustæ mercedis.quod confirmatur ex tex.ibi, dum creditorem tantùm admittit ad rescindendam venditionem uel locationem, quando in eius fraudem debitor uendidit uel locauit:sicut in patrono & liberto inquit tex. in l.1.§. si quis in fraudem,ff.si quid in fraudem patrono.

Ex dictis autem in locatione aptè infertur ad emphiteusim, an in ea locus sit remedio huius l.in quo variauit Specul. ut refert Paul.& referũt alii.dubitauit Imol. in cap.cùm dilecti, nu. 18.de emp.& vend. inclinans cum Spe. in partem negatiuam: & ita secure Ias.in l.de quibus,nu.28. ff.de legi.idem Ias. in l. 1.nu.75.C.de iur.emp.in ea re dubitasse videtur Fabia.de emptio.& vend.8.q.nu.14.varias autem opiniones plenius refert Cagnol.hic ex nu. 203. latius etiam distinguens, vt per eum, quem vide.

Ego absque dubio ex scriben.assero communem esse opin. qđ hæc l.procedat etiam in cõtractu emphiteutico. Ita enim Bar. hic nu.6.in fi.Salic.nu.8.Paul.Castr. nu.14.idem Pau.in Auten. qui rem,in fine,C.de sacrosf.eccles.Panor.in d.c.cum causa,n.8. de emp.& vend.dicens ita tenere DD.ita Roman.in d.l.si quis cum aliter,nu.19.Panthal.hic,nu.36.Cepol.de simu.cont.1.casu.Ferariens.seu Papien.in sua praxi, in forma libel.ad facti præsta.ad finem Rebuf.in in d.2.tomo tit.de rescis.contr.arti.vni. glos.15.nu.112.

Nec dubito erroneum esse precipuum fundamentum Spec. & Ias.dum arguunt ex eo quod cõtractus emphiteuticus sit stricti iuris:quia licet ita esset, verius & receptius est, remedium huius l.in effectu locum habere etiam in contractibus stricti iuris

ues a uendito re exceptæ non uidebantur,cum illarum influxus ordinarius,solennis ac perpetuus esset, at decisionis rõ ea fuit, qa nõ tantus ingruere soleret & consequenter præter seu cõtra statã & firmã tpis consuetudinem is foret. quæ uera interpretatio & fortuitos casus proprie eos dici probat, qui sunt insoliti, & qõ nẽ quã proponunt doctores utrum ca sus fortuiti renũciatiõe excepti casus insolitos circunscribant,eandem else ostẽdit, ac si tractaretur,utrũ casuũ fortuitorum renunciatio casus fortuitos excludat,atque omnino ableget.

cti iuris, vt supra probaui. Aduerto etiam quòd DD. communiter in hac re loquũtur tam ex parte domini, quam ex parte emphiteutæ. Ias. autem contradicens tantum loquitur de domino, negans ei remedium huius l. & ita Benedic. in c. Raynutius verbo, & vxorem, nu. 985. communis autem opinio facilius obtinebit apud Lusitanos ex generalibus geminatisque verbis d. Ordi. li. 4. tit. 30. contrarium vero apud Hispanos obtinebit ex l. Tauri. 68. in fine. vbi Anton. Gom. & Castil. non bene citant scribẽ. in hoc arti.

Intelligunt autem omnes hanc conclusionem, vt æstimatio læsionis fiat respectu iuris emphiteutici vel pẽsionis soluendæ, non respectu directi dominii: nec de eo dubitandum erat, cum dominium (quod directum vocant) non transeat in emphiteutam. Adderem ego, vt æstimatio tunc fiat habito respectu ad solitam pensionem: sed in praxi non vidi, nec audiui, remedium huius l. in emphiteusi tractari. difficilius que tunc admittendũ putarem dominũ allegantem se læsum, ita saluando opin. Ias. est enim (si cum iudicio aduertatur) magna ratio differentię inter dominum & emphiteutam. Quæ omnia ad resolutionem huius articuli tutiora & magis perspicua vidẽtur, quam ea quę inuoluit Burgen. in d. capitu. cum causa, numero 10. & nu. 13. & Cagnol. hic numero 205.

PRIMA PARS L. SECVNDAE

C. de rescin. vend.

CAPVT QVARTVM

SVMMARIVM.

1 *Tractatur vtilis q. ad materiam huius l. in locatione ab emptore facta uenditori.*

2 *Agitur breuiter, an remediũ huius l. cõpetat in cõcessione feudi. Tractatur q. a DD. male explicata, an hæc l. procedat in donatione remuneratoria, tam inter partem & filium, quam inter extraneos, & numero 4.*

5 *Vtiliter tractatur, an hæc l. locum habeat in actu liberatorio, & traduntur multa scitu digna, usque ad nu. 7.*

Agitur

8 *Agitur de læsione creditoris uel debitoris in æstimatione rei in solutum datæ, & nu. 9.*
10 *Agitur de adiudicatione iudicialiter creditori facta, an tunc locum habeat remedium huius l. & nu. 11.*
12 *Tractatur plenißime, & elegantißime celebris quæstio an in transactione locus sit remedio huius l. & primo referuntur DD. in utramque partem. usque ad nu. 15.*
16 *Explicatur, et comprobatur in ea q. opin. Bar. à pluribus recepta.*
17 *Agitur notabiliter in eadem q. de intellectu tex. & glo. in l. Lucius, § fin. ff. ad Trebel. usque ad nu. 19.*
20 *Agitur in eadem q. de intellectu l. sub prætexu. C. de transac. & l. in summa, ff. de condic. indeb. & nu. 21.*
22 *In eadem q. eleganter agitur de intellectu in l. si superstite, C. de dolo, usque ad num. 25.*
26 *Vtiliter traduntur aliqui casus in quibus tutius procedet opinio affirmatiua, & econtrario opin. negatiua in d q. transactionis, usque ad nu 25.*
33 *Traditur, & improbatur communis opin. quæ remedium huius l. incaute trahit ad casũ amplioris dotis uiro datæ, usq, ad nu. 35.*
36 *Probatur eleganter, magis in tali læsione succurri debere uiro minorem dotem accipienti.*

PRIMA PARS L. SECVNDAE

C. de rescin. vend.

CAPVT QVARTVM.



AD tractata in præcedenti c. vtilis quæstio omittenda non fuit: Quid si emptor statim locauit, vel in emphiteusim dedit venditori rem ipsam, posteaque venditor agit remedio huius l. & obtinet ex probatione læsionis vltra dimidiam: emptor autem supplet quod iusto decieproerat, sed vult rescindere locationem vel emphiteusim: vẽditor replicat dicens conuentiones esse diuersas, & rem adhuc manere apud emptorem? Ego pro emptore cõsului: verosimile enim est quod emptor non concederet rem in emphitheusim venditori, nisi quia viliori precio emerat, idque in partem precij

de empt.& vend.q 8.nu.14.& vltra eos per Alex.conf.79. nu. 6.lib.1.& Afflic.in c.1.nu.85.de feud.dat.in vic.leg. comif. Ex quorum dictis facile colliges ampliationes & limitationes, secundum diuersitatē concessionis feudi, vt ita salues Paul.cast. hic nu.14.dum æquauit emphiteusim & feudum: & Burgen.in c.cum causa,nu.10.& nu.13.ad fin.Inde posset inferri ad intellectum tex.in c.ad nostram,de reb.eccle.non alie. vbi in feudo habetur,fuisse enormiter læsam ecclesiam concedentem: quem tex.dicit sing.Rom.in d.l.si quis cū aliter,n.17.Posset ēt inferri ad q.an feudatarius vel emphiteuta possit feudum uel emphiteusim renunciare inuito dño: ob qđ de prędictis circa emphiteusim & feudū dubitauit Crem.hic,n.34.Sed in emphiteusi receptū est,ne possit inuito domino renūciari: regulariter ēt idē resoluitur in feudo antiquo sub onere certi seruitij, ex traditis à Ias.in l.2.nu.24.C.de iur.emph.& alijs. quos refero in l.1.in 2.par.fol.74.col.3.verf.limitatur 8.C.de bon.mater.& Math. Afflic.post alios in c.1.nu.42.& nu.48.de vasal.qui cont. consti.in 3.lib.feud.& Felin.in c.quæ in ecclesiarum,col.antepen. de constitu.Curti.de feud.4.par.q.31.pagi.mihi.447.

3 Tractant etiam scriben.an remedium huius l.procedat in donatione remuneratoria facta à patre filiofam.& Bal.in authen. ex testamento,col.2.nu.1.in fi.C.de collat.citat hanc l.ad eam q.vt tunc donatio valeat,censeaturque ob cām ēt in eo qđ donatū excedit valorē meritorū,nisi excessus sit vltra dimidiā, vt sic ob talē læsionē,non ob minorē tunc cōpetat remediū huius l. idq; sequuntur nonnulli:dubitat Cremen.hic,n.120. Sed contra Bal.est communis opin.vt in ea specie non procedat hæc l. nec requiratur tantus excessus: imo quod donatio ipsa non teneat,nisi quatenus merita filij valeant, vt tradit Cagnol.hic, nu.196.Alex. in l.si donatione,col.2. nu.4.C.de coll.Chassan. in consuet.Burg.Rubr.7.§.5.n.49.fo.246.Ias.& Dec. nu.17.in l.petens,C.de pact.per Tiraq.in l. si vnquàm, verb.donatione, nu.71.& sequen. Ex quo cauebis à Fabian.d.tract.q.8.nu.9.qui Bal.opin.indistincte vt receptam sequebatur: Sic in personis non prohibitis inuicem donare, illud ex mente omnium scribē. receptissimum est,vt quod excedit valorem meritorum,censeatur iure donationis: & sic attendetur decisio l.sancimus, C.de dona.& l.fina.C.de reu.dona.ꝙ ita explicare debuit Tiraq.vbi sup.nu.72.

4 Ex quo si cum iuditio attendas, decisio huius l.non bene à DD.

DD. applicatur ad q. donationis remuneratoriæ, siue inter patrem & filium, siue inter alios: nam secundùm traditionem omnium scriben. constat intra valorem meritorùm non censeri donationem, sed satisfactionem iustam. In eo autem quod plus est in donatione quam in valore meritorum, censetur mera donatio: at hæc l. non potest ad donationem trahi, secundum communem resolutionem, vt tradit Sylua. cons. 13. num. 4. Hæc autem dicimus attentis receptis traditionibus scriben. circa donationem remuneratoriam: Nos enim verius putamus, omnia fere à DD. tradita in eo articulo inepta esse & iuri contraria, nec ex meritis regulariter consistere posse donationem à patre factam filiofam. Nec vnquam explicari satis posset valor meritorum, de quibus ipsi scriben. agunt, vt noue plene deduxi in cõmentar. l. 1. in 3. par. fo. 16. cum multis sequen. C. de bo. mate. Sic etiam ex eadem consideratione quo ad decisionem huius l. cessat quod alibi DD. distinguunt in donatione excedente valorem meritorum, an donans sit diues nec ne, & an solitus donare: quod ad alia tradit Corne. in d. l. si donatione, C. de dona. & alij, vt p Tiraq. in d. verb. donatione, l. si vnquàm, nu. 43. & Ias. cons. 73. lib. 3.

5 In actu autem liberatorio variant scriben. & plures volunt nõ procedere remedium huius l. ex Bald. hic, col. 1. ad fin. & Paul. quos cum alijs refert & sequitur Cremen. hic, num. 131. in 32. limit. post Fabian. d. tracta. q. 8. nu. 10. qui hoc vt receptum tradit: & Corn. cons. 166. nu. 4. lib. 1. Mantua. d. cap. 6. lib. 1. loco. Sed Cagnol. hic, nu. 195. vere refert Areti. contradicentem in d. l. si quis cum aliter, col. 7. ante nu. 8. qui contra adducit Bar. cons. 90. vbi nu. 2. sentit, quod etiam in liberatione sit locus remedio huius l. quando creditor non habuit animum remittẽdi tantam quantitatem: & ante Are. hoc magis probauit ibi Rom. nu. 24. vers. quod verbum: & hanc partem non obscure sequitur Cagnol. hic, citans etiam Claudium in d. l. qui non satis in hoc se explicat.

Ego vero in hoc articulo considero duplicẽ esse inspectionẽ, vnam ex parte creditoris, alterã ex parte debitoris. DD. autem vbi supr. loqui videntur ex parte creditoris: primi enim dicunt fauore liberationis induci, ne l. hæc locum habeat: alij in eisdem terminis contradicunt, nisi error contingat vltra dimidiam quãtitatis quę remittebatur. Ex parte autem debitoris plus soluentis, magis videntur DD. absque discordiã sentire, locum esse

remedio

remedio huius l. Non enim in odium liberandi argui debet ex fauore liberationis, quod apertius colligitur ex communi resolutione infr. circa adiudicationem.

6 Tunc autem reiecta scriben. varietate, verius videtur tam ex parte creditoris minus accipentis, quam ex parte debitoris plus soluentis, non bene applicari remedium huius l. regulariter vero considerari debere, an error interuenerit cui de iure succurri debeat: nam citra remedium huius l. succurrendum est creditori, per errorem minus accipienti quam sibi debetur, secũdum reg. l. 1. C. de erro. cal. l. 2. & ibi Bar. ff. de confe. l. 1. & l. 7. ff. de iur. & fact. ignor. cum notatis in l. error, C. eod. Quod magis viget in debitore plus soluente, per eadem iura, & l. vnic. c. de plus petit. & l. prima. & l. si non sortem, §. si centum. ff. de condic. indeb. l cuius per errorem, ff. de reg. iur. & sic secundum iuris regulas quælibet læsio tunc ob errorem emendanda est: nec spectari debet an excedat dimidiam partem eius quod soluendum erat: & consequenter patet quod dixi contra scriben. ad hunc articulum non recte applicari remedium huius l.

7 In eodem articulo considero aliquãdo magis succurrendum fore creditori, qui minus accepit fortasse ob id quod debitor aufugerat, vel erat in loco quo non poterat ab eo exigi debitum: vel alia causa similis concurrebat, quæ creditorem quodammodo arctaret: quod colligi potest ex DD. alibi tradentibus dari replicationem creditori facienti pactum de non petenda certa parte debiti, uel de non petendo ad tempus ex simili causa uel malitia debitoris: Alex. & Ias. per tex. ibi in l. fina. ff. de condic. ob turp. caus. & fere in terminis in creditore paciscente cum debitore fallito (vt vocant) tradit Ioa. Lup. in repe. rubr. de dona. int. vir. & vxo. §. 21. nu. 15. Boer. decis. 215. n. 8. facit quod not. Bal. per tex. ibi, in l. penul. c. de cond. ob turp cau. capitius notabiliter decis. 95.

8 In eodem articulo aduertendum est quòd fortasse læsio creditoris vel debitoris potest contingere in æstimatione rei datæ in solutum, quæ plus aut minus valeat, & tunc decisio. quæst. incidit plane in articulum à DD. tractatum, an hæc l. locum habeat in datione in solutum: & tunc secundum receptiores traditiones bene applicaretur remedinm huius l. quia datio in solutum habet vim venditionis, l. si prædium c. de euictio. & ibi DD. & notabiliter Dec. consilio 18. & consi. 160. colum. 1. & consi. 167. col. fina. & consi. 586. nu. 7. & late Tiraq. de retract.

lign.

lig.§.1.glo.14.& Molin. in consuetud. Paris.§. 13.glo.5. fol. 174.ex quo deducitur non esse tunc succurendum creditori vel debitori læso,nisi cùm lesio sit ultra dimidiam, iuxta terminos & decisionem huius l.contra Bal. & alios pro Roma. & Areti. de quib.supr.& ita in terminis not.Paul.per tex.ibi in fin.in l.si quis aliam,46.ff.de solutio.col.2.vers.adde tertiũ. Quod mihi vltra omnes probatur ex.I.C.specialiter succurrente in læsione æstimationis rerum dotalium in l.si res,§. .ff.de iur.dot.secundum ea quæ deduxi sup.in 1.cap.

Nec omitto quod Roma.& Areti.in d.l. si quis cum aliter, recte dicunt,non bene à Bal.& aliis adduci tex.in l.si intra, 42 ff. de pact. Clarius verò dicendum est I. C. ibi non agere de creditore læso ignoranter minus recipiente. nec de eodem læso in æstimatione; sed de eo qui voluntarie residuum remittebat, soluta sibi certa parte debiti:in quibus terminis egregie applicari posset limitatio ex proxime dictis,nu. 7.

b Tandem memorabile est in eadem re, quod si debitor læsus sit ultra dimidiam in estimatione rei quam in solutum dedit, uel ex errore sibi subueniendum ueniat, potest præcise rem datam repetere,offerens quod iuste debebat. Nec auditur creditor uolens rem retinere,& quod ultra debitum accepit restituere. quia tunc magis succurritur debitori, ex aliis iuris regulis quàm ex remedio huius l.Item quia partes tunc non intendebant vendere vel similem contractum inire:quod satis comprobatur ex tex.notab.in d.l.si non sortem,§.si centum, ff.de condict.indeb. quem ibi extollit Paul.& Math.Affl. decis.178.n.8. ex quibus manet egregie resolutus utilis articulus quem DD. confuse tractant.

10. Consecutiue tractant scriben. an remedium huius l. procedat in adiudicatione uel addictione pignoris uel rei debitoris iudicialiter facta creditori pro quantitate debita.sentiuntq; ut indubitatum hanc l.procedere in datione in solutum conuentionali seu extraiuditiali, ut diximus proxime nu.8. Colligitur ex Alex.in d.l.si quis cum aliter, nu.18. Vbi refert DD. uariantes tãtum in datione in solutum iudicialiter facta.Sed Alex. probat opinionem Bal.in l.ordo, col.2.nu.6.infr. de execu. rei iud. ut hæc l.non procedat in tali adiudicatione:& ita Anto. Burg.in d. c.cum causa,nu.45.& Roma.in d.l.si quis cum aliter, nu.11.& ibi Areti.nu.5.citantes pro Bal.tex.quem extollunt, in l.à diuo Pio,§.si pignora,ff.de re iudic.& ibi not. Vincen. & Ias.nu.3.

&

b Vereor ne hoc memorabile uerũ non sit.nec.n.in proposita q. aliud remediũ (si bene aduertas) dãti insolutũ quã huius l.2 competit. nec l.si non sortem. §. si centum hic allegata quidquam facit loquitur. n.in diuersis terminis quãdo. s. debitor existimans se plus debere rem maioris precii, quam uere debebat soluit, quo sanè casu condictio indebiti locum hẽt at nos hic agimus quando circa debiti quantitatem debitor non errauit, sed circa rei insolutum datæ ualorem hallucinatus est. & negari non potest quin in solutũ datio uim ac similitudinem maximã habeat cum emptione & uenditione ut ẽt interpρtes oẽs supra num 8. laudati agnoscunt,& profitentur.

& Fabia. dict. tract. quęstio. octaua. nume. nono. & Rebuff. in dict. secundo tom. tracta. de rescis. contr. nume. quadragesimoprimo. & Cremen. hic. nume. centesimonono licet id inuoluat.

In contrarium citant Oldrad. & Ioan. Andr. quos sequitur Claud. in d. l. si quis cum aliter, col. fin. in princip. & hos magis sequi videtur Cagnol. hic nume. centesimosexagesimotertio. Præcedens autem opinion. Bald. uidetur receptior ex numero scriben. pro qua Bald. ipse argumentantur à transactione, de qua statim: Alii principaliter argumentatur ex dict. §. si pignora. Alii etiam ex l. prima. & Bartol. C. de præd. curial. de qua in sequen. par. & sic præcipuum fundamentum est ex dic. §. si pignora: cui tamen respondere nititur Claud. vbi supra. & cum eo Cagnol. hic: ne procedat vbi tanta fuerit læsio. Sic enim multa iura indistincte negantia recursum læsis in precio, limitantur per hanc l. secundum receptas traditiones.

11 Ego verò agnoscendum puto, uerba dict. §. si pignora, omnem læsionem significare, nec admittere distinctionem huius l. an infra an supra dimidiam læsio sit: indistincteque negare recursum creditori talem adiudicationem accipienti. Tenendo tamen opinio. Oldrad. contra Bald. & alios posset aliter responderi, quod Iureconsultus in dic. §. non potuit cogitare de succurrendo creditori læso ultra dimidiam, quia eo tempore nullatenus cognitum erat ius vel remedium huius l. ut noue & uere probaui supra. in primo cap. huius primæ par. Item quia secundum veriorem & receptiorem sententiam in casu illius §. creditor, non inuitus sed volens accipit rem in solutum post discussionem & alia solemnia, ut ei dici possit quod pro parte debiti residuum remittit dict. l. si intra. ff. de pact. ut interim omittat alia quæ ad illum textum publice docui, & latius in commentariis eiusdem titu. scripta habeo: vltra Alcia. in l. creditor ff. si certum peta. & Duaren. lib. primo. dispu. cap. sexto. & Ioan. Rober. lib. primo. senten. cap. uigesimosecundo.

12 Consequenter agendum est de quæstio. transactionis, an in ea locus sit remedio huius. l. qua in re mire variant scriben. vt recte dixerit Cagnol. hic, vix dignosci posse quę sit receptior opinio.

Dupliciter autem consideratur is articulus: primo circa valorem rei super qua transigitur, & tunc cessat discordia Doctorũ tunc resoluentium non dari remedium huius l. etiam si alter ex transigentibus lædatur vltra duplum rei de qua contenditur. etiam si idem læsus probare posset, suam causam iustam fuisse, ita quod secundum iuris sanctiones obtinere debuisset: & ita communiter intelligunt tex. in lege Lutius, 78. §. fin. ff. ad Trebellia.

Alia in spectio est attento dubio euentu litis uel causæ super qua transigitur, si forte transigens lædatur accipiendo minus dimidia parte eius quantitatis, quam experti homines pro iure & causa illius communiter darent: vel econuerso si lædatur transigens dando plus dimidia eius quantitatis quę communiter pro iure aduersarii daretur: in quo non solum alii aliis sed plures sibi ipsis aduersantur, ut constabit ex statim citandis.

13 Gloss. autem in cap. cum causa, de emptio. & venditio. indistincte in transactione negat locum esse remedio huius leg. idem contra Bartolus indistincte asserit Bald. hic col. prima. ad finem & sequen. & Salic. nume. septimo, & ita tenuisse antiquiores Specul. Ioan. Andr. Dynus. Cynus referunt Alexander & Iason. in dict. leg. ita Innocen. & Anchara. in dicto cap. ita etiam Alexand. in dict. leg. si quis cum aliter, nume. octauo. & ibi Areti. colum. quarta. dicens hanc opinionem cõmunem & meliorem, & ibi Iason. nume. decimotertio versicu. contrariam citans Cuman. ibi: & Angel. in leg. in summa. ff. de condictio. indebi. tenentes hanc partem negatiuam. & ita Ferret. ibi: & ita late consuluit Alexand. cons. quadragesimo secundo. nume. undecimo. lib. primo, & consilio centesimo decimo octauo, nume. sexto. lib. septimo. & vrgenter Alcia. in leg. quamuis. C. de transactio. Catellian. Cotta in suis memorabil. verbo, uenditor, dicens hanc esse communem opinionem. & ita Curt. senior consilio sexagesimosexto. nume. uigesimo septimo. & ita Carolus Ruinus. consilio centesimo trigesimo secundo, nume. octauo, lib. primo, & Gome. in regu. de annal. posses. quæstio. secunda, & Bertran. consilio ducentesimo vigesimo quinto. lib. primo. & Mauritius in tracta. restitutio. cap. ducentesimo decimo & Francis. Connan. (more suo neminem citans) lib.

lib.ſeptimo.cap.nono..in fin. & ita Math. Afflic.(cuius au-thoritas in deciſionibus illis Neapol.apud doctos magna eſt) deciſ. ducenteſima vigeſima, & Curt.in l.ſub prætextu, nume.ſecundo. C. de transactio. & Grat. conſilio centeſimo-decimo octauo, nume. nono.lib.ſecundo & ita Pariſ. dicens hanc opinionem communem conſilio nonageſimoſexto. nume.ſexageſimo,lib.primo. & dec. conſilio ducenteſimo decimo ſexto.nume. trigeſimotertio. idem dixit Corne. in multis conſil.citatis à Cot. vbi. ſupra. & à nouioribus in hac materia,limitando eandem opinionem.Sed idem Cot. in d. loco male citat Decium conſ.ſexageſimo.cum ibi magis contradicat, vt infra.

Sic etiam Iaſon. in dict. leg. ſi quis cum aliter, male pro hac opinione contra Barto. citat Panormita.in dict. capit. cum cauſa:& Anan.conſilio trigeſimotertio. ut infra nume. ſequen.qui melius pro hac parte citaſſet Panormita. conſilio duodecimo.lib.ſecundo.

Attento igitur eo DD. numero, & ex tot aſſerentibus receptiorem eſſe opinio. contra Bartol. incaute ſcripſiſſe videtur Decius. conſilio quinquageſimo nonageſimo ſeptimo ad finem, dicens clarum eſſe de iure contrarium, cum Bartolo.

14 Aduerſus eam DD.phalangem non ſine grandi incommodo & periculo Reipub.quamplures alii ſtant,inter quos anteſignanus eſt Bar.hic,& in d.l.ſi quis cum aliter, aſſerens deciſionem huius l.locum habere in tranſactione, attento valore dubii euẽtus: quod prius dixit Iacob. de Aren. quem refert & ſequitur Alberic. hic nume.octauo. & hanc opinio. ſequitur Fulgo.hic colum.ſecunda Angel. hic, & Paul.nume.decimotertio ad fin.& Imol.in d.l.ſi quis cum aliter, & in dict.cap. cum cauſa,nume.decimotertio, dicens opinio. Barto. æquiorem: & ibi Panor. nume.ſeptimo, Cardin.& Anto.Butr.& Anto. Burgen.nume.trigeſimoſecundo & Anani.conſil.trigeſimo-tertio nume. quarto, & magis Roman. in dict. l. ſi quis cum aliter, nume. uigeſimoquarto dicens opinion. Barto. ueriſſimam: & ibi Claud. colum. prima, & Fabia. dicens eam æquiorem in d tract.quæſtio. octaua, nume. decimotertio & Ange.Areti.in §.ſi quis agens, nume.quinto uerſic. ultimo.

Institu.de action. Alexan.consi.octuagesimonono.nume. undecimo.lib.secundo, & insignis præceptor meus M. Nauarrus in cap.si quis autem, nume. uigesimooctauo de pœniten. distinctio.septima, & Hispan.Xuar.alleg.uigesimalecunda ad fin.ita etiam Alcia.id l.apud 143. ff. de uerborum significatio.& Costalius in annotatio.l.in summa.ff.de conditio.inde. dicens ita sæpe iudicatum in senatu Parisiensi:& inclinare uidetur Cremen. hic nume.quadragesimo octauo in fine,& magis Cagno.hic nu.septuagesimo octauo uersicu. pro contraria,& nume.septuagesimonono,uersicu. ex quibus: qui inter hucusque scriben. copiosius & exactius quæstio. hanc tractauit,& cum Barto.est Anton. Rub.consi.septuagesimoprimo, nume.octauo,& Petr.Rebuf.d.secundo tom.titu.de rescis.contrac.arti.unic.glo.decimaquinta,num.decimo octauo. & Soci. senior.consi.octuagesimoquinto,numero tertio, lib. primo dicens ita tenere Doctores magis communiter, & ita Soci. iunior consi.centesimouigesimonono,nume.quadragesimo octauo,lib.primo.Idem Soci.nepos, consi. nonagesimooctauo. nume.decimoseptimo,lib.secundo,dicens opinionem Barto. ueriorem & receptiorem, & ita iudicatum fuisse: & eandem dicit magis communem Cagnol. in leg.prima nume.uigesimonono C.de pact. Et ita Hieronym.Schurp. consil.feud.centesimouesimosetptimo nume. octauo & Hispanus Auendanus capit.primo folio undecimo colum. quarta & Baptista Seuerin.in tracta.de transac. quæstio. duodecima & in eandem inclinat Thoas decis. sexagesima. nume. uigesimo vbi male refert decisionem Afflic. & hanc dicit veriorem receptioremque opinionem Dec. consil.60. nume. quarto & consil. 597. ad finem, Adducens Calderinum ita consulentem, quem alij etiam referunt: & in prædictis terminis stetento dubio euentu citatur glos. & ibi notant Barto. Paul. Imol. in dict. leg. Lutius §. fina. ff. ad Trebellia. et quod glos. ita intelligatur, colliges ex supra citatis: maxime ex Alexand. in dict.leg. si quis cum aliter, nume. octauo et Xuar. d.allega.

15 Vides igitur perniciosam miserãdamque DD. varietatem in hoc frequentissimo articulo: vt non immerito dubitauerit Cremen.hic,et Probus ad Monachos.in capitu.1. de in integ.resti.

in

in 6.& Iaſ.in l.fratris, numc.1. C.de tranſac.& Dec.in l.cum te.nu.1.eodem tit.& plures ex ſupra citatis.Nec ſatis firmarũt Alex.& Iaſ.in d.l.ſi quis cum aliter,& Aymo.conſi.151.nu.26. nihil vero dixit Mantua.d.cap.6.lib.1.locor.vbi materiam huius l.tractauit. Conſtat etiam ex ſupra relatis, variaſſe in hoc Ang.Panor.Alex.Dec.Alcia.& alios. Apud Luſitanos autem in praxi multum ponderis habebit authoritas Bar.quem crebrius ſequuti videntur alij ſcrib.iuxta Ordin.lib.2.tit.5.Magis etiam ea opinio iuuatur ex generalibus geminatiſque verbis Ordi.li. quarto tit.30 §.3.vbi hoc remedium extenditur ad omnem cuiuslibet qualitatis conuentionem, in qua vnum pro alio datur vel demittitur, quæ verba & tranſactionem compræhendũt:poteſtque veroſimiliter conijci,conditores eiuſdem Ordi.vidẽtes DD.altercationes,geminatis verbis vſos fuiſſe,vt ſignificarent ita reſpondendum fore in tranſactione alioue caſu dubio: quę interpręțatio apte cõprobatur ex I.C. in l.1.verſi. ego puto,ff. de ædil.edi.ibi,*bis idem dixiſſe,ne qua dubitatio ſupereſſet*.Et ita olim iudicatum vidi à quodam inſigni Regię curię pręſide.Sed & contrarium aliquando iudicatum fuiſſe audiui.

16 Præcipuum vero ſummeque notandum in opinione Bar.eſt, eam reſtringi ad terminos illos,quando læſio depręhenditur vltra dimidiam ęſtimationis dubij euentus:vt ſic aduocatus caute debeat articulos formare,deducendo,quod homines experti & certiorati de qualitate negocij, communiter pro tali iure & cauſa darent tantam quantitatem, puta mille, actorem vero accepiſſe tantam,puta quadraginta:quæ non aſcendunt ad dimidium iuſtæ quantitatis in ea re,& ſic læſum fuiſſe vltra dimidiũ eius quod pro iure & euentu illius cauſæ communiter daretur: in quibus terminis probatio difficillima erit, rariſsimeque reperietur,vt agnoſcunt omnes ſcriben.ſed non ſemel contigiſſe liquet ex reponſis,ſeu conſilijs ſupra citatis:& quando euenerit,non videtur recedendum ab opin.Bar. quæ ſuadetur ex vulgar.l.ſi iactum retis,ff.de act.emp.quæ male contra Bar. à multis adducitur,non aduertentibus in ea l. dubium euentum ęſtimari:quod etiam melius probat tex.notab.in l.propter ſpẽ,24. in fine,ff famil.erciſc.ibi,*niſi tantum æſtimatus ſit euentus*:facit tex.in l.fin.ff de act. emp.vbi etiam emitur & æſtimatur ſeruus qui apud hoſtes eſt:& tex.in l.nam hoc modo,ff.de hær.vel act. vend.ibi,*quaſi ſpes,& ibi, ipſum incertum*:tex. etiam in l.in quãtitate,73.§.magna,ff.ad l.falcid.Cõducũt nimis quæ de emptio

ne spei etiam ad remedium huius l. communiter tradunt DD. vt per Cremen.hic nu.82. in 31.ampl. & Cagnol. nu. 174. & quæ de spe tradit Tiraq.in lib.de iure mari. post.ll.connub.gl. 2.q.1.ex nu.38.char.254.secundum nouiorem editionem: & in alienatione actionum rerumque incertarum tradit Cagnol. hic nu.200.facit tex.in l.nec emptio,8.ff.de contr. emp.l.7. & l.10.ff.de hæred.vel act.vend.sic etiam in restitutione, quæ à iure conceditur minori aduersus transactionem l.1.& 2.C. si aduer.transf.necessario præsupponitur æstimatio dubij euentus & ex eadem dubietate resultare læsionem æstimabilem. Aliter enim cessaret restitutio:quod iuuat opin.Bar. maxime arguendo(vt plures in hac materia faciunt)de restitutione ad remedium huius l.quod tamen tutum non est vt infra in 2.parte, in q.fructuum.

17 In ea difficili q.& magna DD.varietate, multa contra Bar. adducuntur de vi transactionis,per Alex.& Ias.in d.l.si quis cũ aliter Alcia.in d.l.quamuis C.de transac.quibus Cagnol.& alij pro Bar.satisfaciunt.Principaliter autem contra Bar.adducuntur aliqua iura quibus oportet respondere:& primo tex. in l. Lutius.78.§.fi.ff.ad Trebel.quem extollit Alb.ibi,& meliorem de iure inquit Alex.consi.118.nu.6.lib.7.verba autem Sceuolę ita habent.*Hæres eius qui post mortem suam rogatus erat vniuersam hæreditatem restituere,minimam quantitatem quam solam in bonis fuisse dicebat,ijs quibus fideicommissum debebatur, restituit postea repertis instrumentis, apparuit quadruplo amplius in hæreditate fuisse:quæsitum est,an in reliquum fideicõmissi nomine conueniri,possit?respondi,secundum ea quæ proponerentur, si nõ transactum esset,posse.* Inde principaliter arguebant antiqui & nouiores,in transactione cessare remedium huius l. Bar.autẽ Paul.Imol.& etiam plures ex ijs qui Bar.opinionem damnant, respondent,in casu d.§.læsionem accipi respectu ipsius rei seu hæreditatis de qua agebatur,non respectu dubij euentus litis, seu precij quod pro iure causæ daretur:& sic non facere ad terminos in quibus loquitur Bart.Sed litera d.§.repugnat huic declarationi:constat enim quod ibi hæres grauati & fideicommissarius contendebant de quantitate hæreditatis restituendæ:& transegisse datis certis rebus:& sic transactionem initam fuisse vt contentio cessaret:siue plus siue minus in hæreditate esset. cagnol.autem hic nu.75.putat se noue intelligere tex. illum. Sed(ni fallor)nihil.affert:nec se satis explicat.

Ego

18 Ego aduerto glo.d.§.fi.non sensisse id quod Bar. & communiter DD.ex ea colligunt:imo generaliter & indistincte intelligit ex eo.§.transactionem censeri semper interuenire ad dubiũ euentum:ideoque in transactione nullo modo procedere remedium huius l.quod agnoscent omnes qui cum iudicio legerint glo.d.§.& ita contra Bar.erit authoritas glo. iuris ciuilis sicut gl.iuris canonici.Retenta vero opini.Bar. melius ad arg.d.§.respondebitur ex ijs quæ tradit creme. hic nu.44. quod in casu d. §.non potest cõsiderari læsio,vt requiritur in materia huius l.nẽpe attento tempore cõuentionis: ibi enim causa læsionis apparuit ex instrumẽtis postea repertis, vnde tempore transactionis non pluris emeretur ius fideicommissarij:& secundum hanc considerationem,nihil obstat d.§.& eodem modo cessat argumentatio multorum ex l.1.C.de pactis: ex l.de fideicommisso. C. de transact. magisque ex l.sub pretextu. C. de transact. quam omnes adducunt contra Bar.Sed nihil facit,si attendas,læsionẽ ibi non posse æstimari,nisi ex eo quod postea contigit seu apparuit:at in nostra materia tantum consideratur,vt res erat tẽpore conuentionis,l.si voluntate,infra eodem.

19 Aliter & melius respõderi posset ad d.§.fi.l.Lutius,apud I c. nõ potuisse tractari de remedio huius l.à Diocle.noue inducto, & iureconsultis incognito:vt vere probaui supra in 1.capitu. Nec replicet aliquis quod I.c.specialiter tribuere videtur transactioni,ne ex læsione rescindatur:quasi cõtrariũ fuisset in alijs conuentionibus: verius enim est generaliter eo tempore nullum contractum ex sola læsione in precio rescindi potuisse:nec ibi ad talem effectum traditur specialitas trãsactionis.Sed significat I.c.si eo casu transactum non fuisset, potuisse plane fideicommissarium agere ad ea quę postea reperta sunt: non obstantibus verbis hæredis qui dixerat nõ esse plus in hæreditate: nec obstante acceptatione ipsius fideicõmissarij.Interueniente aũt transactione agi non posse, etiam si de nouo multo plura appareant,ex reg.d.l.sub pretextu,cum simili. Necessario autem cũ glo.& DD.communiter intelligendum est,in casu d.§.non fuisse instrumenta, nec bona occultata maligne ab hærede: eius enim dolo interueniente,agi posset,non obstante transactione per l.qui cum tutoribus §.qui per fallaciam,ff.de transf.l.5.in fi. C.de dol.l.in summa,ff.de condic.indeb.tex.& DD.communiter in d.l.sub prætextu.19.in quo cauebis à Cagn. hic d.nu. 75.In id vero aduerto I.C.in d.§.fi.loqui de hærede eius q gra-

 uatus

uatus fuit restituere, non de eodem rogato; hic enim facile sciret bonorum quantitatem, & sua à restituendis dignosceret: nõ ita eius hæres; maxime post tam longum tempus succedens, bonaque mixta & confusa inueniens, iuxta reg. l fin. ff. pro suo. Atque ideo transactio in casu d. §. non tam facile excusaret grauatum, vt eius hæredem excusat.

20 Adducitur contra Bar. tex. in d. l. sub prætextu, 1. C. de trãsa. cui supra respondimus, vt vere nihil obstet. Sic etiam supra nu. 11. satisfecimus argumentationi ex §. si pignora, l. a diuo Pio, ff. de re iud. quem tex. quasi omni solutione maiorẽ, contra Bar. citabat Areti. in d. l. si quis cum aliter. Sed vltra responsionem Rom. & Ias. & vltra ea quæ dixi sup. in d. loco, aliter in proposito vitabitur difficultas illius §. Ibi enim pignora capta fuerũt, & in eis facta licitatio: nec dubitabatur de iure actoris, pro quo erat res iudicata. Bar. autẽ & eum sequentes loquũtur, vbi æstimatur dubius euentus ex eo quod pro iure vel causa transigentis daretur: & sic decisio d. §. non videtur recte applicari ad q. & terminos Bar.

21 Contra Bar. adducũt aliqui tex. in l. in summa, 65. ff. de cõdi. inde. vbi Ange. & Ias. notant. Nec parum vrgere videntur verba I. C. ibi dum inquit. *Et quidem quod transactionis nomine datur, licet res nulla media fuerit, non repetitur. Nam si lis fuerit, hoc ipsum quòd à lite disceditur, causa videtur esse.* Alij autem sequẽtes opin. Bar. non tantum respondent, sed etiam contendunt, eundem tex. esse pro Bar. intelligentes I. C. præcedentia verba declarare statim ex sequẽtibus ibi, *Si autem euidens calumnia detegitur, & trãsactio imperfecta est, repetitio datur.* Ex his verbis pro Bar. arguit Anton. Bur. in d. c. cum causa, nu. 32. & Cagnol. hic nu. 78. versi. quarto, & Hispanius Xuar. d. alleg. 22. Dicunt enim ex hac læsione detegi euidentem calumniã ex d. l. si quis cum aliter, secundum communem intellectum, quo hæc læsio dolo æquatur, & ex præsumptione l. omnes §. Lucius ff. quæ in frau. cred. & in hunc sensum d. l. in summa, citat Soci. iun. consil 144. libro 1.

Ego verius puto ex illa l. nõ necessario ꝓbari, nec necessario improbari opinionem Bar. possunt enim verba I. C. varie accipi, nec eo tempore cogitari poterat de remedio huius l. quod Iureconsultis incognitum fuit, nec verba d. l. recte applicari videntur ad terminos opinionis Barto. loquẽtis de æstimatione dubii euentus: considerando quod pro iure uel euentu cau-

sæ

sę communiter daretur quantitas duplo maior. & ita cessat obiectio .d.l.

22 Alex.etiam Aret.et plures contra Bar.citant tex.in l. si superstite,C.de dol.sed alii pro Bar.eandem l.retorquent, ut refert Ias.in d.l.si quis cum aliter,nu.13.Agitur in ea l.de transactione inter patrem et filiam:gesserat enim pater tutelam et curam filiæ,eiusque bona administrauerat.Respondet autem Imperator in 1.par.ex transactione posse patrem excipere,si à filia conueniatur vel actionem omnino tolli, si nouatio et acceptilatio interuenit:deinde subdit loquens cum ea filia, *sanè si læsa es immodicè non de dolo propter paternam uerecundiam,sed in factum actio tibi tribuenda est.* Citantes d.l.contra Bar. inducunt verba l.dum inquit, ob paternam uerecundiam, ibi negari actionem de dolo:quasi sine dubio inter alias personas daretur,quod esse non poterat absque uero dolo:et ideo putant in ea l.necessario pręsupponi dolum ultra immodicam lęsionem. hęc enim non prestat doli actionem,ut constat ex nostra l.et ex cap.cum dilecti,de emp.et uend.unde colligunt ex d.l.transactionem ob solam lęsionem etiam maximam non rescindi.Alii pro Bar.retorquent eandem l.ponderantes alia eius uerba,ibi, *bona fide*, quasi in ea l.ex sola magna lęsione arguatur dolus ad rescindendam transactionem. et ita Fulg. ibi.Receptior autem interpretatio uidetur,quod in ea l. ultra immodicam lęsionem dolus requiratur. Ita enim aperte sentit glo.ibi in uerbo *lęsa*, et Alberi.Sali.et latius probat Alex.ibi per l.dolus,infra hoc tit. et cum Alexan. Curt.senior cons.66.num.26.

23 Ego in ea DD. uarietate verius arbitror, d. l. magis facere pro opin.Bar. Ibi enim nulla adsunt uerba, quibus colligatur alia doli probatio,nisi ex immodica læsione.Imo superius dixerat Imperator transactum fuisse bona fide:et consequenter magis adduci debet ea l.ad probandum,quod transactio ob immodicam lęsionem rescindi potest.Nec obstat arg.gl.et DD.ex d.l. dolus,infra hoc tit. ubi dolus ex machinatione non ex quantitate læsionis probari dicitur. Quo fundamento, quasi peremptorio, ita secure resoluit Alexander in dicta lege et Curtius in dicto consilio Respondeo enim, et intelligo, in dicta lege dolus, agi de emptore et uenditore: idemque dici posse de aliis simili modo contrahentibus, incidente lęsione in precio seu in quantitate, ut constat ex uerbis eiusdem legis et tunc uerum erit dicere cum Alexandro et Curtio ces-

ſare actionem de dolo, etiam ſi maxima læſio reperiatur. Quod colligitur etiam ex ſcriben. hic & in d.l.ſi quis cum aliter & d. c.cũ dilecti, & c.cum cauſa, ſępiſsime citatis. Cuius rei euidens ratio eſt, quia tunc vterque ex contrahentibus contrahere vole bat: nec alter alterum in actu principali circunueniebat. Circun uentio autem in precio, tam a dolo abeſſe cenſebatur, vt quodã modo naturaliter licere diceretur, iuxta ſępe citatum § idem Põ ponius l.in cauſę ff.de minor.cum traditis ſupra ad finem rica. At in d.l.ſi ſuperſtite, ex ſola magna læſione probatur dolus, eo quòd pater adminiſtrauerat ſua bona & vxoris, cui filia ſucceſsit, vt litera habet: deinde geſsit tutelam & curam filię: poſtea vero tranſegit cum filia, eamque immodica læſione affecit: ab eadem liberationem extorquens, quaſi ei ſatisfeciſſet: in quo rectè Imperator dolum verſari reſpondit. Non enim poterat pa ter in facto proprio & ijs quæ geſſerat, & notiſsimã habebat, iũ ſte ignorantiam prætẽdere: iuxta vulgatem reg.l.ſi ff. pro ſuo: & ita intelligentur verba d.l.dolus, ibi, *qualitate facti*, quod in ſi mili ſpecie rectè aduertit Soc.nepos conſ.144.nu. 33.lib.1.pro baturque ex l.qui cum tutoribus, §.qui per fallaciam, ff.de tran ſac.& ità reſoluo in d.l.ſi ſuperſtite, ex ſola immodica læſione probari dolum, idque ex prædicta ratione: ita bene ſẽſit Petrus Loriotus, de pactis, axio.91. atque inde notabiliter vltra ſcrib. exẽplificabitur reg.l.dolũ, C.de dol.vt ex perſpicuis indicijs do lus probetur, & ita ex eadẽ ſpeciali ratione d.l.limitetur reg hu ius l.& d.l.dolus, infra eodẽ: ſic eleganter has ll.conciliando, quas Alex.& Curt.vbi ſupra, ex diametro pugnare putabant, ni ſi extra læſionem ipſam ſubaudiretur dolus in d.l.ſi ſuperſtite, quod diuinatorium eſt, & non neceſſarium, ex hic reſolutis.

24 Ad d.l.ſi ſuperſtite, C.de dol. aduerto etiam quod eius autho c res fuerunt Diocle.& Maxim.conditores huius l.vt ſic verbum illud, *immodicè*, melius referatur ad grandem læſionem, de qua in hac l.non autem ad quantitatem duorum aureorum, vt glo. & DD.ibi variando, referebãt ad l.ſi oleum (vel ſecundũ alios libros l.9.) §.fin.ff.de dolo. Quod ſuadetur, attenta re ſuper qua ibi tranſactio fiebat, nempe ſuper totis bonis filiæ, & hæreditate matris eiuſdem: vnde quo ad ea bona, non poterat quantitas duorum aureorum immodicam læſionem inducere, nec de ea credendum eſt ſenſiſſe Imperatorem, argum.l.ſcio, ff. de in integ. reſti. Ex quibus etiam tollitur diuinatoria quorundam in terpretatio, quos ibi refert Alber.& male ſequitur Alex.violen ter

c Reputetur notabilis lex hæc ſi ſuperſtite ad hanc met materiã a Soz.conſil. xx.nu.6.i fi. lib.3. cuius infra noſter Pi nelus meminit 3 par.c.1. nu.7.in fi.

ter intelligentiũ verba illa tex. *si immodice læsa es*, maxime, quasi idem futurum ibi esset, cessante immodica lęsione, quod est aperte contra literam & mentem l. & contra naturam conditionis quę ibi resultat ex dictione, *si*, qua utitur Imperator.

25 Credo etiam, cùm in ea l. ex læsione colligatur dolus ob specialem rationem de qua supra, iam plenius succurrendum fore parti læse: tum vt lędens non habeat electionem de qua in hac l. quæ ei non datur, ubi fuit in dolo, secundum Paul. Cast. & cõiter DD. hic & alibi, vt deducemus in 2. par. tũ etiam ut in casu d. l. restitui debeat parti lęse totum quod ad eam pertinebat: nõ solum id quod daretur pro dubio euentu iuris vel causę ipsius. Tunc enim non tam agitur remedio huius l. quam actione doli quæ ibi generaliter conceditur: specialiter verò ob reuerentiam parenti debitam negatur. eius loco concessa actione in factum. Et sic noue & uere explicatur decisio. d. l. ostenditurquę in casu eiusdem l. attendi lęsionem respectu totius rei, non tantum dubii euentus.

26 Ex prædictis comprobatur opinio Bar. responderturq; obiectionibus quæ contra eum adducuntur. In tanta autem DD. uarietate distinguunt aliqui, ut opinio Barto. procedat, quando excessus uel læsio non esset simpliciter uel parum ultra dimidiam, sed multum supra eam. Ita respondebat Corn. quem sæpisime retulit & sequutus fuit Dec. ut per eum in l. cum te. n. 1. C. de transac. Idem Dec. cons. 60. nu. 4. & cons. 203. & 216. & 479. Aymo. cons. 151. nu. 26. Cagnol. hic, nu. 80. & in l. si quis maior, nu. 37. C. de transac. Thomas decis. 66. nu. 48. Soci. nep. cons. 129. nu. 18. & cons. 144 nu. 8. lib. 1. & cons. 98. n. 18. lib. 2. & Molin. ad Alex. cons. 42. nu. 11. lib. i. Quæ concordia ęquitatem habet, sed iure non probatur. Lex enim solum respexit, an lęsio sit ultra dimidiam, non uero an multum uel parum excedat. Item ea traditio rem per se obscuram obscuriorem facit difficillimè, namque verificabitur, an excessus vltra dimidiam magnus sit vel paruus.

27 Aduerto tamen ultra DD. ex ea distinctione facilius læso succurri, quàm ex opinione Bar. Nam Bar. & qui eum sequuntur, requirunt probationem læsionis respectu dubii euentus, seu eius quantitatis quæ daretur tempore transactionis pro iure uel causa partis lęse. Cuius rei probatio nunquam fere dabitur, nemo enim vult lites emere: qua de causa plures à Bar. opinione recesserunt. In hac verò concordia Corn. attendetur lęsio ex

ualore

valore & quantitate totius rei vel causę,& ex quantitate accepta in transactione & ita facilius probabitur læsio transigentis addita probatione iuris sibi in ea re competentis quæ resolutio comprobabitur ex Ioan.Imol. in c.quintauallis , col.32. versi. forte tamen,de iure iur.

28 Nec omitto quod etiam concurrente tali læsione nimis vltra dimidiam,non potest applicari doctrina de dolo reddente nullum ipso iure contractum bonæ fidei quod incaute scripsit Cagnol.hic nu.81.non aduertens,quod tunc læsio quantuncũque enormis,poterat tantum comparari dolo incidenti,non autem danti causam conuentioni:vt sic non possit ipso iure irritare,secundum easdem receptas traditiones,quod satis probatur ex hac l.& c.cum dilecti,de emp.& vend.dum indistincte præsupponunt contractum ualere etiam si lęsio enormis sit,siue parum,siue nimium ultra dimidiam: probatur magis ex l. dolus infra hoc titulo.

29 Tutius etiam procedet opinio Bar.(& facilius quam ipse sẽserit).quando læsus erit miles uel rusticus uel fœmina uel similis persona,tunc enim maior æquitatis ratio est ut eidem simplici personæ succurratur,ex Bal.hic,nu.7.&in terminis ad rescindẽdam transactionem notat Dec.d.consi.60.ad finem.Cagnolus in l.si quis maior, nu.36.C.de transac.Soci.nep.d. consi. 144. nu.32.lib.1.& ultra eos ad materiam huius l.ita pro rusticis & ignaris egregie notat Paul.castr.in l.item si precio,§. fina. ff. loca.quibus adde tex.optimum(tales personas quodammodo minoribus ętate ęquantem)in l.cum de indebito,ad medium, ff.de proba.conducunt quæ tradit Hippol.sing.18.capitius decis.159.nu.23.& quod notat Bal.in c.fin.nu.14.de confes.glo. notab.in Auten.de incestis nup.§.1.uerbo *sciens:*quam extollit Alex.in l.iuste possidet,nu.35.ff.de acqui.poss.

30 Sic etiam opinio Bar.facilius obtinebit in eo qui lęditur trãsigendo cum tutore suo,uel curatore uel administratore.In his enim ex lęsione probatur maligna occultatio:ob quam etiam aduersus transactionem succurrendum est,per d.l.si superstite C.de dolo.de qua supra eodẽque modo tutius procedet opinio Bar.Imo etiam ex minori lęsione,quando transactio fieret cũ debitore fugiente,uel qui esset in loco, in quo iustitia in eum non posset exerceri,ex ijs quæ dicta sunt sup.hoc cap.nu.7. Facilius etiam rescindi poterit transactio, nec spectato dubio euentu,sed ualore rei,quando facta est non existente lite, ut

notabiliter

notabiliter tradit Cagnol.hic,n.82.

31 opinio autem contra Bar.ne scilicet transactio rescindatur ob læsionẽ,à multis tutior censetur, quando longo tẽpore transactio seruata fuit,vt tradit Aym.cons.151.nu.30.Sed hoc non videtur tutum:cum l.hæc actionem tribuat, quæ tempus à iure habet triginta annorum secundum communem opi.vt sic dicendum magis videatur,tempus iuris restringi nõ posse, iuxta reg. l.4.§.si quis condemnatus,ff.de re iud.

32 Alij etiam tradunt,non procedere opin.Bar.nec transactionem ob læsionem rescindi posse. quando concurrit geminatus consensus,nempe ex alio actu vltra ipsam trãsactionem.In quo tamen variant DD.vt refert Aym.d. cons.151.nu.31.Ita tamẽ tradit Dec.cons.216.ad finem,quem sequiturChass.in consue. Bur.Rub.7.§.12.nu.37.fol.273.col.4.vers.aduerte. Facit tex. in l.cum fidem,c.de non nu.pecu. secundum communem intellectum,& l.si mulier,C.ad vellcian.quæ opinio intelligenda esset,quando secundus non haberet causam excusationis:secus si in eo concurreret idem error, eademue causa primi consensus transactionis,argu.doctrinę Bar.receptæ in l.penul.nu.7.ff.de condic.ob tur.cau.Ex quibus melius fortasse quam alibi, resoluitur quęstio & articulus læsionis in transactione ad materiã huius l.

33 Remediũ huius l.trahitur ab alijs ad æstimationem in rebus dotalibus,vt per cremen.hic,nu.37.in 9.ampli.quasi tunc succurri nequeat,nisi læsio sit vltra dimidiam, quod falsum est: cũ eo casu minor læsio emendari debeat, vt plene deduxi in 1.ca. ad l.si res.§.1.ff.de iure dot.quicquid inuoluat Cagnol.hic.Addunt alij remedium huius l.trahi posse ad mulierẽ læsam in danda ampliori dote,vel virum læsum in accipienda minori dote.vt tradit Nouel.de dote 6.par.priuile.42. & 43.ad fin. Cagn. hic nu.63.Mantua d.lib.1.locor.ca.6.& in vxore ita lęsa notat gl. in l.si ex causa.§.in dotis,ff.de minor.& ita Ias.(eam extollens) in l.si quis cum aliter,nu.19. Nouel.vbi supra, & cum eo Gregor.Lupus in l.56.tit.5.in 5.part.ex quibus ea opinio vt cõmunis secure traditur.

34 Ego vero(quod multis prima facie absurdũ videri posset)magis arbitror in ea re facilius viro, quã vxori succurri debere,vt statim probabo,in vxore autem puto eam opinionem Reipub. perniciosam,prorsusque reijciendam.Hæc enim l. æquitati nititur quæ suadet,non esse turbanda matrimonia l.1. ad finẽ, &

ibi

ibi gl.ff.de li.exhi.nemo aũt dubitat, quin matrimonia maxime turbarẽtur,tristis que discordia inter coniuges resultaret,si post dotem dotam,& viro bene rem familiarem gerente,dos ut excessiua repeteretur.Prętertim cum Imperator alibi indistincte & secure dicat , non esse vllo iure prohibitum, mulierem omnia bona sua in dotem dare.l.4 C.de iur.dot.quod etiam suadetur ex qualitate ipsius rei, cũ dos sit pro oneribus matrimonij, & simul vxori seruiat l.pro oneribus, C. de iure dot. eidemque vxori & hæredibus restituenda veniat,nec ad hunc casum applicari potest electio quam l.hæc conuento tribuit: vir enim non aliter vxorem duxisset:& sic eius lęsio esset irreparabilis. Ideoque soli vxori ætate minori ex ea causa succurri in iure reperitur.d §.in dotis l.si ex causa,& l.1.C.si adue.dot. Imo nec in minoribus,25.annis id ius vnquam in praxi seruatur.

35 Nec obstat argu.DD.ex æquitate huius l.nec aliud ex l.si res,§. .ff de iure dot.de emendanda læsione in ęstimatione rerum dotalium.Nam in casu huius l.& in æstimatione dotalium contingit error contra tenorem conuentorum,& contra mentem contrahentium:Plus enim datum vel acceptum deprehenditur,quam contrahentes intẽdebant:ideo iuste tũc succurritur læsis,& in ęstimatione rerum dotalium versatur venditio,vt in l.plerunque & l.quoties, ff.de iur. dot.at cum viro dos etiam amplissima datur, ipse non plus accipit, quam sibi promissum fuit:nec aliquid reperitur contrarium tenori conuentionis,quapropter cessat æquitas huius l.cessat etiã arg.à læsione in æstimatione rerum dotalium:vt merito contra communem opinionem dicamus,non posse contra virum agi,quasi ampliorem dotem receperit,nec DD.aduertebant, in ea re nullibi esse modum. De læsione autem fœminæ minoris in causa dotis latius ago in commentarijs restitutionum.

36 Viro autem ita læso aptius & æquius applicaretur remediũ huius l.si minus dimidia congruæ dotis accepit : quando socer vel vxor congruam dotem dare potuisset. In viro enim cessat ratio illa ,ne matrimonium turbetur:quod longe magis turbabitur,si desit,vnde eius onera ferantur:facit l.fi.C.ad velleia. nec nouum est,post matrimonium dotem augeri vel peti.glo.in.l. obligamur,s 1.§.lege,ff.de actio.& oblig.quam ibi extollit Alberi.& Iaf.in l.si donaturus,§.1.ff.de condic.ob cau & in auten. prӕterea col.2.ad fi.C.unde uir & uxo.Item uiro tunc agente ad congruam dotem non fit iniuria uxori,nec ad tempus con-

stantis

ſtantis matrimonii,nec ad tempus eiuſdem ſoluti,& ita in uiro noue probatur (quod dixi)iuſtius & facilius ei ſuccurri poſſe quã uxori. Ex quibus eleganter explicabitur tex.in §.fi. l.iure ſuccurſum.ff.de iure dot.ultra iam tradita ſup.hoc cap.& cap. i.huius partis.

PRIMA PARS L. SECVNDAE.

C. de reſcin. vend.

CAPVT PRIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Traditur cõmunis opi.amplians hanc l.ad læſionem in diuiſione bonorum et agitur de intellectu textus in l.maioribus,C.commun. vtri.iudi.vſque ad nu.5.*

6 *In eodem articulo notabiliter agitur de læſione contingente in diuiſione facta per ſortes,& excutiuntur aliqua dicta Bal.vſque ad nu.8.*

9 *Proponitur q.omiſſa à DD.in materia huius l.reſoluiturque traditio Chaſ. de emente burſam cum eo quod in ea eſt.*

10 *Infertur ex hac l.& eius ampliatiõibus ad id,quod ſæpiſſime tradunt ſcribẽ an appellatione emptionis veniant reliqui contractus,probaturque contra innumeros,veriorem eſſe opinio.negatiuam ex vi verborum,& nu.11.*

12 *Agitur de intellectu tex.in l.ſtatuliberi,ff.de ſtatuli.& num.13.*

14 *Infertur ad l.in quorum,ff.de pig.& oſtenditur nullam eſſe difficultatem inter eam l.& l.fi.C.de reb.ali. in quibus cõciliandis DD.inepte laborant.*

15 *Agitur contra aliquos in materia huius l.de emptione uel venditione facta per procuratorem,& nume.16.*

17 *Infertur ad vtilem q.an procurator conſtitutus ad vendendum, poſſit vendere per ſubſtitutum.*

18 *Infertur ad q.eius,qui ſcit procuratorem ſuum excedere fines mãdati:& traditur differentia inter extenſionem mãdati,& eius inductionem de nouo,contra qua plures.*

19 *Tentatur noua opi. contra DD. ad ampliandam reg.l.diligenter, ff.mandati:& explicatur l.qui patitur,ff.eod.*


Agitur

20 *Agitur de læsione in constitutione, uel subrogatione pignoris, & de intellectu l. si rem, §. omnis, ff. de pigno. act.*
21 *Infertur vtiliter ad q. an creditor compelli possit ad remittendũ pignus vel fideiussorem pro alio æque idoneo: in quo traduntur multa scitu digna, vsque ad nume. 25*
26 *Agitur de nomine, & tempore actionis competentis ex hac l.*
27 *Traditur notabilis species, in qua etiam post longissimum tempus non negabitur remedium huius l.*
28 *Traditur & impugnatur opin. DD. tenentium, venditorem uel emptorem, qui scit contra se agi posse remedio huius l. usucapere non posse.*
29 *Ostenditur effectus resultans ex eo, quod actio huius l. sit personalis: & examinatur traditio Bal. hic, & traduntur aliqua utilia usque ad nume 31.*
32 *Probatur contra omnes scriben. noua opin. in materia huius l. & ornatur aliqualiter tex. in l. æris, C. de dona.*
33 *Agitur plene, & eleganter de intellectu tex. in l. in causæ, la 1. §. fin. ff. de minor. & emendantur multa a DD. tradita, usque ad numer. 35.*
36 *Tractatur q. glo. quando in materia huius l. perit res apud emptorem absque eius culpa, vel apud tertium. & breuiter explicãtur multa utilia usque ad nu. 40.*

SECVNDA PARS L. SECVNDAE.

C. de rescin. vend.

CAPVT PRIMVM.



1 Ddunt scriben. communiter hic & vbique de hac materia tractantes, decisionem huius l. locum habere in diuisione bonorum: citantque oẽs vt expressum tex. in l. maioribus, C. commun. vtri. iudi. & ibi glo. Bar. Alb. Bal. Salice. Paul. & alij notant: idque receptissimũ est, vt per Cagnol. hic nu. 59. & ita consultus respondit Corn. consilio 240. libro quarto & Gozadi. consilio 44. nume. 17. ante alia vero oportet verba d. l. proponere, quæ ita habent *Maioribus etiam per fraudem & dolum uel perperam sine iudi-*

cio

cio factis diuisionibus, solet subueniri: quia in bonæ fidei iudicijs quod inæqualiter factum esse constiterit, in melius reformabitur. Ex cuius l.tenore ego aduerto, eam à DD.non bene citari: nō enim proponit in facto tantam læsionem, nec couento electionem tribuit, & consequenter non potest dici similis huic l.quãuis ijdem Cæsares vtriusque authores fuerint: ex alijs igitur iuris partibus explicandum est quod generalibus verbis in ea l. continetur.

2 Miror etiam scriben.non aduertisse, cum ea l.generaliter videtur rescisionẽ diuisionis inæqualiter factę, obstare nimis reg. §.idem Pomponius, l.in causæ, ff.de minor. magis vero obstat re reg.l.fin.ff.famil. ercisc. vbi habetur, diuisionem etiam absque iudice factam rescindi non posse, nisi auxilio ætatis: & ita tex.in l.si maior, C.commu.diuid. Nec contrarium probat tex. in l.si post diuisionem, c.de iur.& fac.igno. ibi enim non ex sola inæqualitate vel læsione in precio rescinditur diuisio, sed ex eo quod postea constitit, alterum nō esse cohæredem, vt per DD.ibi, & in simili tradit Dec.cons.475.n.30. & cõs.525.n.6.

3 Posset autem ea l.intelligi subsistente causa rescisionis vltra læsionem alterius partis: vel vbi inæqualitas resultaret ex errore computationis, iuxta tex.& notat in l.vna, C.de erro. cal. cuius materiam ornabis ex hispano Castil. in l.27. Tauri. Apud Lusitanos vero minor læsio sufficit, vt hæreditatis diuisio reuocetur: nempe si alter ex cohęredibus lædatur in 6. parte portionis sibi competentis: dummodo agat intra annum: iuxta Ordinationem lib.3.tit.82.§.penul.& li.4.tit.77.§.31. Quod deductum videtur ex doctrina Bar.in l.societatem, §.arbitrorum, nume.25.ff.pro soc. Panor.in c.quinta vallis, n.33.de iureiur.

4 Aduertendum magis est in hoc articulo, dum enim DD. communiter tradunt, hanc l.procedere in diuisione bonorum, non obscure significant, competere tunc electionem conuento: an consentiat rescisioni diuisionis, vt alia fiat: an velit supplere, qđ iusto precio deest. Et ita speciatim no.Bal.in d.l.maioribus, C.commun.vtri.iudi. addens quod libellus tunc ineptus erit, nisi alternatiuę concludat, conuento electionem tribuendo. Cinus autem & Petrus ibi contra sentiunt, aperte concludentes non audiri tunc conuentum, qui in pecunia satisfacere velit: sed præcise teneri in rebus ipsis diuisis, vel quod iterum fiat diuisio: & ita Alber.& Fulgos. ibi, & Ioan. Fab. quos sequitur Molin.de commerc.q. 14. numero 182. & in consue. Paris.§.

N 22.

12.nu.42.& ita apud Lusitanos probat d.Ordin.lib.4.

5 Mouentur hi DD.principaliter ex eo quod diuidēs non intendebat vēdere,nec precium ex certa re, sed ęqualem portionem per iure suo in eisdem bonis consequi.Quod fundamentum mihi fragile videtur, quia per satisfactionem pecuniariam fit reductio ad æqualitatem,vt dixi supra in 3.cap.1.par.per aliquas ll.& c.ad quæstiones,de rer.perm.Minus obstaret aliud fundamentum Molin.arguentis, in diuisione magis agi de distrahendo,quam de contrahendo:potius enim in diuisione datur commutatio reciproca, ut patet ad sensum Ideoq́ue diuisio dicitur venditionis vim habere,l.i.C.comm.vtri.iudi. Non tamē mihi displicet opin.Petr.Cin.& aliorum de quibus sup.

6 In eodem articulo diuisionis memorabilius est quod scripsit Bal.in d.l.maioribus,nu.3.amplians communem sentētiam in diuisione quæ fieret per sortes:vt etiam tūc succurratur ei qui læsus fuerit vltra dimidiam:& ita Paul.Cas.ibi,& ita consuluit Bal.& dixerunt alij quos refert Tiraq de primoge.q.17.num.93.idq́ue ex Bal.nimis commendat Franchus in Rub.de appel.nu.10.sequitur Ias.in l.si duobus,nu.10.C.commu.de leg.Dec.in c.licet causam,nu.28. de proba. Sed in contrariū vrget tex. a in l.de fideicommisso,C.de transac.cum ibi traditis ab Alexan.& alijs extollentibus eam l.quam dicit singu.Bal.in l.cū archimedorā,nu.3.c.vt in pos.leg.& Boer.decis.147.nu.7.& alij relati à Tiraq.in l.si vnquam.verbo.donatione,num.110.Magis etiam obstat quod notat idem Bal.in l.ait prætor, §.vltimo,ff. de minor.dicens quòd in iudicio sortis non datur restitutio minori:sequitur Anto.Gome.in lib.de contrac.cap.14.n.4.in fi. Nemo autem dubitabit,frequentius negari posse remedium huius l.quàm auxilium ętatis,& econtra concesio remedio huius l.multo magis competeret beneficium restitutionis minoribus 25.annis facit l.si maior,C.commu.diui.

7 Huic difficultati satisfacere conatur Tiraq.d.q.17.nu.92.& seq.conciliando Bal.(qui sibi cōtrarius videtur)vt eius opinio affirmatiua in d.l.maioribus,procedat, quādo ex alea vel sorte resultat lęsio vltra dimidiam: opinio autem negatiua procedet regulariter quando lęsio tanta non est.Ego vero potius dicerē Bal.ex more variasse, eius enim verba eam concordiam non ferunt.Nec restituitur minor ex euentu. sed ex inconsulto initio d.l.de fideicommisso.l.verum, §.sciendum, ff.de minor.vnde videretur quòd in diuisione facta per sortes non applicaretur remedium

a Vrgens huius legis argm̄ meo quidem iudicio probabiliter declinatur ut læsio ultra dimidiatā partē a leuiori alia læsione separetur ac segregetur deinde qa lex hæc non solum cōi æqualis fortunæ iudicio ac paris iuris rōne nititur, sed ēt honestissima fraternæ concordiæ specie & excludēdo captandæ alternatī mortis periculo fū datur, ut per-

medium huius l.læſio enim ex tempore contractus iudicatur,l. ſi voluntate,infr.eod.

8 Poſſet fortaſſe is articulus aliter & melius explicari,& Bal.varietas conciliari:vt ſuccurratur etiã maiori læſo in diuiſione facta per ſortes,quando ſortes ipſę per errorem tam inæqualiter factæ ſunt,earumque error poſtea deprehẽditur: tunc enim partes nihil ſorti ſeu euentui ſcienter commiſerunt.Secus vero quando à principio partibus ſcientibus fierent ſortes inæquales,vt alteri poſſet maior portio obuenire:quia tunc congruit argu.quod adduci ſolet de conuẽtione reciproca. Quæ diſtinctio & concordia rationem habet, quia ſi error fuit in diſtributione vel æſtimatione rerũ,& inde reſultauit magna inæqualitas in ſortibus,iuſte replicabit is cui inferior ſors contigit,contendens quòd ſi ſciret ſortes eſſe tam inæquales, noluiſſet ius ſuum certum, aleæ ſeu fortunę committere.In quem ſenſum cõgrue accipi poſſunt verba d.l.maioribus: quod circa minores 25.annis latius tradimus in commentarijs reſtitutionum. Et ſecundum hãc diſtinctionem ceſſat argu.d.l.de fideicommiſſo,quę loquitur, vbi ſcienter contrahẽtes ſorti ſe commiſerũt, & ita l.1.c.de pact.ibi,*facta ſicut placuit diuiſione*:cum ijs quę egregiè notat Alex.cõſ.83.n.18.li.2.Iaſ.conſ.131. col.2.li.4.

9 Aduertendum autem eſt,quòd d.l.de fideicommiſſo, & iura ſimilia dum iuſtificant contractum dubium & reciprocum,loquũtur de incertitudine ęquali vtrique parti: vnde nõ iuuabunt venditorem in caſu de quo agit Chaſſan.conſ.52. quando quis alteri vendit marſupium cum eo quod in eo extat.Imo videretur magis dolus venditoris ſcientis & callide emptorem decipientis,argu.l.ea quæ commendandi, ff. de contrah. emp.talis igitur incertitudo ex parte emptoris, nõ tollet remedium huius l.ſi venditor precium certum petit pro burſa cum eo quod in illa eſt.Secus fortaſſe ſi precium committitur arbitrio alterius,iuxta l.fi.C.de contra.emp.vt non poſſit in venditore maior certitudo vel calumnia dari:quaſi tunc æqualis ſit vtriuſque incertitudo:vereque militet ratio d.l.de fideicommiſſo, & l.ſi ea lege,C.de vſur.cum ſimilibus.

10 Conſtat vero ex multis ſupra deductis, deciſionem huius l. loquentis de venditore & emptore trahi ad alios contrahentes:& ſic apte hic applicatur id ꝙ apud ſcrib.ſępiſsime traditur, appellatione emptionis & vẽditionis cõprehẽdi cæteros cõtractus.In id aũt vbiq; citari ſolet tex.in l. ſtatuliberi,29.§.fi.ff.de

ſpicuè ex tota textus ſerie innoteſcet.cętera ẽt argumenta omnia uitabuntur,ſi clemẽtem huius remedii humanitatẽ utrique ſortienti æqualiter indultum tueamur & ad illã impetrãdã nõ quo quis modo lęſus fuerit ſed qua ĩ quãtitate conſiderari meminerimus diſtĩctio uero & cõcordia,quam noſter Pinelus,pponit, nullo modo placet, nã aut remediũ utraque ĩ ſpẽ indulgẽdũ eſt,aut in neutra,ſemper.n. æqualis fortunæ par alea,ſẽper uel humanitatis indiga ultra dimidiũ læſio,uel præceps atque humanitatis incapax ob ęqualitatem iudicium. nec ẽ adeo probabilis in huiuſmodi re ignorãtia,aut ignorantiæ prætextus.

ſtatulibe.cuius verba ita habẽt: *Quoniam lex: 12.tabularum emptionis verbo omnem alienationẽ cõplecti videtur.* Quẽ tex. ad hoc axioma notauit glo.in l.1.§.eã rẽ ff.q̃ res pign.oblig.poſſ. gl.in l.2.C.de vſucap.ꝑ emp.& ad hoc eũdẽ tex.dicit ſingul.& meliorẽ de iure Bal.in d.l.2.idẽ Bal.in c.literæ nu.4.de dilat.& ita illũ tex.notat Panor.in c.1.nu.2.de furt.Fulgo.in l.ſi c. q̃d met.cauſ.idẽ Fulgo.in l.2.C.de patr.qui fil.diſt.Aret.cõſi.125. nu.3.Iaſ.in l.volũtas col.1.C.de fideicõ.Fab.in tract.de empt. & vẽd.q.2.nu.1.Feli.in c.ſi.nu.5 de accuſ.Math.aſli.in c.1.nu. 62.ꝑ quos fiat inueſti.Soci. nep.cõſi 129.nu.13.lib.2.& cõſi. 73.nu.10.eo.lib.Hiſpan.Burgẽ.in rub. de empt.& vẽd.col. ſi. Hiſpa.Ioã.Lup.in rub.de dona.int.vir.& vxo.§.16.nu.9.Hiſp. Segur.in tract.de bon.conſtan.matri.Hiſpan. Duẽ. reg. 239. Firmi.de Gabel.3.par. 8.partis:& ita innumeri, quos citat Tiraq.de retra.ligna.§.1.gl.2.in prin.qui ad id adducũt ẽt tex. in l.ſicut,§.vẽditionis,ff.quib.mo.pig.vel hyp.ſolu. quẽ citat So b ci.nep.vbi ſup & Fran.Baldu.in rub Inſti.de empt.& vend.

b Adde Coraſ.lib. 3. miſcel.c.3. nu.4. Anto.Gom in l.40.tauri nu. 81.Iac.Cuiac. lib.2.obſeruat c.21. & Franc. Balduin.ad leges,12. tabu.

11 Aduerſus eã ſcribẽtiũ turbã alia numero nõ inferior opponi poſſet ex ſtatim citãdis.& ex relatis à Tiraq.de retrac.ligna.§. 1.gl.14.ex num.28.ex quibus colliges plures ſibi ipſis aduerſari.Et omiſſis multis ſecure dicẽdũ eſt,labi ſupra citatos, & oẽs qui ſcripſerunt & putant,emptionis appellatione omnẽ cõuẽtionẽ cõtineri ex vi verbi.Id enim notoriẽ falſũ eẽ deprehẽdit ex l.1.ff.de cõt.empt.quæ diſtinguit nomẽ & cõtractũ emptionis ab alijs:& l.iuriſgẽtiũ,ff.de pac.& ita tex.in l.ſi. pupillorũ, §. ſi prætor,ff.de reb.eor.Idẽ probat euidẽter tex.in l.fin.ff. d. cõdic.ob cãm.Tex.etiã in l.itẽ legato,47.vel.49.§.1.ff.de leg. 3. Sed ineptiũ magis q̃ ſubtile videt iuribus id ꝓbare, cũ ad ſenſũ cõſtet:nec aliud ſignificet diſtinctio,titulorũ,C.& ff de vſuca.ꝑ emp.pro dona.ꝑ lega.cũ alijs.Et ita melius aduertit Bal. in d.l.ſi.ff.de cõdict.ob cauſ.idẽ Bal.in l.1.n.4.C.de rer.ꝑmu. Bal.in c.1.nu.12.de alien.feud.Pau poſt antiquos in l.quicũq; §.1.ff.de inſtitu.Paul.in l.1.nu.10.in ſi.ff.de rer.permu.Nec ob ſtãt iura,q̃ in cõtrariũ adduci ſolẽt,loquunt.n.ex vi & idẽtitate rõnis,nõ ex proprietate verborũ,vt colligit ex nõnullis ſupra citatis melius ſentiẽtibus:& ita Ioã. Plat.ĩ l.queadmodũ, nu.2. C.de agri.& cẽſi.Iaſ.in d.l.ſi.col.pen.ff.de cõdict.ob cauſ.ita ſẽtit Plat.in l.1.nu.3.ver.itẽ ẽ argu.c.de fun.patrim.& ita ſaluãt multa q̃ dd.inferũt,quorũ fũdamẽtũ ex vi verbi falſũ eſſet ex vi aũt rationis ſuſtinebitur.Et ita accipi debet Bar.in l. filiuſfa.

§.diui

§.diui,q.8.ff.de leg.1.vbi latißime Crot.ex.nu.114.& notabiliter Alcia.ex nu.34.Rip.n.100. & quæ tradit Fabian. de empt. & vend.q.2.in princ.Sic enim videmus hanc l.(quæ nouum ius induxit,vt ſupra probaui)& tamen, cum loquitur de venditione,ampliatur ad alias conuentiones ex identitate rationis,non ex vi verbi: quod etiam comprobatur ex notatis à Gamara in tract.de extenſ.nu.100.Collect.in ca.vt ſuper, num.11. de reb. eccl.non alien. Et ita ceſſat confuſio quę reſultat ex traditis à Fabian.vbi ſupra:à Goza.conſ.90.nu.13.& a Rauen. in Alphabeto iuris,verb.alienatio.Et ita reſolues quod inuoluit Iaſ.in l.1.nu.6.& ſeq.ff.de rer.permu.

12 Speciatim vero ad Pomponium in d.l.ſtatuliberi,(qua DD. maxime decipiuntur)facit prædicta conſideratio à vi rationis, quod variando magis probat Imol.in l.in ædibus, §.1.nu.6.ff. de donat.Sed & aliter explicari debet,vt bene ſenſit Bal.in d.c.1.ad fin.nu.12.de alien.feud.& magis explicat Iaſ.in d.l.iuriſgẽtium,col.3.ff.de pact.nempe I.C.in d.l. referre antiquitatem l.12.tabularum:apud quam ob penuriam vocabulorum, & quia adhuc non ita tradita erat diſtinctio contractuum(vt hodie habetur)emptionis verbum latius patebat,latiuſq; accipiebatur: & ita Steph.Forca.neminem citans,dialo 47.nu.5.& ita videtur ſentire Alcia.in l.alienationis verbum, ff. de verb. ſigni. & Franciſ.Connan.(eius rei rationem afferens) in comment.iuri lib.7.cap.6.in princ. Quæ interpretatio iuuari poteſt ex tex. l.verbis legis,ff.de verb.ſign.vbi I.C.refert, quanto latius acciperetur verbum legare apud antiquos,& l.12.tabularum:qđ tamen hodie in legibus & ſtatutis etiam locum haberet, vigẽte eadem ratione,vt ibi tradit Alcia.contra conſ.Cornei: Et ita Luſitanus Noger.in rep.Rub.de leg.1.& ibi Aymo.ad fin.Ex quo reprobari omnino debet,quod reſpondit Dec.(verbis adhęrẽs) conſ.196.contra quem melius vide Rip.in l.2.numero quarto ff.de leg.primo.

13 Ex qua declaratione ad d.l.ſtatuliberi,ceſſat fragilis alia explicatio antiquorum,& Plumbini ibi dicentium,eſſe ibi ſpeciale fauore libertatis.Nec omitto aliud,quod á nullo ex tot DD.ſupra citatis tactum videtur: Ideo ſæpius apud iuris conditores exprimi venditionis verbum,vt alias conuẽtiones cõprehẽdat, quàm econtra exprimatur alia ſpecies cõuentionis ad comphẽdendam venditionem:quia ſcilicet venditio cenſetur frequentior,& ideo crebrius ad exẽplũ occurrit,iuxta tex.in l.iuſto 44.

c Frequentia huiusce côtra ctus non inde pendet, unde forsan quiuis existimabit, quia s. crebri' proprius ac germanus uẽditionis côtractus exerceret ur sed qm̃ nullus antiquitus esset côtractus in quo uel uera uel adũbrata uẽditio nõ interueniret. cum n. dominia solum quęrerentur, ut in quic Cic. in topicis, uel per ĩ iure cessionẽ, uel per nexũ, hoc est per æs & librã uenditionis solẽnia, inde & frequẽtissimus contractus erat, & frequẽtissima illius fit mentio.

c ff. de vsucap. glo. in l. 2. uerb. contrahitur, ff. de vsucap. pro emp. Vnde lex loquens in vno casu ob frequentiorẽ vsum non exclu dit alios, iuxta gl. l. vnicæ, verbo sponsam, C. de rapt. virg. cum multis citatis a Tiraq. de retrac. lignag. §. 20. nu. 4.

14 Ex prædictis vero de uerbo emptionis, cessat oppositio & difficultas inepte a DD. obiecta (qua mire torquentur) de l. fi. C. de reb. alien. non alien. cum l. in quorum ff. de pign or. In hac enim ait I. C. prohibitũ in certo loco emere, nõ ꝓhiberi pignus accipere: cuius contrarium colligi putant ex d. l. fi. vnde varie conciliare ea iura nitũtur, multaq; ꝑpostere comminiscũtur, vt tradit Bar. in d. l. in quorum Alber. in d. l. fi. Crotus in l. filius fa. §. diui: Chas. in consue. Burg. rub. 4. §. 1. col. 2. Berous in c. nulli, nu. 24. de reb. eccles. non alien. Neguz. de pign. 2. par. 3. memb. nu. 70. cum multis sequen. Sed omissis multis inepte scriptis a supra citatis, uerissime dicendum est neutram illarum legum alteri vllo modo aduersari, nec inter eas vllam difficultatem esse: quia d. l. in quorum, loquitur de prohibitione emptionis, & sic certæ conuentionis vel certę speciei, scd'm supra deducta: at d. l. fi. loquitur de prohibitione alienationis, & sic generis, sub quo omnes alienandi species continentur, vt probat text. in Auth. de non alien. §. alienationis: iuncta doctrina I. C. in l. item legato §. interest, de lega. 3. & glo. in l. si causa cognita, verb. peremi sti, C. de transac. quod sensisse videntur ad illa iura antiquiores relati a Bar. in d. l. in quorum, & glo. in d. l. fi. verb. uel hypothe cariam. Et ita cũ Petro resoluit Ioan. Imo. in c. 2. nu. 31. de feu. quam resolutionem vt nouam tradebat Barba. in Rub. de reb. ecclesi. non alienan.

15 Loquitur hęc l. de uenditore læso: extenditurque communiter ad alios contrahentes, quibus ob lęsionem in precio nõ succurrit, nisi læsio sit vltra dimidiam: Quam decisionem aliqui restringere tentant, ut procedat in contrahentibus per se ipsos: quod si læsi fuerint per procuratorem, putant sufficere læsionem in sexta parte: Paul. hic, nu. 5. ex Bar. in l. societatem §. arbitrorum, nu. 25. ff. pro soc. qui tamen id non firmat: & quãuis aliq inuoluãt, & cũ eis Burgẽ. in c. cũ dilecti, n. 44. de emp: & vend. Contrarium verius & receptius est, vt regulariter deci sio huius l. æque procedat in contrahente per alium, ut per seipsum, secundum Panor. & plures in c. cum causa, de emptio. & uend. ubi Burgen. nu. 25. hanc dicit communem opinionem, & ita Alex. in l. si quis cum aliter, nu. 18. in fine, Licet Areti. ibi inuoluat:

uoluat:& melius ibi aduertit Roman.citans text. clarum in l.si voluntate,infra hoc tit. & ita Aret. conf.126. col.2.uerf.non obstat:& Cremenf.hic nu.70.in 20.ampli.& Iacobin.à fancto Geor.in l.2.C.si aduer.vend.Ang.in §.precium, nu.7. Insti.de emp.& ven.& ita Cagno.hic,nu.166.Ratioque huius conclusionis sumitur ex traditione I.C.in l.cum mandato,24.ff.de mi nor.ad finem,ibi,*imputari debet domino qui tali commisit,negocia sua*.Nec obstat argu.quo contrarium tentabant Bar.& alij, cui facillime satisfaciunt prædicti tenentes hanc receptam sen tentiam,& Alex.in l.si superstite,C.de dolo:facit pro cōmuni tex.in l.Papinianus,26.ff de publici.ibi, *à procuratore distracta emptorem tuebitur prætor.*

16 Saluatur tamen aliqualiter opinio contraria, vt facilius succurratur contrahenti per procuratorem: quia sciens verum rei precium non iuuatur remedio huius l. secundum communem opin.vt deduxi supra 2.c.1.par.Minusque iuuatur qui donauit residuum:attamen scientia vel donatio procuratoris constituti ad vendēdum,vel locandum aut permutandum,non auferret remediū huius l.vt colligitur ex Bal.hic,nu.18. & tradit Burgē. in d.c.cum causā,nu.58.Cremenf.hic,num.92. post Fabian.& alios quos citat.Facit l.filius fa.ff.de dona.l.creditor,§. Lutius, ff.manda.l.contra iuris,§.filius, ff.de pact. Ex prædictis etiam cauebis ab errore Alber.hic,ad finem,scribentis quod si procurator vendit pro minori quàm dimidia parte iusti precij, non trāsferetur dominium in emptorem:quod est contra iuris regulas, & contra communem opinionem ut supra. Solum enim succurritur tunc ex remedio huius l. quod præsupponit dominium esse translatum, argu.l.si quidem C. de prædi. mino. & l.dolus,inf.eod.

17 Ex eisdem infertur ad q an valeat tunc uēditio facta per substitutum à procuratore cui mādatum fuerat ut uēderet?In qua q.Bar.in l.in usucapione,§.1.ad finem,ff.de diuerf. & temp.prescrip.resoluere uidetur, ut regulariter constitutus ad uendendā rem aliquam non possit substituere:nec ualeat uenditio per alium facta, per tex.ibi:nisi in mandato explicetur precium & forma uenditionis: quia tunc nihil fere committitur arbitrio procuratoris: ideoque poterit is per alium uendere. Quam resolutionem, ut receptam ex Bartolo Bal. & alijs tradit Iaf. in l.1.ad finem,ff.de offic.procura.cęsar.Alex. & Iaf.in l.quod quis,C.de procurato.Paul. Caf. in leg.si stipulatus fuerim,ff.de

verb.oblig.Sed hæc resolutio posset controuerti,vt per Alexa. vbi supra,quod omitto:ex ea tamen vtiliter declarabis tex.in c. primo in fine,de procur.in 6.

18 In eodem articulo de læsione in venditione vel alia conuentione inita per procuratorē,vtilis inspectio cōgruit,quādo procurator lædit dominum scientem,vel eo etiam sciente,mādati formam excedit:in quo omissis multis receptior tutiorquē videtur resolutio, vt mandans qui scit & patitur procuratorē excedere,nō habeat recursum.Scd'm gl.notab.in c.cū olim, 1.in verbo,protinus,de offi.deleg.& ibi Pan.& Fel.& Alex.cōs.84 Fel.in c.1.nu.12.ut lite non cont.Ias.in l.si quis iniquū.§.si pro d curator,nu.5.ff quod quisque iur.Decius cons.672.nu.2.& ita accipi potest tex.in c.fina.de iure.iur. in 6. quod locum habet in prædictis terminis, præcedēte mandato cuius limites procurator excedit:tunc enim scientia & patientia domini extendit mandatum:quæ non noceret,nec sufficeret ad illud inducendū vbi nullum præcederet:vt magis communiter verius quē receptum est contra Innocen.in c.ex parte decani,de rescrip. secundum Feli.& alios vbi supra.Alex.in l.sępe,ex nu.87.ff.de re iud. e vbi tamen multipliciter Innocen.saluat. Quod etiam colligitur ex copiose relatis à Tiraq.de retrac.ligna.§.9.in fine. nu.12.& sequen.vbi ipse non satis explicat.Ex qua differentia inducendi mandati quod non extabat, vel extendendi quod præcedebat,comperies lapsum fuisse insignem Paul.Cast.in l. penul.C. in qui.caus.in integ.rest.non est necess. Pau.in l.in causę.§.1.ff. de procu.idem Pau.in l.1.§.1 ff. de exercit. labitur etiam Ias. in l.1.§.si procurator,nu.3 ff. si quis ius dicen.non obtemp. Labitur etiam Iafredus Balbus decis.176.& Ioan.Lup.in rep.rub. de don.inter vir.& ux.§.68.n.24. Cauendum item magis est à Math.Afflic.decis.308.& ab Alex.cons.157.nu.12.lib.2. Nec minus cauendum est à Boer.decis.281.nu.11.qui omnes incaute citant Innocen.in d.c.ex parte, quasi eius opinio uera & recepta esset:ut etiam in eodem labitur doctus Kiminal.in §.1.n. 112.Insti.quib.alien.lic.& Afflic.lib.3.feud.tit.de prohi. feud. alien.per Federi.§.præterea,nu.30.fol.157.col.1.

19 Quod hic memorare uolui,quia plures decipi possent ex nu. & autoritate tot insignum DD.incaute tradentium quod scientia & patientia haberet uim inducendi mandatum de nouo : cū uix sufficiat ad illud iam datum ampliādum, ex reg.l.diligēter. ff.manda.secundum quam non caret difficultate opinio glo.d. capitu.

d Quē text. ita accipiendū cum multis asserit Alex. in l.sæpe nu 87. col.4. ad fi. ff. de re iud.

e Et complures Innocen. sequentes refert ut si illorum numerū & hic relatorum attenderis, non facile utra receptior sit sententia affirmare possis, sed. n.tutior,certior,ac pbabilior cōtraria est opinio. quamuis Inno. dogma multa æquitate nitatur.cur enim tacuisti & tuo patiēti silentio in foueā me conie cisti,itaque articulus admodū lubricus ē & anceps, & rōnibus ac pari doctorum numero cōsli ctatur. uerum ut dixi, placet Pineli opinio ut tutior & inspecto iuris rigore certior.

cap.cum olim, de mandato extendendo ob scientiam domini: obijci enim potest generalitas.d.l.diligenter, & doctrina I.C. in l.sicut.§.non uidetur.ff.qui.mod.pig.uel hypo.solu. ubi nec scientia & patientia nocet,nisi aliquis actus in facto consistens accedat:quem tex.extollit sæpe Bal.ut refert Ias.in l.si quando. §.fin.col.2.C.de inoffi.testa.& in l.cum alienam.nu.5.C.de lega.Prædictam uero resolutionem magis commendabis, quia circa eam immemor supradictorum & eorum quos citauimus, fuisse uidetur doctissimus Molin.in consue. paris.§.14.nu.18. char.189.Nec prędictis obstat tex.(q ſępisſime male citatur) in l.qui patitur,18.ff manda.loquitur enim I.C.ibi, de tacente ad sui utilitatem, ut glo.considerat:loquitur etiam de accipiente mutuum , & sic de faciente aliud realiter ultra scientiam & patientiam.Quod confirmatur ex traditis à Bar.Alex. Ias.in l. quę dotis.ff.solu.matr.Feli.in c.nonne,de præsump.& ex supra dictis intellige quod notat in simili Bar. in l.fi.ff.quod cum eo.

20 Tractarunt aliqui,an remedium huius l.locum habeat in constitutione pignoris,uel datione unius pignoris ꝓ alio?& Aret. in d.l.si quis cum aliter,col.5.nu.6.sentire uidetur etiam eo casu procedere remedium huius l.Sed contrarium tradit Roman. sing.552.& tenuit alius relatus ab Aret.& cum Roman.est Neguzan.de pigno.5.par.1.memb.nu.42.& Rebuf.in d.2.tomo ad constitu.gallic.tit.de rescis.contr.n.49.pag. 188.in quo dubitat Cremen. hic,nu.114.in 16.limi. & non citat Roma.ita tradit Mantua d.lib.locor.cap.6.quod in pignore generaliter sentit Corn.cons.288.nu.2.lib.3.ex quibus opinio negatiua in hoc uidetur recepta.Pro qua Rom.citat. tex. in l.si rem alienã. §.omnis,in fine ff.de pigno.act.ibi,*si ut ipse uoluit,sibi cauit :licet in hoc deceptus sit.*Expendit Roma. generalia uerba d.§.dũ habent,creditorem tunc non audiendũ, licet deceptus sit.Aret. autem replicabat,ea uerba generalia restringēda uideri ex hac l.sicut alia iura limitantur ratione læsionis ultra dimidiã.Sed ꝓ Rom.responderi potest,uerba huius l.eiusque mentem non cõgruere constitutioni pignoris, uel dationi unius pignoris pro alio:quia in facultate creditoris est, omissa q.pignoris, agere de principali debito, iuxta l. creditor.28.ff.si cer. peta. Potest etiam creditor aliis modis sibi consulere ad securitatem debiti, etiam si adhuc de præsenti illud petere nequeat, iuxta text.& DD.in l.in omnibus.41.ff. de iudic. Math. Afflic. decis. 108. Alex.nu.14.Ias.nume.16.Ripa.nume.trigesimoquarto in l.2. ff.solu.

ff.solu.matri.Ioan.Lup.in rep.cap.per vestras.§.31.

21 Sed ex d.§. omnis,vltra scrib.colligo,nunquam compelli creditorem ad accipiendum unum pignus pro alio: semper enim I.C.ibi pręmittit,id non fieri nisi volēte creditore: Aduertēdū que est,quòd generalia verba tex. satis comprachendunt casum in quo aequivalens pignus daretur:adhuc tamen id committitur uoluntati creditoris,ut nec tunc compellatur aliud pignus accipere:& sic erit notab.tex.pro Ias.in l.2.§.mutui datio,col. 4.versi.12.fallit.ff.si cer.pet.post Roma.ibi contra Ang.ibi,cōtra Cremen.notab.54.contra Dec.& Cagnol.in l.plus cautionis.ff.de reg.iur.contra Neguzan.de pigno.3.par.1.memb.nu. 21.Contra quos etiam urget fundamentum de fideiussore dato,quem creditor liberare non compellitur,licet alius sibi offeratur aeque idoneus,,ut nu.seque.probabimus: & ita de fideiussore ad pignus erit vrgens argu.quo vtitur I.C.in l. qui autem, §.1.ff. de consti. pecu. Nec contra hanc opinionem recte ab Ang.& alijs adducitur glo.in l.si Titio.ff.de pignor.quae secundum terminos tex.ibi,loquitur de creditore agente contra haeredem debitoris, non de debitore agente contra creditorem: & sic nullo modo sentit, posse debitorē compellere creditorē ut demisso certo pignore,aliud accipiat: & ita suadet reg.l.id quod nostrum .ff.de reg.iur.l.sicut ab initio, C.de act.& obli.

22 Quae opinio in pignore,ut dixi,iuuatur maxime ex alia conclusione circa fideiussorem: receptum enim est quòd creditor non cogitur liberare fideiussorem datum, etiam si alius aeque idoneus offeratur: & ad hoc notatur tex.in l. si mandato meo. 45.§.1.versic.item si dum. ff.manda. qui dubitatione careret, nisi intelligatur in his terminis, cum alius ęque idoneus affertur.Ad quod cōmendatur is tex.vt per Alex.in l.2.nume.8.& f ibi Ias.nu.3.ff.solu.matr.Ias.in l.fi.nu.43.C.de iure emph.Ias. in l.si domus,§.si fundus,nu.31.ff.de leg.1.Quod etiam intelligunt,licet offeratur alius magis idoneus,secundum Ias.& Alcia.in l.debitorum,C.de pact. Math.Afflic.lib.3. constitu.rub. 15.nume.5.Quę opinio recepta est in fideiussore semel dato & accepto a creditore:quod non aduertit Decius in l.plus cautionis,nume.3.ff.de reg.iur.immemor.eiusdem communis opin. quam ipse Dec.impugnat,in l.si pater C.de collatio.

f Idē Ias.in l. debitorum n. 5. C. de pact.

23 In fideiussore autem non accepto sed tantum promisso,receptum est sufficere alium aeque idoneum dare, secundum Bald. g Pau.Alex.in d.l.si pa ter Ias.cons.41.num.2.lib.3.Hip.de fide iusso.

g Et Ant.Gomes. de contract.c.3.nu.2 in fin.

iusso. ex nu.213. qui omnes mouentur ex tex. in d.l. qui autem, §.1. de consti. pecu. ibi, *aliam personã non minus idoneam.* Sed tex. ille non videtur recte adduci: loquitur enim distinguendo, an fideiussor promissus nolit, an decedat: priori casu respondet simpliciter debitorem teneri: in secundo distinguit, an alius ęque idoneus detur: quasi in priori casu cum fideiussor promissus viuit, non compellatur creditor alium æque idoneum accipere. Et ita esset ibi fortissimum argumentum ad ampliationẽ præcedentis conclusionis, vt etiam procedat in fideiussore ꝓmisso. Manet igitur ex communi opin. distinguendũ esse inter fideiussorem acceptum & fideiussorem promissum: ut creditor priorem non teneatur demittere dato alio æque idoneo: secundum sic, & in secundo scilicet promisso, non tantum loquitur communis opinio mortuo tali fideissore, sed etiam eo viuente quod non aduertit cagnol. in d.l. plus cautionis nu.7. ad finẽ, ff. de reg. iur. Nec etiam eiusdem differentiæ meminit Ias. in d. l.2. §. mutui datio, col.4. uersi. undecimo, ff. si cer. peta. ibi, *uel promissi*: & ibi Ripa nu.12. unde etiam caue bis à Decio in l. diẽ functo, nu.21. ff. de offfic. asses.

24 Nec obstant in fideiussore accepto, quæ contra communẽ opin. adducit. Dec. in d.l. si pater, prout tex. in l. illud, uersi. ultimo, ff. quod met. cau. sed tu aduerte quod in eo tex. fauetur succurriturque creditori, non debitori, ut constat ex litera, & ideo causa restituitur in pristinum statum. Nec obstaret is tex. cum eo casu fideiussores iam liberati erant absque culpa sua ut sentiunt Bald. & Ange. ibi, Minus obstat text. in l. Labeo, §. fi. ff. de arbitr. quia loquitur de compromisso finito & fideiussore iam liberato, unde satis erat in renouatione idoneũ fideiussorẽ præstare, quod est lõge diuersũ a nostris terminis.

25 Non tamen omitto circa præcedentes articulos, si æquitas principaliter attendi deberet, posse iudicari contra opinionem eorum qui asserunt, creditorem non compelli accipere æque h idoneum pignus, cum in ea specie nulla utilitas nullaque ratio uideatur ex parte creditoris, cui maligne tantum recusanti mos gerẽdus non uidetur, ex I.C. in l. in fundo, ff. de rei. uẽ. Nec in pignore militat ratio affectionis quo ad creditorem, ut alias de nummis inquit I.C. in l. in numis, ff. de in lit. iur. qđ iuuaret ex l.2. §. penultimo de religiosis & sumpti. fun. ubi pro uia semel data satis est aliam æque idoneam præstare. Receptiusque est eum textum generaliter procedere, non tantum ob fauorem religionis

h Nullomõ mihi ꝓbatũ hęc nostri Pineli ęquitas nec argm alicuius ponderis uidetur. quippe quia q̃nã tãdẽ æquitas ẽ ut cũ de pignore inter nos cõuẽtũ sit & tibi liceat nomine dissoluto tuũ pign' liberare, cõuẽtionẽ uel ifringere, saltẽ immutare, quam uis aũt rõne ipsius pignoris mea nõ intersit hoc aut illud habere, cũ eiusdẽ indicationis utrunque sit, tamen rõne tui usus ac necessitatis maxime interest, quia id circo ad faciliorem & celeriorẽ debiti solutionẽ induceris, atque adeo adigeris. quãobrẽ non maligne recusare, sed prudenter meo nomini prospicere uideri debeo & argumentũ de uia prorsus propellitur & refutatur, quoniã in eius q̃one nulla similis ostẽdit utilitas, itaq; cõtra sẽtiẽtibus nomen dedo,

ligionis(ut aliqui putant)generaliter enim intelligit glo.in l. si cui.ff.de seruitu.in ultimo scholio:& ita Bar.& Pau.ibi extollẽtes gl.licet Ang.& Florian.ibidem contra sentiant:& ita generaliter tenuit Rom.licet Ias. cõtra sentiat in l.2.§. mutui datio, col.4 uersi.decimo.ff.si cer.pet.& ita generaliter intelligit idẽ Ias.in l.1.§.fi.nu.8.ad finem,ff.de nou. oper.nun. Ias. in l. 1.nu. 45.ff.solu.mat.Ias in l.si ex toto.§.fi.nu.16.ff.de lega.i. Cepol. de serui.rusti.cap.1.nu.7.Zasius lib.1.respons. cap.10. Soci.dicens hanc communem opin.cons.141.nu.4.lib.1. Vnde cauebis a Nouel.de dote 8.par.priuile.27.& a Couarru.lib.3.resol. cap.14.nu.8.uersi.item communis:dum secure putant d.§.specialiter procedere fauore religionis.In fideiussore autem iam accepto,diuersa ratio excusaret creditorem, cum posit magis confidere de una persona quàm de alia: etiã si utraque ęqualis uideatur,arg.l.scire oportet,§.fi.ff.de tut.& cura.dat.& l.si quis stipulatus.1 1 2.§.fi.ff.de uerb obli. Quæ ut utilia & non uulgaria hic obiter adducta,doctis & candidis non displicebunt.

26 Magis ad materiam huius l.tractat: glo.hic, quod actionis genus detur læso?refertque antiquos uariasse.Aliqui enim intelligebant hoc casu competere iudicis officium seu restitutionẽ: alij actionem ex eo contractu in uenditione & alijs conuentionibus bonæ fidei.Differentia autem non leuis esset ex multis traditis a Cagnol.hic,nu.44 Recepta autem est opinio glo. ut detur actio quæ duret 30.annis:Bar.& reliqui hic,& communiter DD.ut asserit Fulgo.in l.in contractibus, C. ex qui.cau. maio.glo.et Doctores in d.c.cum causa, de emptio. et uenditi. Balbus de pręscrip.4.par.q.26.latius Cagnol.hic.Sed apud Lusitanos restrictum est tempus huius actionis ad quindecim annos,ex Ordin.lib. 4.tit.30.§.5.Apud Gallos uero magis restrictum est ad decẽnium, ex constitutione Ludouici 12.ut refert Molin.in consue.Paris.§.13.§.5.nu.57. Apud Hispanos etiam magis restrictum ad quadriennium,ex l.Ordin.ut refert Anto. Gome.in d.lib.de contrac.capitu.2.nu.22.ad finem:& fortasse prudenter restrictum fuit tempus huius actionis, cuius uis consistit in precio et ualore rerum. Id autem tempore mutatur, ut docet experientia:et I.c.in uulgari l.precia rerum, ff.ad l.falci. Nec uidetur suspitione fraudis carere, qui post longum tẽpus se læsum quęritur.In praxi etiã sępe deprehẽditur in his et alijs falsa probatio:ex quibus cõsultius uidetur restringere tempus huius actionis.Ego uero tam in contractibus bonæ fidei,quàm stricti

stricti iuris supra 3.ca.1.par.probaui opinionem quorumdam antiquorum,& Ang.in l.si id quod aurum, ff.de verb.oblig.vt ex hac læsione detur conditio ex lege, licet Bal.& alij & cum ijs Cagnol.hic nu.40.ineptissime id improbent.

27 Videtur ét vtiliter dicendũ vltra scrib.ꝙ limitatio tp̄is in hac actione locũ hēat tm̄ in cõtractibus qui ex cõuentione cõsumãtur: diuersum autē sit in emphiteusi & locatione ad longum tēpus:quia tunc lęsio habet causam successiuam,quæ singulis annis temporibusque soluendi refricatur.& ideo eius tempus nõ debet præscriptum censeri,argu.tex.notab.in l.cum notissimi, §.in ijs,C.de præscrip.30.vel 40.anno. cum traditis à Ias.in l. prętor ait,§.si aliquando,nu.9.ff.de nou.oper.nunc.Conducũt etiam quæ DD.tradunt, de extendendo tempore ad appellãdũ, vbi datur grauamen successiuum:qua etiam de causa admittũt appellationē ab interlocutoria.vt per Bal.in l.2.c. de episc.aud. Fel.in c.accedens,2.nu.15.vt lite nõ cont. Ias.in l.ita demum, nume.5.C.de procura.Fel.in capitu.quo ad cõsultationem ex numero 22.de re iudi.

28 Nec omittendum est quod in proposito scribunt graues autores,censeri malæ fidei possessorem, emptorem vel venditorem,qui scit posse contra eum iuste agi ex remedio huius l.& consequenter non posse vsucapere vel pręscribere:iuxta c.fi.de præscrip.vt tradit Cagno.hic, nu.42.cum Alexan. quem refert in quodam consi.lib.3.quod comperies in consi.54.col.3.nu. 10.lib.6.qui ad hoc citat Imol.(id probantem in eo qui scit, posse peti resti.in integrum)in c.apostolicæ,col.3.num.10.de donatio.per tex (quem cõmendat)in l.in causæ, 1.§.fi.ff.de minor.Secundum quam resolutionem dicendum erit etiam post triginta & quadraginta annos dari remediũ huius l.aduersus cõtrahentē qui sciebat alterum lædi vltra dimidiã.Ego vero credo quod in praxi non admittetur hæc opinio: obstat enim fortissime l.sicut:& l.omne,C.de præscrip.trig.vel quadra.anno. Nec scientia læsionis inducit veram malam fidem: vt cõstat ex hac l.& reg.l.in causę,2.§.idem Pomponius,ff.de minor. nam & de iure ciuili mala fides irritaret titulum, tolleretque effectũ vsu capiendi,l.nunquam,31.ff.de vsucap.in hac autem materia non obstante læsione titulus validus est:vt in ca.cum dilecti,de emp.& vend.& ideo præscriptio longissima triginta annorum etiã iure canonico procedere videtur,ex traditis à Pau.& Balb. in l.Celsus,ff.de vsucap.à Rubeo consi.75.Couarruin c.posses

ſor,2.par.§.7.de reg. iu.in 6. Qua in re pro hac parte ad quietē reipub.conducunt nimis verba textu.in Auten.hęc conſtitu.in nou.§.1.col.8.cum ijs quę trado in Auten.niſi tricennale, nu. 11.& nu.39.C.de bon.mater.

29 Ex ſupradictis ſatis colligitur,actionem quæ læſo datur per ſonalem eſſe: ideoque tunc non deſinit transferri dominium in emptorem. Ex parte autem venditoris ſubdit glo. hic,actio nem hanc ei dari aduerſus emptorem,etiam ſi rem ipſam alienauerit:& ita Bar.nu.13.Bal.Salic.Pau.nu.16.& eſt receptiſſima ſententia:vt per Cremenſ.hic nu.186.Cagnol.n.113.idem que apud Luſitanos declarat d.Ordinatio lib.4.tit.30.§.6.Sed de iure non inſubtiliter id impugnare vel limitare nititur ſolus

i Fulgoſ.hic nu.7.ad finem.Cuius opinio in ſcholis fortaſſe tutior videbitur:dū contendit,actionem tunc non dari aduerſus primum emptorem,niſi alienet ſciens venditorem lęſum poſſe eum conuenire:vel niſi ad aliquod precium quod emptor ex ſua alienatione acceperit,vltra id quod ipſe dedit primo venditori:quia ſi bona fide emerit,& bona fide diſtraxerit, nec lucratus fuerit ex diſtractione rei, non videretur æquum cōtra eum actionem dari:atque ita Fulgoſ. opinio colorem habet. Sed glo.opinio eademque communis maiori fundamento amplectenda eſt:ſi enim vēditori vltra dimidiā læſo negaretur actio, cum emptor rem ipſam alienauerit, nūquam fere locus eſſet remedio huius l.eiuſque deciſio facillime eluderetur ad libitum emptoris,qui ſtatim alienaret,fingens non plus accipere quam ipſe dederit:vel finget ſe donare, vt precij quæſtio ceſſet.Item fraudaretur facultas illa agendi intra triginta annos quæ venditori competit,ſecundum iuris regulas & receptas ſententias:& ideo quo ad reſiduum & ſupplementum iuſti precij non uidetur recedendum à recepta ſententia glo. Si autem emptor lęſus eſſet,ipſeque rem alienaret,non uidetur actionem habere aduerſus uenditorem,cum facto ſuo deſierit rem habere,& uenditori electionem adimere:ex mente ſcribe. & expreſsim tradit Anto.Gome.in lib.de contrac.ca.2.fo.11.col.3.& 4.ubi com mune aſſerit.

i Hæc Ful.opinio omnino inanis eſt,ſi attendas huic emptori idem remedium aduerſus tertiū competere. ſecus ſicōtra illū nullum legis auxiliū hēret ad quæ faciūt tradita num. 38.

30 Sentit etiam glo. quod ſi emptorem alienauerit, non dabitur primo uenditori actio in ſingularem ſucceſſorem, ſeu tertium poſſeſſorem.Quæ opinio recepta eſt,ex Bar.d.n.13. Bal. nu.16.Salic.q.12.Pau.nu.16.crem n.188. Cagnol. num.114. Alex.conſ. 92.nu. 8.lib.1.plenius Couarru.lib.2.reſolu.cap.3.

numero

numer.10.probatur vero ex iuris regula quæ habet,actionē p̄sonalem non transire in tertios etiam rei possessores l. fi.§.fi.ff. de contrah.emp.l.1.§.si hæres:& ibi Ias.ad hanc materiam notat,nume.7.ff.ad Trebellia.probat magis in terminis textus.in l.dolus,infra hoc tit. Subdit Bal. d.nu.16.versi.mihi autē(quē plures varie accipiunt)posse tamen aliquando primo venditori læso actionem dari aduersus tertium illum in quem emptor alienauerit:id autem cōcedendum putat,cum illa tertius titulo lucratiuo rē ab emptore habuerit:vel eodē viliori p̄cio minori dimidia parte iusti: in quibus terminis non ad id requirit quod primus emptor non sit soluendo: Hunc enim casum separatim tradit generaliter, vt tunc in subsidium detur semper actio venditori læso contra tertium possessorem: etiam qui bona fide & iusto precio rem habuerit à primo emptore. Quod ita voluisse Bal.colligitur etiā ex æquiparatione quā facit de restitutione minorum ad remedium huius l.adducens tex.in l.in causæ,la.1.§.fi.ff.de minor. & ita sensisse Bal.agnoscet qui eum attente leget.Nec solum Bald.sed alios Doctores. ita sensisse tradit Fulgos.hic nu.8.& ita eum bene citat Fabian. in d.tract. q.8,nu.23.versi.septimo:& Tiraq.in l.si vnquam,verbo,*reuertatur*,nu.271.& Aimo cons.7.ad finem,nu.15. Vnde quo ad explicationem Bal.verius loquuti videntur prædicti(licet in re ipsa lapsi fuerint)quam D couar.vbi supra,rei veritatem meli us assequens.Labuntur tamen Tiraq.& aliqui putantes idem dixisse Salic.qui diuersum a Bal.scribit , ut statim explicabimus. l Citat& p̄bat cost. confundendo nec distinctionem faciendo in §. & quid si tantum 2. parte pag 50.n.64. l.gallus ff.de li.&.posthu.

31 Vides igitur quæ fuerit Bal.& prædictorum opinio in actione danda primo uenditori læso aduersus eum in quem emptor alienauerit:uolebant enim Bal.& sequaces in subsidiū, seu quādo primus emptor soluendo non est, actionem dari uenditori aduersus secundum emptorem uel successorem:etiam ex titulo onerofo & iusto.Sed ueri us asserit Salic.d.q.12.nu.18.nullum remedium tunc dari uenditori aduersus tertium illū,iusto precio & bona fide rem consecutum,etiam si primus emptor soluendo non fuerit:tunc autem ei dari actionem eo respectu q̄d primus emptor soluendo non sit,quando successor habuit rem titulo lucratiuo, uel pro eodem uiliori precio minori dimidia, & ita Cremens.d .nu.188.Cagnol.nume.144.uersi.nisi, dicens ita copulatiue intelligere DD.& ita clare sentit Hispan.Xuar. alleg.21.ad finem, id que receptius & uerius asserit Couarru. ubi supra,quicquid inuoluat Alber.hic, nu.10.& generalius in

fauorem

fauorem tertij possessoris particularis resoluit Fulgos.hic,d.n. 8.quem alij non referunt.Quam opinionem contra Bal.& sequaces amplectendam arbitror. nec aliter in praxi iudicabitur, cum ita suadeat ęquitas,& iuris reg.d.l.fin.§.fin.ff.de contrah. emp.& l.dolus infra eo.

Nec aliquid facit consideratio Bal.& aliorum de titulo lucratiuo:id enim secundum iuris rigorem nullo modo respicit personam venditoris quo ad tertium possessorem:nec etiam secũdum æquitatem,nisi quando primus emptor soluendo non est. In quibus terminis simul ijs duobus concurrentibus, quod successor habuerit rem titulo lucratiuo, & emptor soluendo non sit,communis opinio succurrit venditori læso aduersus tertiũ rei possessorem,quod comprobatur ex Alber.in l.1.C.si vend. pig.aga.referente in simili Iacob.de Aren.& ita exactissime explicantur,quæ scriben.in hoc tradiderunt.

32 Ego vero(si præcedens articulus stricto iure vel magis ad solam iuris veritatẽ iudicabitur)putarẽ verius fortasse dicẽdũ contra scriben.venditori læso nullatenus succurrendum nisi cõtra emptorem,non contra tertium possessorem, etiam ex titulo lucratiuo: nec si emptor soluendo non sit.In quocumque enim casu(cum mala fides cessat) semper viget regula illa, ne actio personalis in tertium detur, quę ob eas causas limitata non reperitur, quicquid DD.licentiosè comminiscantur, quod suadetur ex doctrina totius tit.ff quæ in fraud.cred. cum notatis in §.item si quis in fraudem,Instit.de actio. Sed magis suadetur grãdi fundamento,quia ex communi opinione sequetur absurdum,ne vlla differentia esset in proposito inter obligationem cũ hypotheca,& obligationem sine illa, quod ostenditur, nam DD. dicunt venditori tunc in subsidium actionem dari contra tertium possessorem, non existente hypotheca, sed sola actione personali: nemo autem dubitat etiam pręcedente hypotheca,non plus dari:cum tertius possessor cõueniri nequeat nisi in subsidium post excussum debitorem principalem.Iuxta Authen.hoc si debitor, C. de pignor. & sic patet(quod dixi) ex communi opin. ęquari obligationem personalem nudam,reali & hypothecariæ quo agendum aduersus tertiũ possessorem:quod omnino iuris regulis repugnat. Facit optimus tex.(distinguẽs eas obligationes satis ad propositum) in l.debitorem, 15.C.de pignor.Pro hac parte vrget fortissime tex.in l æris alieni, 15.C.de dona.vbi euidẽter probatur,qđ

eficiente

dificiente hypotheca, donatarius cui debitor alterius res suas donauit, non tenetur vllo modo satisfacere creditoribus donantis:& sic loquitur tex.indistincte etiam si debitor soluendo non sic,& in successore ex titulo lucratiuo: quod directo confundere videtur communem opinionem quam hic impugnamus,& per tex.in d.l.æris alieni,consuluit Alex.cons.7.num.3. lib.6.tradit Boer.decis.204.nu.47.maxime quod d.l.non limitatur a DD.nisi in donatario omnium bonorum, non certæ rei,(prout eo de quo agimus)vt colligitur ex decisione Capel. Tholos.q.386.ex Decio cons.237.nu.6.versi.sexto, cum traditis ab Augusti.Bero.in c.in præsentia,n.91.de proba.Tandem hæc nostra opinio nimis iuuatur ex l.1.& l.3.C.si vendi.pign. aga.vbi nec in subsidium datur actio aduersus tertium, nisi participauerit de fraude alienantis,quo casu etiã restitui iubetur ei dẽ pretiũ quod dedit:pondero.n. ibi fraudẽ ementis, quę non minus ei nocere deberet,quã alij cã lucratiua.Ex qbus hæc opinio doctis fortasse magis videbitur iuris rõnibus congruere.

33 Prædictis non obstat tex.(quem Bal.& alij citant) in d.l.in causæ,14.§.fi.ff.de minor.quem dicit notab. Fabian.in d.trac. q.8.nu.23.Alex.cons.67.nu.7.lib.5.Hispan.Xuar.alleg.21.ad finem,& Anton. Gom.d.lib. de contrac.c.14. nu.6.fol.102.& ante eos Ioan.Imol.in c.apostolicę,num.10.de donatio.in eo enim §.tradit I.C.minorem læsum directe agere posse contra tertium possessorem scienter ementem ab eo cum quo minor ipse prius contraxerat.Si autem tertius ille ignoranter emit ab eo qui a minore rem habuit,tunc non datur actio minori contra tertium,nisi in subsidium,quando scilicet primus soluendo non est.Iuxta quam decisionem,tex.ille nihil facit pro opinione Bald. vel aliorum, quam supra damnauimus : non enim distinguit inter titulum lucratiuum vel onerosum illius tertij: sed tantum an scienter,vel ignoranter rem habeat:vt si sciẽter, non distinguatur an primus soluendo sit:si ignoranter, tunc id attendatur.Ideoque etiam retentis ijs quæ DD. in proposito tradunt,non recte trahitur textus ille ad terminos nostræ l. Deinde iã ex d.§.iuncta recepta traditione DD. in materia huius l.satis colligitur,remedium huius l.longe differre ab auxilio ætatis seu restõne minorum,contra Bal. hic,d.nu.16. maxime quo ad agendũ aduersus tertiũ possessorẽ:cũ hic mere personalis actio tantũ detur:ibi vero auxiliũ in rẽ scriptũ,ut melius aduertit Cou.ubi sup.& prius Ful.hic,n.9.putãt DD.cõiter cõtra

O dicere,

bus supra) dixerunt, vt venditor læsus posśit aliquando agere aduersus tertium habentem causam a primo emptore, id quidem æquius procederet, quando tertius ille sciuit venditorem læsum fuisse, potuisseque agere remedio huius l. concurrente simul alia ratione, quod primus non sit soluendo. Maxime si tertius possessor rem habuerit ex causa lucratiua: quibus concurrentibus posset coloratè respōderi fundamentis supra adductis, nu. 32. non esse nouū in iure, vt in subsidium, & ex causa detur actio aduersus tertium, in quem secundum iuris regulas nō competebat, vt in l. fin. ff. de eo per quem fac. erit: in l. 3. versi. nihil, ibi, *nisi*, ff. si mens. fals. mod. & in casu quem notat glo. & Bal. in l. in testō. ff. de cond. & dem. & in l. 1. C. de insti. & subst. vbi Pau. nu. 5. & in multis curiose congestis a glo. in l. si apud, 13. ff. de minor. & in alio notat Alcia. in l. traditionibus, nu. 8. C. de pact. & in alio notat mirabiliter cuman. in Rub. ff. si quis aliq. testa. prohi. nu. 1.

36 Consequenter tractat glo. quid respondendum, quando res penes emptorem perit? In quo DD. nimis variant: glo. autem resoluit, emptorem liberari, si res absque eius culpa perierit: & cum glo. est Bar. n. 13. Bal. nu. 14. sal. q. 14. Paul. nu. 16. Fulgos. nu. 9. Azo in summa. Odof. quem refert Alber. nu. 11. & Anto. Burg. in c. cum dilecti, in fine, de emp. & vendi. Fabian. d. q. nu. 23. in fi. Cagnol. hic. nu. 115. Gozadin. consf. 44. nu. 11. Couar. lib. resolu. cap. 4. ad finem. Et hanc opin. videtur magis sequi. Tiraq. de retrac. ligna. in fine, nu. 70. licet alios contra referat: & ita videtur sentire Cremen. hic, nu. 196. & communem dicit Anto. Gom. d. lib. de contrac. cap. 2. nu. 22. fo. 11. col. 4. idem secure probant omnes illi qui in materia huius l. tradūt, rem esse in obligatione, supplementum autem precij in facultate soluēdi, quod receptisśimum dicit Molin. in consue. Paris. §. 22. nu. 42. char. 109. col. 4. in fine. Sed contrarium tenent non pauci resoluentes vtrunque esse in obligatione, de quo inferius in 3. par. speciatim vero ad q. gl. contradicit Panor. in d. c. cum dilecti. nu. 10. quem recentiores principaliter citāt, vt adhuc actio detur venditori læso re perempta penes emptorem. Et prius ex Giliel. idem tanquam verius & iustius sequutus est Alberic. hic, nu. 11. & ita Rip. ī l. quod te, nu. 11. ff. si cer. pet. referens solū Panor. & Cremen. nota. 84. immemor. gloss. & dd. hic: ita Mantua. d. loc.

37 Mihi verior & receptior videtur opinio glo. & Bart. hic: &

ita tutius ob eorum authoritatem iudicabitur apud Lusitanos ex Ordin.lib.secundo. tit.5. tutius apud Hispanos ex l. parti. 56.tit.5.parti 5.

Nec recedendum videtur ab ea opi.in his terminis re sine culpa emptoris apud eum perempta. Tunc enim cessat ratio æquitatis qua hæc l.fundatur. Imo eadem æquitas videtur magis faueret,emptori qui precium quale quale dedit,& rem sine culpa amisit:in dubio autē magis fauendum est conuento, vt m in simili inquit I.c.in l. si seruum,91.§.sequitur,ff.de verb.obl. nec parum facit tunc ad excludendum venditorem,attēdere qđ eodem modo potuisset res apud eum perire:vt in simili notat glo.in l.fi.§.i.verbo,*dolo*,ff.ad l.Rod.de iact.& Pau.Cas. & Afflic.decis.150. nu.9. & regulariter casus absque culpa excusat,vt magistraliter tradit Bar. in l. si ut certo,§. sed interdum, ff.commod. nec potest emptor in hac materia morosus censeri,quandiu non conuenitur, vt sic contra eum non posit adduci reg. l.quod te,ff.si cer.pet.

m Facit tex. not.in l. si plures.14 §.i. in fi.ff.depos.

38 Si autem res pereat penes tertium,in quē primus emptor alienauit,tunc resoluunt magis communiter scribe.posse agi contra primum emptorem ad precium quod accepit ex re vltra id quod ipse dedit:vt si iusto precio alienauit quod minori emit, teneatur supplere venditori:secundum Salic.& Cremen.& cagno.hic,vbi supra,& couarru.d.c.4.in fi. lib.2. resol.& Fulg. hic nu.7.ad finem,& Alber.num.11.in fine: quod si idem emptor non maiori precio vendiderit, & res pereat apud secundum emptorem sentire videntur prędicti nullam super esse actionem primo venditori, ac si res periret pœnes primum emptorem, quia tunc primus emptor non plus consequutus fuit, quàm ipse dedit: nec actionem habet contra secundum re apud eum perempta sine culpa. Nec in quæstio. glo. recedendum videtur a supra deductis pro gl.& Bar.etiam si teneatur opinio Canonist.quod in proposito res & precium æqualiter sint in obligatione:adhuc enim re perempta absque culpa, liberari debet emptor,vt probant Fulgos.& Pau.hic,nu.16.Couarru.d.c.4.col.pen.Burgen.in d.c.cum dilecti, ex nu.60.quibus libenter accedo contra Beroum in d.c.nu.75.

39 Si autem emptor læsus fuerit vltra dimidiam, & res apud eum absque eius culpa perierit, putauit Anton.Gom. d. libro de contrac.capitulo secundo folio vndecimo columna 3.versi. si vero, nullum remedium tunc emptori competere aduersus

ſus venditorem, quia non poteſt illi rem reſtituere. Sed lapſus uidetur doctus vir, contrariumque magis colligitur ex mente ſcriben.& aperte contrarium ſecure tradit Couarr. d.c.quarto.in fin. Tunc enim viget æquitas huius l.ne venditor plus iuſto precio ab emptore habeat, ſatisque ei eſſe debet, iuſtum precium retinere pro re quæ apud eum ſimiliter periret. Nō enim ius quod habebat, amittere debet ex caſu in quo culpa caret, cum potius idem caſus æquitatem inducat, vt emptori ſuccurratur exburſato maiori precio & re amiſſa, potiorque tunc eſſe debet cauſa emptoris cum de damno uitando agat, venditor autem de lucro captando, in eo quod ſupra iuſtum precium retineret iuxta doctrinam gloſ.in leg.quarta §.ſi quis autem, uerbo, *cauſa*, ff.de dol.excep. quam extollit Iaſ. in §.item ſi quis in fraudem, col. quarta. nume.29. Inſti.de act.& plenius tradit Tiraquel. in l.ſi vnquàm, nu.3. Sed apud Hiſpanos opinio Anto.Gom.ex l.parti tit.5. in 5.par.leg.56. verſ.*Eſto dezimos*, vbi Gregor.Lup.ſublata ea lege in hanc ſententiam magis inclinat. Cuius leg.prædicti Hiſpani immemores fuiſſe videntur.

40 Similis articulus eſt, ſi res minori precio vendita ante traditionem pereat apud venditorem. In quo Panor.in d.ca.cum dilecti. in fine, concludere uidetur, venditorem adhuc agere poſſe ad ſupplementum iuſti precii. Idque magis ſubſtinere conatur Berous ibi, nume.75, ſed Panor. id fatetur abſurdum eſſe. Ideoque melius contradicere videtur Baptiſ. Caſtel.ad Cremen.notab.84.

Aequitas enim repugnare videtur, magiſque verior opinio gloſ. & Barto.& receptior, dum excuſant emptorem re apud eum perempta, quod multo magis dicendum eſt cum penes venditorem erit. Tunc etiam pro emptore vrget reg. tex.in l. Iulianus, §. offerri, ff. de act.emp. Viget etiam ratio proxime adducta quod venditor tunc agit de lucro captando, ſi attendas venditorem precium conuētū accepiſſe, emptorem vero rem non habuiſſe. Nec obſtat vulgare axioma, quod res perit periculo emptoris, id enim tantum procedit quo ad precium conuentum, nec quod aliud in propoſito ſcriptum reperitur.

SECVNDA PARS L. SECVNDAE

C. de rescin. vend.

CAPVT SECVNDVM.

SVMMARIVM.

1 *Agitur de notabili articulo, quando creditor ex pacto pignus vẽdit, an ex lęsione debitori competat remedium huius l. vsque ad numer. 3.*

4 *Agitur de intellectu l. 4. & 5. ff. de pignor. act. & probatur contra omnes valere pactũ, ne creditor pignus vendere poßit, usque ad numer. 10.*

11 *Explicatur glo. & l. 4. C. si vend. pig. aga. & de læsione per dolũ incidentem in contractu. vsque ad nu. 14.*

15 *Emendantur aliqua, quæ tradit Cremen. in repet. huius l. & numer. 16.*

17 *Explicatur decis. huius l. in rebus mobilibus.*

18 *Exactißime tractatur articulus de alienatione cum decreto, & de intellectu l. 1. C. de præd. Decur. vsque ad nume. 24.*

25 *Tractatur eleganter similis articulus de alienatione rei in publica subhastatione, vsque ad nu. 28.*

29 *Tractatur egregie q. an in publica subhastatione liberetur primus licitator ex oblatione secundi: & de intellectu l. Sabinus ff. de in diem addic. usque ad numer. 31.*

32 *Explicatur articulus à DD. non bene tractatus de uenditione aliaue conuentione inter medicum, & ægrum: & de intellectu aliquarum ll. usque ad nu. 33.*

34 *Reijcitur multorum inanis cautela circa interrogationem, an cõuentus sit bonus uir.*

35 *Agitur de uendente uel emente ex causa neceßitatis uel socij, aut vicini rixosi: & noue improbantur aliqua à DD. tradita, usque ad numer. 37.*

SECVNDA PARS L. SECVNDAE C. de rescin. vend.

CAPVT SECVNDVM.



1 IS quæ proxime tractata sunt, congrue annectendum videbatur id quod glo. in præcedē. q. dixit, & DD. controuertunt: an in casu huius l. sola res sit in obligatione, supplementū autem precij in facultate soluendi: an vtrumque ęqualiter alternatiue in obligatione sit? Sed quia eius inspectiōis effectus ad praxim principaliter referrūtur, cōgruentius in 3. par. id tractabitur, ubi multa vtilissima & non vulgaria explicabuntur. Interim vero non omitto vnū quod tradit Cagnol hic, nu. 211. q. 46. si creditor ex pacto uendat pignus, idque faciat viliori pręcio infra dimidiam iusti: in quibus terminis inquit, debitorem læsum agere non possę remedio huius l. aduersus bona fide ementem. Addit & alia hinc pendentia: sed huius particularis articuli rationem esse dicit, quia imputari debet debitori qui ea lege pignus tradidit, vt vendi posset: idque intelligit etiam si creditor vendens soluēdo non sit, & ad id citat ll. C. si uendi. pign. ag. & l. si cessante, C. de distract. pign. & utrobique. Bal. & Salic. & Neguzan. an de pignor. 6. par. 1. memb. nu. 26.

Ego uero aduerto, illa iura & DD. non exprimere hanc speciē læsionis ultra dimidiam, uerba tamen generalia eandem cōpręhendere possunt: ad quod considerandum erat an conditores earum constitutionum fuerint post Diocle. & Maxim. conditores huius l. nouum ius inducentis: antea enim non erat cognitum hoc remedium, ut probaui in 1. cap. 1. par.

Magis etiam in ea re aduertendum est, rationem Cagnol. indignam esse uiro tam egregie docto, excludit enim debitorem læsum, quasi fuerit in culpa permittendo creditori ut pignus uenderet eo non soluente. Sed (ni fallor.) nunquam inter doctos uel prudētes id uitio uel culpę dabitur cum ex necessitate fiat: argum. glo. l. 4. ad fin. ff. de pign. actio. & regula l. fideicōmissa, 11. §. si rem, ff. de lega. 3. Melior igitur ratio erit (quam idem Cagnol. inferius sentit) ex qualitate huius actionis, quæ personalis est, iuxta ea quæ in precedēn. c. cū glo. & DD. deduximus,

2 Sed tunc magis videretur dicendum, quòd debitor læsus agere possit remedio huius l. contra ementem à creditore: quia creditor vendens pignus, rectè comparatur procuratori, per tex. in l. si pignori, 30. in fin. ff. famil. hercis. ibi, *quod creditor egit pro eo habendum est ac si debitor per procuratorem egisset.* Et ita DD. per eum tex. quem extollit Iacobin. à S. Georg. in l. 1. nu. 7. C. si tut. vel cura. inte. & Socin. in l. 1. §. per procuratorem, nu. 5. ff. de acqui. poss. not. Fulgo. in l. 1. nu. 1. C. de dolo: Ange. in l. epistola, §. 1. & ibi Paul. Castr. ff. de pact. Receptum autem & verum est hanc l. æque procedere in venditione facta per procuratorem, vt deduximus in præceden. c. Vigeret autem magis argu. quando creditor vendens exprimeret emptori venditionem fieri ex pacto seu mandato debitoris: vt sic non obstaret arg. de quo sup. ex natura personalis actionis. Ita etiam non obstaret argu. ex Bal. hic, nu. 24. q. 20. recepto, vt per Tiraq. de retrac. ligna. §. 1. glo. 9. nu. 105. Cagnol. hic, nu. 155. Burg. in d. c. cum causa, nu. 55. de consentiente alteri vt rem suam vendat: quo casu non domino sed vendenti actionem huius l. competere dicit: id enim procedit quia emptor nihil cum domino gerebat, nec ei exprimebatur, mandato domini rem vendi: at hoc casu præsupponitur actum fieri nomine debitoris cuius pignus ex pacto vel iure venditur. Nec obstant d. l. si cessante, C. de distr. pig. & l. 1. cum sequen. C. si vend. pig. aga. non enim debitori læso in emptorem tunc negant actionem quæ creditori vel alij vendēti læso daretur: loquunturque magis ubi emptor securus esset a creditore, qui ob dolum suum in vendendo non audiretur agens. At hoc casu nemo negaret creditorem vel alium vendentem læsum vltra dimidiam audiendum fore remedio huius l. si aliud non impediat: ideoque nulla emptori fit iniuria si contra eum admittatur debitor grauiter læsus in venditione pignoris, pro vt admittendus esset creditor vel alius vēditor. Ad tollendam vero dubitationem tutius esset vt tunc creditor vendens cederet actionem debitori aduersus emptorem: ne obijci posset illud de actione personali non danda nisi inter contrahentes: ex traditis à Cremens. hic, nu. 67. versi. sed aduertendum.

3 Subdit bene Cagnol. d. nu. 211. aliud (memorabile quidem) ex d. l. 1. & 2. C. si vend. pig. ag. quod debitor non posset agere aduersus emptorem etiam fraudis participem, nisi in subsidium creditore non existente soluendo: & ita debet intelligi l. 4. eod. titul.

titul. secundum glo. ibi: quod vt receptum tradit Neguzan. vbi supra. & inde notabililiter ampliabitur dic. l. si cessante, C. de distra. pign. Sed cum illa iura loquantur de dolo creditoris vel emptoris in debitorem, non videtur recte applicari ad decisionem huius l. loquentis tantum de læsione in precio, circa aliam fraudem: secundum receptas verasque traditiones scribe. quod statim. nu. 11. magis explicabitur.

4 In eo tamen articulo creditoris pignus vẽdentis notabilis est l. 4. ff. de pign, actio. dum in fine habet, quod si inter debitorem & creditorem conuenerit ne pignus distrahatur, poterit tamẽ creditor vẽdere, si ter debitori denunciauerit, nec ipse soluerit: in quo textum illum dicit singul. Bal. ibi: & Ias. in l. cum procurator, §. si dominus, nu. 4. ff. de nou. oper. nunc. gl. celebris in d. l. 4. intelligit trinam illam denunciationem non debere simul fieri, sed cum interuallo trium dierum, de quo agit Ias. in l. si certis annis, col. 2. C. de pact. Felin. in c. si cautio, nu. 44. de fid. instrum. Dec. in l. si familia, n. 19. ff. de iurisd. om. iud. cum declaratione quã tradit Tiraq. in l. si vnquã verb. *reuertatur*, nu. 43.

5 Memorabilius est quod omnes hucusque notant ex illo tex. intelligentes I. C. ibi aperte respondisse, non valere pactũ quo conueniatur vt creditor nullo modo pignus vendere possit: quin saltem cum trina denunciatione vendere queat, ita intelligit glo. Bar. Alberi. Paul. Salic. & alij ibi, Ias. in d. § si dominus. Neguzan. de pignor. 6. par. 1. memb. nu. 3. & DD. cõmuniter. Vnde glo. & DD. opponunt & torquentur ex regu. vulga. l. penul. C. de pact. posse quemlibet fauori suo renunciare, quapropter nihil impedire videbatur, quin tale pactum ualeret, creditorique facultatem uendendi adimeret. Cui difficultati glo. ibi respondet, esse speciale eo casu ob publicam vtilitatem, quia si creditores non possent pignus uendere no llẽt homines mutuare, nec aliorum necessitatibus succurrere, & ita Bar. Salic. paul. & Costal ibi in annota. & Ange. in §. fin. nu. 1. Instit. quib. mod. re contrah. obl. Neguzan. d. loco, Dec. in l. fructus, ff. de regu. iur. Curtius in l. penul. nu. 34. C. de pact.

6 Sed eam communem rationem bene impugnat Albericus in d. le. quar. & melius cum eo Fulgo. quorum alij non meminerunt, ultra quos apertius tollitur ea ratio, quia tale pactum pendet a uoluntate creditoris, & sic nihil contra P. V. resultat, si aliquis reperiatur, qui non solum uelit mutuare, sed etiam adstringere se ad non uendendum pignus debitoris, nec id

onerabit

onerabit alios mutuare volentes: Debitores autem necessitate pressi magis se submittunt creditoribus, vt dicit glo. in l. fidei commissa, 11. §. si rem, ff. de lega. 3. Et sic patet quòd licet pactum valeret, & seruari omnino deberet, non ideo aliquid resultaret contra P. V. vt etiam bene aduertit Riminald. iunior in §. 1. nu. 153. Instit. quib. alien. lic. vbi impugnat aliã rationem Odofred. (quæ multis fortasse occurret) ne valeret illud pactum, quia inducere videtur debitorem ad delinquendum seu ad illicite recusandum soluere. Sed secundum strictum ius ea ratio non subsistit, cum tale pactum directè non inducat delictum, nec in eo militet reg. l. conuenire, ff. de pact. dot. Minus procedit alia ratio eiusdem Riminal. dicentis quòd pignus datur ad securitatem, tale autem pactum repugnat naturæ & effectui pignoris: quòd nihil valet, cum id pactum non sit contra substantiam pignoris, licet videatur contra naturam eius, iuxta distinctionem gl & Bar. in l. pacta conuenta, ff. de contra. emp. Pacto autem licet mutare naturalia contractus, & conuentioni standum, est iuxta vulgarem §. si conuenerit, l. 1. ff. depos. Et ita corruit alia ratio Fulgo. non relati in d. l. 4. qui arguebat ex l. cum precario, ff. de precar. dicens illud pactum non valere, quia esset contra substantiam pignoris: quod falsum videtur, vt proxime dixi. Nec bene applicatur d. l. cum precario, cum hoc casu ex d. l. 4. requiratur trina denunciatio, nec pactum irritum sit.

7 Aliam rationem assignat Alberi. in d. l. 4 ff. de pigno. act. vt pactum illud non valeat, quia inest tacita conditio, si debitor soluerit, argu. l. quæro, §. inter locatorem, ff. loca. quam rationẽ vt nouam tradit Alcia. in d. l. penul. nu. 41. c. de pact. cui recentiores eam tribuunt: Fulgos autem vacillans in d. l. 4. refert aliquando sibi placuisse eam rationem à qua magis recedere videtur. Ego aduerto quòd Alberi & Alcia. in ea ratione sibi ipsis videntur repugnare, apertius vero communi conclusioni: glo. enim Bar. & alij intelligunt pactum speciale ne creditor vendere possit, non valere: & ita limitant reg. d. l. penul. C. de pact. & ita etiam ipsi Alberi. & Alcia. secundum quam traditionem non est agendũ de ratione vel interpretatione voluntatis, sed de potestate: at ea ratio ex d. §. inter locatorem, respicit solam voluntatis interpretationem, quę non tollit potestatem conueniendi contrarium, vt subtilius sentire videtur Ful. in d. l. 4

8 Cum autem rationes à DD. traditæ nullatenus concludant cum etiam iuris regulæ communi opinioni nimis aduersentur,

(ut

a (vt glo.& DD.agnoſcunt)cogitabam,idque verius contra omnes arbitror,non probari.in d.l 4.id quod Bar. & reliqui hucuſque colligunt:ineptéque à glo.& omnibus opponi de reg. d.l.penul.C.de pact.Non enim dixit I.C.id pactum non valere imo ei grandem effectum tribuit,ut debitore non ſoluente ad huc creditor uendere nequeat,ſed trina denunciatio ſpectetur cũ tamen uideretur pactum illud intelligendum, niſi debitor culpa ſua non ſoluendo uenditioni cauſa daret,arg.tex.notab. in l.cum proponas.C.de nauti.fœno.& d.§.inter locatorẽ.In illo igitur pacto,ne pignus uenderetur,prudentiſsimo temperamento intelligit I. C. aliquid dandum uerbis contrahentium: aliquid etiam creditori,ne ob beneficium nimis grauetur. Verbis pactionis datur is effectus,ne ante trinam denunciationem uendere liceat:rationi uero & utilitati creditoris,ut ſaltim poſt tot denunciationes,euidentemque ceſſationem debitoris uendere poſsit:& ſic in ea ſpecie agitur tantum de quæſtione & interpretatione voluntatis, nõ de poteſtate.Vnde ſequitur nihil obſtare d.l.4.ſi teneamus contra glo.Bar. & omnes ſupra citatos,valere pactum,ne pignus vendatur: valet enim & interpretatur eo modo de quo in d.l.

Sed iã contra glo.& DD.ſequitur aliud notabilius,vt valeat pactum ne creditor pignus vendere poſsit, etiam poſt trinam denunciationem,vel etiam poſt multo plures denunciationes: ea enim l.non tollit poteſtatem conueniendi,ſed tantum interpretatur conuentionem.Interpretatio autem ceſſat in ijs quæ ſpecialiter contrahuntur:iuris vero regulæ ſatis probant validitatem talis pactionis:nec vlla ratio ex tot à DD. excogitatis contrarium euincit,vt ſup.oſtendimus:imo eadem l.4.iubet pactum circa id ſeruari:& ita l.fi.C.de iur.domi.imp. Sicut in emphyteuſi inquit l.1.C de iur.emphyt. & ita ceſſat oppoſitio & difficultas glo.& DD.ex d.l.penul.C.de pact.varietaſque rationum inefficatium quas comminiſcebãtur: Et ita reſoluo poſſe per pactum adimi eam facultatem creditori,ſpecialiter & indiuidue paciſcendo:idque magis probari in d.l.4.cum I.C.poteſtatem contrahendi aſserit,pactum vero non ex toto clarum cum temperamẽto interpretatur:ſic enim Imperator in l.1.C. de pact.pign.pactum interpretatur:poteſtatem vero non negat,vt vere contra DD.probauimus ſup.in 2.Par.rub.cap.primo columna penul.

10 Nec huic interpretationi obſtat l.5.ff. de pign. act.dixerat. Vlpian.

a Hæc Pineli ſnia non differt a Fulg.& Alciat.opinione, ſiquidẽ illi & pactũ ualuiſſe & eius interpretationem ꝓponũt nec doctores, qui cõiter huiuſmodi pactum non ualere aſſeruerunt, inutile & inualidum illud a principio fore cẽſuerunt cũ ter fieri denũciationem ex ipſius ui, ac uẽditio ſequi ritè poſſit, manifeſtè agnoſcant,itaque non ualere id pactorũ genus cenſuerunt, ad effectũ ipſum reſpicientes, & uenditionem tandem non idcirco impeditum iri conſiderãtes,quã obrem rectè Bar.& cœteri cõmẽtati sũt rectè & acutè Fulg. & Alci. rõnẽ rimati, nec quod noſter Pinelus, n.ſeq. ſubiungit,ꝓbo.ſemper. n. aliquã interpretationẽ horum pactorũ admiſſum iri exiſti

Vnde Panthal.Crem.n.14.& n.151.verba Pau.accepit, quasi Paul.loqueretur de dolo incidente in venditionem cum læsione in precio,non de dolo dante causam venditioni: & ita colligit ex Paul.egregiam declarationem ad decisionem huius l.dũ tribuit emptori electionem restituendi rem, vel supplendi precium:& econtra secundum communem traditionem læso emptore,cũ datur electio venditori accipiẽdi rẽ,& restituendi preciũ acceptũ,vel restituendi qđ vltra iustũ accepit: vt procedat qñ nulla fraus interuenit:sed tm̃ læsio re ipsa contigit:ꝙ si pter lęsionẽ in precio dolus inciderit,vel ex dolo lęsio ipsa prouenerit,tunc cesset electio quæ datur conuento, præciseque obtineat lęsus deceptus:quod etiam ex Luc.de Pen.(quem solum refert)probare videtur Math.Affli.lib.3 feud.fo.141.nu.99.tit. de prohibi.feud.alien.per Federi.in 13.notab.

12 Ego verò non dubito hos DD.non satis huius articuli veritatem explicare.Si enim dolus incidit in venditione,licet ex dolo læsio in precio resultauerit,nunquã læsus pręcise aget ad repetendam rem quam præstitit, sed tantum ad resarciendum in pecunia id quod eius intererit:id enim iure constitutum est, cum venditor vel emptor dolo alterius læditur in precio,vt notant omnes per tex.in l.Iulianus,§.si vẽditor, ff.de actio.emp. glo.& omnes in d.c.cum dilecti,& l.dolus, infr.hoc titu.Purgatur ergo vel resarcitur damnum ex tali dolo,emptore supplẽte quod iusto precio deest,vel venditore restituente quod plus iusto accepit:non autem datum præcise repetitur. Et ita aperte Hostien.in summa,nu.7.& Io.Imol.in d.c.cum dilecti,nu.14. de emp.& vend.Nec aliud vult Bal.hic.col.1.in 3. oppos.dum distinguit inter læsionem ex industria deceptiua, & læsionem ex industria negociatiua, vt ipse loquitur:cũque sequitur Ant. Burgen.in c.cum causa nu.61.de emp.& vend.notat Paul.in l. item si precio, §.fina.ff. loca. Vere enim resoluunt hi & alij communiter, sufficere quamlibet læsionem etiam modicam, quando ea per dolum alterius processit, nec tunc requiri læsionem vltra dimidiam de qua agit hæc leg.loquens tantum vbi dolus non interuenit: sed nunquam DD. dixerunt, nec vere dicere potuissent, contingente tanta læsione per dolum incidentem in venditione, dari actionem præcise ad rem: esset enim contra dicta iura & receptas sententias, quæ tantum succurrunt ad interesse, seu ad resartiendum & damnum illatum: quæ iura incorrecta & immutata sunt in tali

iuxta glo celebrem in c.cupientes,§.quòd si per viginti, verb. *petere*:de electio.lib.6.quam singul.dicit Ias.in l.1.nu.37.ff.de offic.eius cui mand est iurisd.cum alijs in simili traditis à Cep. in rubr.ff.de verb.sign.ex nu.119.

15 Nec omittendum fuit quod dixit Crem. hic, d.nu. 151. vt actio ob læsionem ex dolo incidente in venditionem nõ detur, nisi quantitas læsionis duos aureos excedat iuxta reg.L.9. secundum libr.Floren.vel l.si oleum,§.fin.ff.de dolo.Sed lapsus videtur doctus ille vir:cum ea reg.solum procedat in actione illa exorbitanti de dolo:in proposito autem datur actio ex ipso contractu tam emptori quàm venditori, secundum receptas sententias,probaturque ex l.1.§.1.& l. Iulianus, in prin. & in §. si venditor,& in l.ex empto,§.si quis virginem,ff.de acti.emp.gl. in l.dolus,in vlt.col.infr.hoc titu.Vnde contraCrem.retorquebitur allegatio,d.l.si oleum,§.fin.Maxime ex doctrina glo. ibi tradentis,pro minori quantitate dari actionem in factum cessante actione de dolo:quod plures sequuntur:& cum eis Alex. in l.si superstite,C.de dolo.Nec apte loquitur idem Crem. vbi supra dum tradit,quòd lęsio minor duobus aureis non sufficit ad rescindendam conuentionem,quasi maior sufficeret, quod falsum esset:nam & maior in venditionem incidens eam non irritat,sed actionem præstat ad preciũ quod supra iustum datũ est,vel minus iusto acceptum,iuxta iura sup.ra citata, & receptas sententias,& glo.Panor.& Imol.in d.c cum dilecti.

16 Sic etiam labi videtur idem Crem.nu.168.dum inquit,posse debitorem agere ob minorem lęsionem in venditione pignoris facta per creditorem,vel per iudicem ad instantiam creditoris,quod regulariter iure non probatur,magisq; repugnare videtur regulæ huius l.& receptis traditionibus circa alienationẽ factam per procuratorem.Obstat etiam l.1.& sequen.C.si ven. pign.aga.vbi clare habetur,nõ audiri debitorem contra emptorem nisi in subsidium.nec contra ipsum creditorem nisi dolose alienantem.Nec contrà faciunt iura,quę impertinenter Crem. adduxit,nec Bar.(quem male citat) in l.fin.ad fin.ff.de appel. recip.Diuersa enim inspectio est,si creditor distrahat non denunciando debitori,vel non seruatis alijs solemnibus, iuxta l. 4.C.de distract.pigno.l.fin.C.de iure domin.impetr.In quibus terminis aliqualiter saluari posset dictum Cremensis, iuncta l.si quos infra hoc titu.

17 Antequam alia circa hanc l. aggrediamur, explicandum

est

est vnũ,in quo aliqui dubitarunt:an decisio huius l.procedat in rebus mobilibus.Quod quidẽ indubitabile mihi videtur ex gñalitate huius l.& ex ęqtate in qua fundatur,& ex vi dictionis, *res:* q̃ oĩa nõ minus ad mobilia q̃ immobilia referũtur. Et ita clare sentit glo.hic,ad fin.Bar.& oẽs hic,& in l.precia rerum.ff.ad l. facid.agentes in proposito de æstimatione mobilium,& ita expressim Cagnol.hic,q.39.nu.198.Quod etiam colligitur ex d. Ordin.& l.parti.indistincte de omni re distracta loquentibus Id verò prætermittendum non duxi,vt caueas à Rebuf. in d.2. tom.ad constit.gallic.titu.de Rescis.contrac.glo.15.n.34.pag. 185.vbi male in contrarium citat glo.& DD.hic non contentus asserere contrarium de consuetudine seruari:quam consuetudinem etiam circa alienationem mobilium contra ius commune refert nouissimus Pedemontanus in consue. Aluer.titulo 16.articulo nono.

18 Alius est articulus scitu dignus ab omnibus in hac materia minus explicite tractatus de venditione facta cum decreto vel authoritate iudicis.In quo DD.variant:Bar.& cum eo Ange. in l.1.C.de præd.Curial.per tex.ibi tradunt,non esse tunc locũ remedio huius l.& ita Bal.in l.1.nu.2.C.de præscr.30.vel 40. anno.Pau.cas.hic,nu.5.versi.alia limitatio,qui Bar.citat quasi eius opinio receptissima esset,& eandem sequitur Corn.consi. 56.lib.3.Dec.consi.210.nu.8.versi.tertio,dicens hanc Bar.opinionem magis communem esse,sed lapsus fuit Dec.Contraria enim opinio receptior est ex Ioan.Imol.in l.precia rerum, & ibi Alex.ff.ad l.falcid.Imol.in d.l.si quis cum aliter, & in fine & ibi Alex.nu.15.& ibidem Claudius,& Panor.in c.cum causa nu.6.de emp.& vend.& ibi Anton.Burg.nu.27.& Ang. Aret. in §.si quis agẽs nu.3.Inst.de act.cremen.hic nu.108.Cagnol. nume.158.quæstio. vigesimatertia, dicens hanc esse veram & communem opi.& Anton.Gome.d.lib.de contrac. cap.2. fol. 12.col.1.in princi.& Rebuf.in d.2. tomo ad constit.Gallic. pag.186.nu.40.In quo articulo cauebis ab allegatione Alex. pro Bar.citantis Abb.in c.cum dilecti.Cauebis item à Dec. in d.consi.male citante Alex.deterius verò Rebuf. in d.loco pro opin.Bar.citat Alex.& aliquos eã maxime impugnantes. Imo. etiam Alex.& aliqui contra Bar.vbi supra citant eundem Bar. in l.1.C.de præscr..30.vel 40.anno.qui non loquitur de alienatione cũ decreto,sed in sub hastatione,quæ duo à multis supra citatis confunduntur:cum separari debeant:vt inferius hoc c. deducetur

deducetur. eundem articulum magis inoluit quam explicet Fabian. in d. trac. de emp. q. 8. nu. 22. sic nouissimus nec allegans resoluens in compend. subhasta. cap. 5. n. 6.

19 Ioa. Imol. & qui eum sequuntur pro sua opinione adducunt l. 1. & 2. c. de fide inst. & iur. hast. fisc. lib. x. vbi alienatio facta cũ autoritate iudicis in distractione bonorum debitoris fisci, rescinditur probata lęsione debitoris, & ita Cagno. hic, Burgen. in d. c. commendans d. l. 2. Sed ego aduerto quod d. l. 1. loquitur de alienatione facta non seruatis solemnibus. Sic etiã d. l. 2. loquitur de alienatione minus solemni, vel minori precio ex dolo officialis & aduersarij illius debitoris fisci: quo iam patet non solum debitori, sed etiam fisco fraudem fieri. Vnde non probat ea l. simpliciter ex læsione in precio, nec cuilibet personæ dari recursum ad rescindendam venditionem factam in subhastatione, quod DD. non aduertunt. Sic etiam responderi potest ad tex. (quem citat Imol.) in l. si quos, infra hoc tit. quẽ adduxit Bar. in l. 1. C. de præsc. 30. anno. Vbi præsupponitur fraus non soli debitori, sed & fisco damnosa: quod colligi potest ex Alex. in d. l. precia rerum, nume. 8. & ab eodem in d. l. si quis cum aliter, nu. 16. post alios quos refert. Item ibi nõ interuenit proprie decretum de quo hęc quęstio accipi potest, vt infra. Pro eadem opin. contra Barto. recte Panor. Imol. Alex. adducunt id quod in iure videmus, minorem vel ecclesiam ob læsionem in precio audiri aduersus alienationem rei immobilis maxima solemnitate factũ, d. c. cum dilecti, & l. si quidem c. de pręd. min. quod vrget a vi & similitudine rationis.

20 Tenendo autem contra Bar. quod non obstante decreto agi possit remedio huius l. ad d. l. 1. C. de præd. curial. respondet Imol. vbi supra dicens, in ea l. principaliter agi de excludenda alia obiectione, non de lęsione in æstimatione rei. Vere. n. Imperator ibi agit de Decurionibus qbus interdicebatur facultas alienandi sua immobilia: quod ibi limitatur ex causa magnę necessitatis. ea autem solemniter probata coram præside vel iudice competente, subdit tex. non audiendum fore alienantem qui postea cõtrarium intenderet, quasi is sibi ipsi repugnare, suamque turpitudinem allegare videretur: quo sensu accipi etiã debent alia verba d. l. ibi, *nec immoderatus venditor, nec emptor iniustus*: vt sẽtire videt gl. ibi. Licet enĩ ea generalia verba ad q̃titatem & æstimationem referri possint, tutius tamen est quo ad solemnitatem negocij ea accipere, attento eo quod in eadẽ

P l. princi-

l.principaliter agitur. Aliter respondebat Panor.in d.cap.cum causam:& sequuntur plures ex supra citatis, vt decretum in d. l.1.magnam inducat præsumptionem pro iustificanda venditione,non vero tollat probationem,quæ in contrarium afferatur: & ita Ang.Aret.in d.§.si quis agens.Cagnol.hic, nu. 159.tandemque id fatetur Roma.in d.l.si quis cum aliter nu.10.aliqualiter vacillans circa d.l.1.Idque fulcitur ex ead.l.in verſu.*quod si quis contra*:vbi Imperator agnoscit,nec negari poterat non obstante solẽnitate de qua ibi,posse fraudẽ cõmitti, qua probata pœnã irrogat.Nec.n.pro iudice plus est quã p̃sumptio,q̃ semper veritati cedere debet:& ita p̄dũt tradita ab Alci.reg.3.p̃sũp.9.

21 Constat igitur ex proxime deductis, nimis variasse scriben. circa hunc articulum alienationis factæ cum decreto,rece ptius tñ esse,adhuc cõpetere remediũ huius l.Ego aũt aduertebã hũc articulũ aliter accipi posse quã DD.explicauerint. Aut.n.authoritas vel decretũ simpliciter interuenit,vel tm̃ quo ad cãs alienãdi,& tũc non dubita rẽ veriorẽ esse magis cõem sñiam,vt vẽditor vel emptor læsus vltra dimidiã iusti precij, audiri debeat remedio huius l.Si vero decretũ interuenit circa æstimationẽ ipsius rei causa cognita inter maiores, tandemque iudicatum fuit super æstimatione & precio, tunc videretur amplectenda opinio Bar.& sequaciũ ob authoritatem rei iudicatæ,quæ inter partes ius facit, iuxta l.1.ff. quæ sent.sine appellat.c.cũ inter,de re iud.l.cum putarẽ 37.ff.famil.hercisc.l.si fideiussor.29. §.in omnibus, ff.mand.cum traditis à Dec.in l. res iudicata,& ibi Cagnol.ff.de reg.iur.In quibus terminis fortasse iudicatũ fuit pro Bart.in casu relato a Rebuf.in d.2.tom. pag.186.nu. 40.Vel potuit alia iusta causa moueri grauissimus Senatus Parisiensis,cuius sententiam Rebuffus adducit vbi sup.

22 Nõ est igitur dubitandũ,quin verior sit receptior opinio in hoc articulo:vbi simpliciter notitia, vel licẽtia iudicis interuenit,vel cognitio quo ad aliud,nõ quo ad rei æstimationẽ.Nec.n.iudicis authoritas operari debet extra ea,in quibus interuenit:nec p̃iudiciũ facit,nisi vbi nomen & effectus rei iudicatæ resultat.Ex quo sequitur magis pro cõi cõtra Bar.in d.l.i.C.de p̃d. decur.non cessare remediũ huius l.ẽt si pro altero ex cõtrahentibus consanguinei interueniant:id.n.adimere non põt querelã parti læsæ.Nec contra dicit gl.celebris in l.Polla.C.de ijs quib. vt ind. que p̄batur ex d.l.si q̃dẽ C.de p̃d.minor. magis vero in terminis probatur ex tex.not.agẽte de filio læso in actu,in quo

interuenit

interuenit authoritas patris eiusdemque tutoris) in l. etiam si patre. 30 ff. de minor. Quæ iura citare debuit Panor. in d. cap. cum causa, cum Bar. opinionem impugnat.

23 Ex quibus consecutiue infertur ad id in quo Cagnol. hic nu. 160. repræhendit Cremensem hic nu. 120. limit. 21. Cremensis enim cum Vital. quem refert, limitat hanc l. ne procedat in cõuentione, quam partes fecerunt confirmari a iudice, & assumere nomen sententię, iuxta id quod sępe in praxi contingit, & tradiderunt Bar. & Plat. in l. si quos, C. de decur. ad quã praxim confirmandi conuentiones per sententiam, pondero Bar. in l. stipulationes non diuiduntur. nu. 40. vers. preterea ff. de verb. oblig. probat etiam tex. in l. si conuenerit. 26. & ibi notant scriben. ff. de re iud. tex. etiam in l. tale pact. Cagnolus autem in eisdem terminis contrariũ tenet: amplians hanc l. apte & fortiter arguens ex receptiori opinione proxime tradita circa alienationem cum decreto: & ita tenendum videtur, etiam si aliqua causæ cognitio interuenit quo ad aliud, non principaliter super ęstimatione rei: magis vero quando absque causæ cognitione simpliciter (vt sæpe fit) per iudicem confirmatur partiũ conuentio, vt magis colligi potest ex Plat. in d. l. si quos: & in simili ex Alci. in l. filiusfa. §. diui, nu. 32. in fi. ff. de leg. 1. & in decreto Dec. cons. 351. nu. 7. vt sic obiectio quę obstaret conuentioni, admittatur aduersus nudam illam confirmationem, imaginariumque sententię nomen: ad quod conducit tex. notab. in l. ex stipulatione, C. de senten. & interloc. ibi, *non omnis vox*: & ibi, *si non causa cognita.* In quo etiam eleganter induci potest notab. tex. in l. 1. §. si quis sub conditione, ff. vt legat. seu fideic. nom. caue. ibi, *easdem causas & conditiones in esse:* & ibi, *eãdem quoq; opponendam* & tex. in l. Titius. 54. in fin. ff. ad Trebel. Oldra. cons. 138. quod in proposito probare videtur Greg. Lup. in l. 56 tit. 5. par. 5. verbo, *menos*, in fine.

24 Tandem in eodem articulo dicebant nonnulli, decretum iudicis, vel eius authoritatem (si quando operari potest) intelligi debere de maiori iudice, non de pedaneo vel infimo: vt ex Cardi. Paris. refert Cagnol. hic nu. 158. & ex Bal. tradit Rebuf. vbi supra: & vltra eos generaliter ad limitandam pręsumptionem iuris pro iudice, tradit Ias. in Rub. C. qui admit. col. 2. & in tit. qui feud. dar. pos. n. 10. & Hippol. sing. 438. Gerard. notab. 57. in fi. facit. qđ ex Aret. de iudice indiscreto tradit Alci. Reg. tertia præsup. decima numero decimo. Quibus addo tex. ad id

notabilem in l.3. versi.si quis ad pedaneum.ff.ne quis eum:licet contradicere tentet DEC.in l.pacta nouissima.nu.6. C.de pact. Vnum vero nullibi animaduersum in eo articulo non omitto: DD.enim q.proponunt quod alienatio fuit cum decreto: & quærunt an ea non obstante agi possit remedio huius l? Quæ inuestigatio principaliter respicit venditorem læsum, sed cum præmittitur alienationem fuisse cum decreto, agnosci debet regulariter alienatam fuisse rem minoris vel fisci, vel ecclesiæ:quibus proprie decreti solemnitas congruit: regulariter enim in alijs non requiritur. Vnde secundum iuris principia, & receptas traditiones, necessario sequi videtur, non obstante decreto, illis personis vel causis ob læsionem succurrendum fore etiá nō spectata læsione vltra dimidiá:q DD. non aduerterût.

25 A præcedenti articulo pendet alius similis de venditione in publica subhastatione quem plures DD.à præcedenti non distinguunt, utrumque pro vno accipientes. In quo Ang.perusi.ex d.l. 1.C.de præd.decur.non semel tenuit, remedium huius l.locum non habere, quando res distrahitur in publica actione. idque nonnulli sequuntur. Sed contrariû verius est receptius est, vt sic decisio huius l.procedat etiam re distracta in publica subhastatione:quod cum Imol. & melius sentientibus tradit Alex.in d. l.si quis cum aliter, nu. 16.& ibi Rom.nu.8. Alex.in d.l.precia rerû: Areti. in d.§.si quis agens, insti. de action.Anton.Gomc. vbi supra corn.cons.56.li.3.Burge.in d.c.cum causam, nu.27. Rebuf. in d.2.Tomo.pag.186.nu.38.& pag.452. tit. de præconi.in fin.dicens hanc esse veram & communem sententiam, b &ita in praxi seruari. Eandem probat Cremen.hic nu.102.communemque & veriorem dicit cagnol. nu. 161. eandem sensit Bar. in l. 1. C.de prescri.30.vel.40.ann.Hæc autem receptior opinio fortissime pbatur ex pxime deductis circa alienationē cum decreto, quo interueniente verius & receptius esse probauimus non cessare remedium huius l. Regulariter autem, vbi in alienatione decretum requiritur, subhastatio etiam præsupponitur, vt notant plures ex supra citatis, & Bar. in l.licitatio, nu.3.ff. de publica. & vectig. tex.& Albe.in l.& si fine, 8.§.1.ff. de minor. Bal.in l.ordo, nu.4.C.de exequ.rei iud.Ioan.Plat.in l.si tempora, col.1.c. de fide instru.lib.10.Et Math. afflic. lib. c onstitu.Neap. Rub 38. in fin.

b Hoc idem testatur Ale. consi. 117.n. 8.uolu.7. pro qua snia adde glo.in l.3.C. de iur.fis.li.x.

62 In eodem articulo vltra scriben. considerandum videtur duplex subhastationis genus: alterum necessarium, alterum

voluntarium

voluntarium. Necessarium censebitur in distrahendis rebus fisci, minorum, Ecclesiæ, vel Reipub. secundum receptiores traditiones ex DD. proxime citatis, & Soci. cons. 95. n. 5. lib. 3. Dec. cons. 556. nu. 4. Iacobin. à S. Georg. in l. Titia, ff. de iure dot. Dicetur etiam necessaria subhastatio in rebus condemnati pro executione rei iudicatæ, iuxta tex. in l. ordo: & in l. a diuo Pio, §. in venditione, cum sequen. ff. de re iudi. Voluntaria autem subhastatio dicetur, quando extra has causas quis voluerit res suas in publico loco ad vocem præconis distrahere: vt ex licitatorum calore carius res vendantur, vel saltim ex hominum concursu citius distrahantur, vt sæpe fit in magnis ciuitatibus. In subhastatione aũt necessaria notabilior erit cõis opi. cũ in illis terminis iudicis authoritas, magnaq; solẽnitas interueniat: nõ ita in auctione volũtaria. Vnde de priori loquuntur iura, quæ subhastationi magnum effectum tribuunt, l. fi. C. si prop. publi. pensita. l. si hypothecas, c. de remis. pign. quam in sua decisione extollit Pau. in l. 2. C. si aduer. fis. & tradit Affl. deci. 340. Quæ iura vtiliter limitantur ex hac receptiori opinio. iuncta l. si quos, infra hoc tit. quam bene adduxit Bar. in l. 1. C. de præscrip. 30. vel 40. anno. Eãdemque communem sentẽtiam notabiliorẽ reddit id quod in rerum æstimatione nimium attendi solet, locus scilicet publicus, seu mercatum, vt loquitur tex. in cap. primo de empt. & ven. Bar. in l. si seruus, ff. de cõdic. furti. Sed consideratio loci publici, & communis licitationis solam præsumptionem inducit, contra quam concludens probatio negari non debet: ex quibus hęc recepta opinio magis amplectenda est, eamque sequitur Iacob. Curti. Brugen. lib. 2. coniectur. ad fra. c. 10.

27 Tutior etiam redditur communis opinio attẽto eo, quod experientia docet, in ijs quoque publicis distractionibus fraudem aliquando committi, d. l. si quos, infra eod. l. 2. C. de fide instru. l. 3. C. de execu. rei. iud. l. fin. C. si in caus. iudi. Sic Cicero lib. 3. offic. tollendum ex contrahendis rebus omne mẽdacium tradit: subdens, *non licitatorem venditor, nec qui contra se liceatur, emptor apponet.* Denique in hoc articulo subhastationis repetendum est, quod nuper animaduertimus in præcedenti articulo decreti: cũ frequentius subhastatio præsupponat distractionem fieri nomine fisci, vel alterius personę vel causæ: in qua etiam ob minorem læsionem restitutio concedi debet, non obstante solemnitate interposita, iuxta d. l. si quidem, C. de præd. minor. & d. l. 8. §. 1. versicul. 3. ff. de mino. A fortiori igitur

ex subhastatione negari nō debet remedium huius l. præsuppo nentis maiorem læsionem, nempe vltra dimidiam iusti precij: quod DD. aduertere debuerunt.

28 Apud Lusitanos vero circa quæstionem rei venditæ in publica subhastatione, & iudicis authoritate, locum adhuc esse remedio huius l. decisum est lib. 4. tit. 30. §. fin. vbi vnum egregie additur quod apud scriben. non ita reperitur: nempe quod si post solemnes licitationes & præconia debito tempore peracta, debitori cuius bona distrahuntur, denuncietur vt soluat, nec ipse satis fecerit, transactis octo diebus: tunc nec venditor, nec emptor læsus audietur ob eam maximam solemnitatem, & geminatam denunciationem, argu. gl. in §. penul. verbo, maior, Inst, de iure perso. ibi, *tanta solemnitas*. Ex qua Ang. Aret. inibi notabilem doctrinam elicit ad sustinendum actum, in quo non tātum ordinaria solemnitas, sed & alia exactior interponitur: quam ad propositum nostrum notat & ornat Burgen. in d. c. cum causam, nu. 28. licet absque fundamento contra dicat Cagnol. hic nu. 159. in fine. Nec decipiaris cum aliquibus, qui contra communem opinionem in hoc articulo subhastationis adducunt Baldum in d. l. ordo, n. 6. C. de execut. rei iud. qui (si bene attendas) tantum loquitur de creditore pro debito accipiente pignus, in quo fit executio iuxta terminos l. a diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudi. De quo tex. & articulo, (qui diuersus est) superius diximus, maxime in 4. cap. 1. par. huius l.

29 In prædicta materia subhastationis (quæ frequētissima est) vnum addo, in quo sæpe dubitari contingit, nec DD. in eo satis sibi constant: si in publica auctione vnus licitator certum precium offert, alter vero maius precium promittit, an & quo modo liberetur primus ex licitatione secundi? In quo Bar. in l. licitatio. nu. 1. q. 1. ff. de publican. & vectig. indistincte inquit, non liberari primum licitatorem, si postea secundus domino, vel vectigal locanti displiceat, idque sequitur Alex. ibi ad Bar. Et secure tradit nouissimus Iodoc. Brugen. in compend. subhastat. cap. 4. nu. 8. neminem pro, nec contra citans: & cum Bar. est Salic. in l. penes C. de vectig. Firmian. de gabel. 1. par. nu. 20. Bar. autem ad suam opinionem citat tex. quasi expressum in l. Sabinus ff. de in diē addict. vbi & Costal. in annotatio. secutus Bar. idem putat. Contrarium vero aliquando consuluit Bal. quem refert Pau. in d. l. licitatio: refert etiam & sequitur Cremen. notab. 40. & ibi additio: & Chass. in consu. Burg. Rub. 5. §. 1. n. 23.

char.

char.207. In ea varietate concordiam adhibet Pau.Cast.in d.l. licitatio, vt opinio Bar. procedat, quando vectigal secundo licitatori adiudicatum fuit, vel tēpus licitandi lapsum est: contraria autem opinio locum habeat, quando adhuc tempus durat, adiudicatioque facta non fuit: eodem modo in alio consilio distinguere Baldum tradit Alex. ad Bar. inibi: & Boer. decis. 208. vbi magis probare videtur distinctionem Pauli: & eo non relato, ita distinguere videtur Rebufus. in d. 2. tomo. pag. 451. nu. 21. tit. de prçcon. artic. 7. Varietatem autem opinionum nude refert Hippol. in l. 1. §. si serui, nu. 21. ff. de quæstion. Et secundū opinionem Bal. vt primus licitator liberetur, magis concludit Alber. in l. si venditor. ff. de in diem addict. dicens ita se in praxi consuluisse. Contrarium vero, & sic secundum opinionem Bar. consuluit Ang. consi. 324. quem non percepit Boer. in d. decis.

30 Ego in ea varietate aduerto concordiam illam Paul. Castr. totam ferè esse pro opinione Bar. qui vero similiter non negaret, quin post adiudicationem secundo factam, primus liberetur: nec Bal. in alio consilio eam distinctionē probauit. si cum iudicio expēdas relationē Alex. & Boe. secundū quā nec Bal. in eo sibi contrarius dici debet, sed id voluisse, quod statim probabo. Ang. autem in d. consi. nu. 3. aperte concludit nō liberari primum licitatorem etiam ex acceptatione secundi, nisi acceptatio plena sit: secundum traditionem glo. in l. quod autem ff. de in diem addict. quam citat, aperte sentiens distinctionem Pauli Castr, vt primus non liberetur, nisi post addictionem secundo factam. Bal. autem in d. consi. melius voluit priorem liberari, quū dominus vel locans secundum licitatorem statim non repellit, sed magis licitationem eius admittit. Et ita aperte Alber. in d. l. si venditor: & his non relatis ita resoluit Cur. Brug. lib. secundo. coniect. ad frat. c. 10. ad finem. Et ita videtur intelligēdus Rebuf. vbi supra: & Ioan. Plat. in l. si tempora, nu. 2. ad fin. vers. & intellige, C. de fide instrum. & iure hast. fiscal. Quæ resolutio tutior videtur: nec enim iustum esset, vt dominus vel locans possit non admittere primum licitatorem ob secundum plus offerentem: postea vero secundo aufugiente: vel non idoneo reperto, primum obligare. Et sic cum vtriusque contrahentis æquale ius esse debeat, id longe iniquum, & consequenter nō admittendum.

31 Nec obstat tex. in d. l. Sabinus: nec glo. in d. l. quod autem, ff. de in diem addict. quibus Bar. Ang. & alij. fundantur, dum tex.

& glos. priorem non liberāt ex oblatione secundi prefectę non
c acceptati: & ita d. l. si venditor, eod. tit. Aduerto enim ea iura agere de venditione perfectę cum priori contracta, quæ suspendebatur ex oblatione melioris conditionis, iuxta l. 1. cum alijs, eod. tit. Et sic pactio illa adijciebatur prorsus in fauorem & vtilitatem venditoris, vt oblata meliori conditione alteri vendere posśit: ac proinde id negotium voluntati commissum censetur, per tex. notab. in l. 2. ff. de leg. commis. ibi, *ita accipitur, si venditor inemptum esse uelit, quia id uenditoris causa cauetur*. iūcta. vulg. reg. l. quod fauore, cum ibi notatis, C. de legib. Et in id poterunt ingeniosi inducere tex. in d. l. Sabinus, vers. quid tamen, vbi si pactum illud adijcitur ęqualiter pro emptore, liberatur omnino ex oblatione secundi, etiam inuito vēditore. At in nostra q. & licitatione vectigalium nihil magis cum primo, quàm cum alijs actum censetur: imo ex qualitate rei, & consuetudine semper magis acceptari videtur qui plus offert: quod etiam iuris est, vt in l. penes, C. de vectigal. & commis. Et sic primus licitator rectę obijcere potest, liberatum se cēsendū, cum alterius plus offerentis licitatio recipitur. Nec obstat argumentum Ale. ad Barto. in d. l. licitatio, arguentis ex eo quod primus licitator fraudulose poterit submittere alium non idoneum vt se liberet: respondeo enim, quod dominus vel officialis locans vectigal potest non admittere non idoneum licitatorem: eiusque conditionem inuestigare debet, iuxta l. qui cum alio, ff. de reg. iur. qđ si fraus primi probetur, actio contra eum ad totum id quod interest, dabitur, iuxta d. l. si venditor, ff. de in diem addict. & ita apud Lusitanos habet Ordi. *da fazenda*, ca. 161. Procederet autē opin. Bar. quando locans statim repelleret secundum licitatorem, vel quando vectigal locandum proponeretur ea forma, vt post tempus & examen licitationum dominus eligat: tandemque in ea re consuetudo prouinciæ maxime obseruabitur, vt generaliter habet tex. in l. 4. §. fi. ff. de publican. & vectigal. Et ita resoluo vtilem articulum a DD. male explicatum.

c Hęc solutio eadem est cū Bal. & Crem. no. 40.

32 In materia huius l. negantis remedium in læsione non excedente dimidiam iusti precij adducunt nonnulli pro limitatione tex. in l. Medicus, ff. de varijs & extraord. cognit. ne valeat uenditio, quam æger medico facit durante ægritudine. Et ita eā l. generaliter ibi notat Alber. & Bar. dicens eam singul. Et ita indistincte intelligit & extollit Anton. Burgen. in d. c. cum causa, nu. 51. & Panor. in c. quia plerique, num. 34. de immun. eccles. &

Rebuf.

Rebuf.d.2.tomo,pag.187.nu.44.Et ita generaliter citant eam leg.Bar.Ang.Plat.in l.Archiatri.C.de profess.& medi. Sed contrariũ regulariter apertesẽtit Bal.in l.interpositas,nu.5.ad fi.C. de transact.ex verbis eiusdem l.Medicus,que ita habent, *Medicus,cui curandos suos oculos,qui eis laborat,commiserat,periculũ amittendorum eorum per aduersa medicamina inferendo,compulit,ut ei possessiones suas contra bonam fidem æger uenderet, inciuile factum præses prouinciæ coerceat,rẽque restitui iubeat:* Quæ verba I C.vere non præstant generalem conclusionem, quam DD.colligunt:sed magis onerare videntur improbum medicũ qui maligne curationem differt,malis vtens medicamentis: vt maiorem impresionem ægro faciat. Et ita Bal. sentit Alcia. ibi.nu.20.& nemine relato Ias.in §.quadrupli,nume.7. Inst.de actio Et ita Cagnol.hic nu.191. magis contendens, tex.illum regulariter admittere pactionem medici cum ęgroto: vt etiam iudicauit cons. Neapoli. secundum Math. Afflic.decis.centesima vigesima tertia, vbi nec Baldus. nec alium pro aut contra citat.

33 Ego priorem sententiam receptiorem, verioremque arbitror,quam vltra DD.aperte colligo ex glo.in l.1.§.si cui,verb. d suspensa,ff.de varijs & extra ord.cognit.ex gl.clariori in l.q.sqs, §.pręterea,verb.contractum,C.de postul.quę generaliter intelligit d.l.Medicus, ne vlla conuentio valeat inter medicum & infirmum durante ægritudine ad exemplum clïetuli & aduocati,inter quos durante lite cõuentio nõ admittitur,iuxta tex.not. in d.§.ptcrea:quasi valeat argumẽtũ de aduocato ad medicũ, arg.c.cęterũ,de iura.calũ.vbi Panor.nota.Imo maior prohibẽdi ratio videtur in medico cum ægro,quàm in aduocato cũ cliẽtulo,vt constat ad sensum:& ita vi rationis dictæ leg. Medicus,extendi debet,licet,eius verba restrictiora sint Aduerto ẽt, quòd d.l.loquitur in venditione,& sic in causa onerosa: vnde multo magis procedet in promissione lucratiua. Et ita intelligi debet d.l.Archiatri, quæ male ab Afflic. & alijs restringitur ad medicum habentem salarium publicum:cum verba eius l.generalem sensum magis exprimant ibi, *quos etiam patimur accipere quæ sani offerunt non quæ periclitantes pro salute promittunt* Et sic ea l.manifeste ex verbis & ratione omnem medicũ comprehẽdit.aliter enim tempus non distingueret,Et ita suadet ratio publicæ vtilitatis, ne alias fiant iniquæ extorsiones quod lex abhorret,vt in l.si per impresionem, C.qđ met.caus.

Non

e Intellige id processurum i medico, cui salariū publicè constitutū non est nam alioqn is nec sponte ab ægroto oblata pōt recipere iuxta tradita per Hypp. in l.una. n.239. C.de rap.uir.

f Hæc glo.cū sequacibus in neutrā partē allegari pōt, nec seu a Bar. & cōi, seu a Bal.& nō minus cōi (si adiūxeris gl. auctoritatem pro eo noue expēsā) stes, Carpi pōt nā loquitur de conuentione facta cū medico ad morbi curationē, & sic antequam ab eo curari inciperet, & in eius fidem receptus esset quo tempore rite oēs cōuētiones uniri possunt maxime quę ad salariū spectent in quo etiam post curam & patrociniū susceptū declarando contra ctū recte procedere aliqui

e Non negamus hic, posse medicum ab ęgro donata licite accipere, nec eum astringimus, vt gratis curet, iuxta tradita per Anan, & Felin. in c. tua nos, de homicid. Rip. de peste, ad fin. cum supra citatis. Ex gl. autem in dicto loco, ex professo irritante conuentionem inter medicum & ęgrum, noue aduertes contra eādem glo. & DD. in l. Martius, ff. locat. in quęstione promissionis medico factæ ad curationem ægri, qui sanatus ad infirmi- f tatem redijt. Præsupponere enim videtur glo. indistincte inter eos valere cōuentionē, & ita specul. in ti. de salar. medic. nu. 1. in fine primi tomi: quorū authoritate excusari posset senatus Neapolitanus in decis. de qua supra.

34 In minori etiam læsione seu non vltra dimidiam vulgare est il lud, quod pro cautela aliqui cum Ana. tradunt, vt conuētus interrogetur, an sit vir bonus: quod ipse verosimiliter non negabit. Vnde eo asserto, colligebant posse conuentum damnari ad resarciendum læsionem, etiam quæ dimidiam iusti precij non excedat: arguentes ex glo. celebri in l. semper in contractibus, 158. vel secundum alios, 197. ff. de reg. iur. quę limitando §. idem Pomponius, l. in causę, ff. de mino. dixit, non licere bono viro etiam in minori quantitate alium decipere: quam cautelā ibi refert Dec. nec improbat, concludens tantum nō teneri, cōuentum tali interrogationi respondere, & ita Feli. in c. fi. nu. 13. de præsump. Ias. in l. pe. nu. 5. C. de pact. Ferrar. caut. 4. Cremen. hic nu. 169. Rebu. in Auth. habita. Omphal. de vsurpat. leg. lib. 2. cap. 9. Sed nemo doctus forique digestionem habens eam puerilem captionem probabit, vt melius aduertit Burgen. in c. cum dilecti. nu. 15. Dec. in d. l. pen. n. 11. Cagno. hic nu. 20. Rebuf. 2. tomo. pag. 178. Idque necessario euincitur ex eo, quod hęc l. tā bonos, quàm iniquos comprehendit, vt bene aduertisse videtur pract. Papien. in form. libel. in causa venditionis, versi. pro precio: idemque colligi potest a D. Tom. relato a Cæpol. de simulatio. contract. nu. 25. Vnde licet interrogatus respondeat se virum bonum, deficit ius quo minor lęsio tunc in iudicio emendari debeat, cum a constituto iure recidi nequeat, iuxta vulg. l. prospexit, ff. qui & a quibus. Vnde etiam necessario consequitur, ineptam esse differētiam, quā plures constituunt in ecclesiasticos & laicos, quasi in ecclesiasticis minor lęsio emendanda sit, cum glo. in c. hoc ius porrectum, 10. q. 2. ver. vt plus. & Cremen. hic n. 161. & Zanetin. differētia, 131 & alij quos citat Tiraq. in 9. l. conub. nu. 11. sed in foro contentioso id nullatenus

sustineri

sustineri potest, iuxta d.c.cum dilecti, vbi Burg.notat, & Dec. in l.penu.nu.8.& sequen.& ibi Cur.nu.8.C.de pact.& melius Cagnol.hic,nu.10.licet in ea re multa ad salutem, & securitatē animarum ample & neruose tradat insignis Nauar.in rep.cap. nouit,ad finem 6.notab.

35 In eod.proposito.vt aliquando succurratur læso etiam ob minorem quantitatem,memorabilis est traditio Anchar.in c. peccatū,nu.21. de reg.iur lib.6.ubi inquit, hanc l.& c.cū dilecti,quatenus non succurrunt,nisi in læsione vltra dimidiam, procedere quando voluntarie contrahitur:diuersum autem fore in eo,qui ob necessitatem vilius vendit,vel carius emit, vt tunc ob minorem læsionem ei succurratur, duoque exempla speciatim proponit,ex quibus multa alia deduci possent.Exempla Ancharani sunt in eo,qui ne familia fame periret, vel vt se hostibus redimeret,vel ad vitandam communionem aut vicininitatem socij vel vicini rixosi carius emeret,aut vilius venderet subditque Anchar.etiam in foro exteriori & ciuili succurrendū fore.Idque ad forum canonicum refert & multis comprobat insignis Nauar.in c.nouit.6.notab.nu.91.de iudic.Similiter ad forū contentiosum eandem traditionem refert & extollit Lauren.Calcan.consi.27.ad fin.cuius consilio subscripserunt viri doctissimi,vt patet ex consi.ibi sequenti & eius fine.Et ita in exēplo redimentis vexationem socij vel vicini rixosi doctrinā Anchar.sequitur & extollit Ias.in §.sed istę quidē,nu.107.Inst. de act.& Alex.ad Bar.in l.item si precio,§.fin.ff. loca. Ioā.constan.ad constit.gallia.pag.209.Pet.Gerar.sing.22.ad fin. & generice Ancharanum vbi supra referendo, sequi videtur Felin.in c.cum causam,ad fin.de testib.

36 Ego autem in priori exemplo de emente vel vendente ob necessitatem,scio in iudicijs opinionem Ancha.nullatenus admitti,nec magis succurri læso ob necessitatē contrahenti:atque ideo etiam in eo seruari decisionem huius l.& c. cum dilecti. Nec ista iura admittere possunt restrictionem Anchar.quę amplior esset,latiusque in vendēte pateret,quam ipsa regula.Sępissime enim contingit homines(saltim immobilia)nō nisi necessitate pressos vendere.Item necessitas vendentis non inducta exculpa vel facto ementis,non debet emptorem ipsum onerare quoad forum exterius.Et ideo tantum ad sanitatem conscientię traditio Anchar.procedet.ex Salic. ita cautius intelligente in auth.ad hæc,q.21.C.de vsur. & ita colligitur ex Cremen.hic, nu.

sunt opinati ut colliges ex gl.uerb.contractū ad fin. in §.præterea l.qs qs.C.de postu. quem admodū probat tex. apertus ubi oēs notarunt in d.§.præterea ibi in ppria recepit fide.

nu.162. probaturque in terminis per tex. vbi notant Paul. & alij in l. non id circo, infra hoc tit. vbi respondetur non magis
g succurrendum fore vẽdenti ex urgẽte necessitate: idemque probatur ex l.4.C.de pignor. Ex quibus iuribus periclitatur etiam, quod aliqui referunt consuluisse Pau. Cast. vt tradit Calcan. cons.28.nu.4.

g Probatur & hæc eadẽ uerior opin. contra Anc. & sequaces ex tex. in c. ad nostrã de rebus eccl. non alienã. quem subtiliter idẽ noster Pinel. ad hanc rẽ inducit inferius ista ead. par. c.4.nu. 27.

37 Quoad secundum exemplum ementis vel vendendis ob socium vel vicinum rixosum, credo plures ex supra citatis non satis rem expendisse, dum generaliter loquuntur. Si enim quis vilius vendit alicui tertio, vt vitet socium vel vicinum rixosum, nemo sanus probare debet, venditorem tunc ex minori læsione admittendum fore: tum quia obstat generalis regula huius l. & c. cum dilecti, tum & magis, quia emptor subit tunc eandem vexationem socij vel vicini rixosi: & ita pro emptore retorquebitur agumentum DD. ex onere & incommodo mali vicini. Sic etiam si quis emat partem socij, vel vicini rixosi, non videtur audiendus, si alleget aliquanto carius emisse. Adhuc enim in iudicijs non licebit ex ea causa læsum admittere, nisi lęsio sit vltra dimidiam, iuxta decisionem horum iurium, iuncta reg. l. prospexit, ff qui & à quibus. Maxime quod emptor, & si aliquid plus iusto precio tunc det, minus lædi videtur tollendo seu vitando malum socium vel rixosum vicinũ. Et ita retorquetur fundamentum DD. ex glo. l. quod sæpe, §. fin. ff. de contr. empt. Vrget etiam contra DD. quòd in eisdem terminis aliquid lucratur, qui emit partem socij vel vicini: ita enim auget valorẽ rei suæ: vt probat tex. notab. in l. si cui fundus 56. ff. de leg. 2. ibi *confines fundos etiam supra iustam æstimationem interest acquirere:* quem tex. ornabis & ad multa vtilia applicabis in materia diuisionum ex notabiliter trad itis ab Anton. Capi. decis 42.

38 Aduerte tamen, quod I. C. in d. l. si cui fundus, respicit actus voluntarios: nec illa consideratio onerabit emptorẽ læsum vltra dimidiam communis & iusti precij. Adhuc enim ei succurretur ex remedio huius l. respicientis iustam & communẽ non singulare precium, vel interesse: vt colligitur ex generalibus verbis huius l. & l. precia rerum, cũ ibi notatis, ff. ad l. facid. cum ijs quæ infra dicemus, & DD. tractant de modo æstimandarum rerum, in hac materia facit bonus tex. in l. 1. versi. sed si rẽ, ff. si qd in frau. pat. ibi, *opportunitatis uel uicinitatis.* & ibi, *nudo pacto erit audiendus.* Qua rõne idẽ cõtrario d cendũ est, si venditor se læsum queratur, læsionemque augeat simili de causa,

sa, quòd rem suam diuiserit, vel quod emptor plus precij dare deberet, eo quod aliam partem vel rem vicinam habebat. Non enim dicitur damnum, nisi ex precio communi iuxta proxime dicta: & tex. in d. §. si rē ibi, *Fraus enim in damno pecuniario accipitur.* Et ita cessat argumentatio ex l. si in emptionem, ff. de minor. quæ loquitur specialiter in minore, & in eo singul. est secundum Burgen. in c. 1. col. 4. n. 23. de emp. & vend. Ornabis autem ex multis per Tiraqu. in prefat. lib. de retract. ex nume. 44. cum sequen.

SECVNDA PARS L. SECVNDAE C. de rescin. vend.

CAPVT TERTIVM.

SVMMARIVM.

1 *In materia huius l. tractatur notabilis q. de impensis, & meliora mentis ab emptore factis in re, quam uenditor postea auocat remedio huius l.*

2 *Ad eam q. agitur de inductione tex. in l. intra vtile, §. fi. ff. de minor. & nume. 3.*

4 *Adducitur notabilis conclusio in materia deducendi expensas eademque limitatur nu. 5.*

6 *Agitur de intellectu l. penul. ff. loca. circa impensas coloni vel cō ductoris: & explicatur glo. ibi aliter quàm scriben fecerint.*

7 *Resoluitur q. frequentissima de impensis factis ab emphiteuta, an ei vel heredi sol ui debeant.*

8 *Tractatur vtiliter ad eundem effectum an idem ius sit in conductore ad longum tempus, quòd est in emphiteuta: nouaque distinctio traditur ad Ias. & Beroum uariantes.*

9 *Adducitur in eo proposito noua declaratio Molin. & Baldui.*

10 *In eadem materia traditur alia declaratio utilissima circa expensas factas ex conuentione.*

11 *Tractatur exactissime celebris q. in qua uariāt Bar. & Bal. an per remedium huius l. resoluatur hypotheca interim ab emptore contracta: expenduntur que DD. argumenta, et probatur opin. Bal. usque ad nu. 15.*

Ad

16 *Ad opinionem Bal. noua & egregia declaratio traditur ut emptori succurratur bonam fidem agnoscenti, & nu. 17.*
18 *Agitur de intellectu l. nouissime, ff. quod fals. tuto. autho. quam Cagnol. hic adduxit.*
19 *Ex resolutione praecedentis q. infertur notabiliter contra Molin.*
20 *Latissime & utilissime confutatur unū magni momenti, quod Cagnol. & Gozad. secure tradunt circa pactum reuendendi: ostenditurque ex eo resultare obligationem rem praecise tradendi emendāturque multa à DD. scripta, & explicantur alia ab eis confuse tradita ad materiam l. 2. infra de pact. int. emp. & uendi. usque ad numer. 29.*
30 *Agitur de donatione uel pacto donādi p gl. et Bar. cōtra plures.*
31 *Tractatur ad praecedentes quaestiones de emptore laeso agente ex remedio huius l. usque ad nu. 33.*
34 *Tractatur ecōuerso de deterioratiōe rei penes emptorē cōtīgēte.*
35 *Agitur de gabella & laudemijs, aliisque oneribus pecuniariis ab emptore uel uenditore solutis, an deduci uel repeti possint, rescissa uenditione per remedium huius l. usque in fin.*

SECVNDA PARS L. SECVNDAE.

C. de rescin. vend.

CAPVT TERTIVM.

1 E vigore & effectu actionis huius l. non pauca ex superius traditis colligi possunt quibus alia non minus vtilia addēda sunt. Inter quę se se offert illud, de quo agit Bal. n. 23. q. 19. si emptor fecit expensas & melioramenta in re: inquit enim, quod tunc venditor agens ex lęsione vltra dimidiam repelli poterit, nisi soluat expensas & melioramenta: quod probat per tex. quem dicit sing. in l. intra vtile, 40. §. fin. ff. de minor. vbi id deciditur in minore per restitutionem rem auocante ab emptore. Quem tex. notat idem Bal in l. fin. §. si nu. 5. C. communia de lega. contrarium autem probat Salic. hic q. 17. quos refert dubitans Cremen. hic in repet. nu. 95. 4. limit. Sed opinio Bal. verior & receptior est, quā sequitur Alex. ad Bar. in d. §. fin. & Cagnol. hic nu. 153. q. 20. Burge. in c. cum causa, nu. 56. de emp. & vend. Iacobi. a S. Geor in l. si res, §. 1. nu. 5. ff. de iure dot. Fabian. de empt. & vend. 8. q.
nu.

nu.4.Boer.videndus decis.47.n.8.et vltra eos in minore rem vendicante est text. in l.si præsidium,in fin.C.de præd. minor. facit l.in fundo, ff.de rei vend. Nec id ius reputandi expensas negatur,nisi ob dolum,d.l.fin.§.fi.c.communia delega.imo & non obstante mala fide ius competit ad impensas necessarias, secundum Paul.& Ias. in d.§.fin.per l.domum,C. de rei vend. notat Boer.decis.44.nu.7.

2 Licet igitur tex.a Bald. adductus non probaret eius sententiam(vt Salic.contendit)iam patet non deesse alia iura & fundamenta,quibus opinio Bal.iuuetur:Salic.autem respondebat ad d.§.fin.l.intra vtile,rem ibi præcise auferri inuito emptore ex vi restitutionis,hic autem voluntarie emptore non supplente iustum precium.Sed pro Bald.contra Salic. replicabis ex eo. Salic.in sequen.q.vbi cum Bald. concludit, in casu huius l.restitutionem non voluntariam,sed necessariam appellari, quod tutius est & fortasse receptius,vt paulo inferius deducemus. Induci etiam noue potest tex. ille loquens de restitutione minoris,quæ lęsionem præsupponit,fauorabiliorque est remedio huius l.vt ex multis deprehenditur. Ergo cum minor ibi astringatur ad impensas, multo magis teneri debet venditor vtens remedio huius l. Aliter etiam & noue induci potest tex.in d.§.fi. dum indistincte loquitur de minore restitutionem petente aduersus emptorem. Potuit enim læsio contingere,non quia vendiderit,sed in precio tantum.Quo casu receptius est,restitutionem minori non dari ad rescindendum contractum , vel rem repetendam,sed ad supplementum precij:vt colligitur ex glo. Bar.& alijs in l.si quidem,c.de præd. minor. tradit Gozadin. cons.44.nu.14.quod fortasse latius infra discutiemus in q.minoris. Sed iam in his terminis tollebatur responsio Salic. non enim tunc stare posset ꝙ inquit,in d.§.rem præcise repeti.

3 Ex nostra autem inductione melius sustinetur opinio & allegatio Bald.ex d.§.fina. non vero ex eo , quod Bald. sensit in hac quæstio. & iam expresserat num.16.male putans generaliter valere argumentum de restitutione minoris ad remediũ huius l.ꝙ falsum est,vt diximus in 1.c.huius par.num.33.& latius in seque.c.probabimus:ꝙ alij in hac q. non aduertũt . Ex sententia autem Bal & communi contra Salic.satis colligitur DD. indistincte loqui in quacumque læsione etiam enormissima,seu longe vltra dimidiam iusti precij,vt & tunc venditor ita læsus teneatur emptori expẽsas & melioramẽta soluere,

uere,quicquid absque fundamento contradixerit Cagnol. hic numero 153.in fin.

4 Ex ijs vero ad multa similia inferri posset circa repetitionem expensarum, vel retentionem rei pro expensis & melioramentis,de quo agunt plures citati a cagnol.hic num.154.maxime. Neguz.de pignor.5.par.4.memb.& Afflic.in cap.1.§. si vasfallus,tit.hic finitur lex.Paul.& Iaf.in l.si in area , ff.de condict. ind.de cuius intellectu agit Molin. in consue. Paris.§.1.glo.5. nu.89.& sequen.& Baldui.in §.certe,Inst.de rer.diuis.Omissis autem multis illud menti commenda quod deducturus vel cōpensaturus expensas, non solum deducere vel compensare potest precium,quod dedit pro operis alterius,sed etiam quando per seipsum laborauit. Deducet enim precium operarum sui ipsius iuxta quantitatem, quæ alteri pro eisdem operis daretur, vt notat Panor.in cap.ad nostram,num.octauo.in fin.de reb.eccles.non alien.sed prius Bal.cuius ipse non meminit in l. si quis,C.de rei uend.Quod extollit Pau.in l diuortio,§.fin.n. 4.ff.solu.matr.& ibi Areti.videndus,& alij quos citat Boer.decis.44.nu.24.& pręced.& alibi Ang.quem solum refert Molin. in consue.Paris.§.1.glo.5.nu.86.

5 Potest tamen restringi hæc communis conclusio , ne procedat in expensis excessiuis maligne ab emptore factis , fortasse quia sciebat venditorem læsum agere posse remedio huius l.vt sic eum deterreat ob magnitudinem expensarum,argu.tex. notа.in l.si seruos,ff.de pignor.action.quem in proposito notat. Alber.in d §.fin.l.intra vtile,ff.de minor. Boer. decis.47.ād fi. extollit Tiraq.de retrac.conuent.§.7.n.5.Cum autem emptor in proposito dominus sit,non obstante læsione venditoris,iuxta l.dolus,infra eod.consequitur posse eum expensas deducere,nec eas cum fructibus compensare teneri , iuxta doctrinam glo.celebris in l.emptor,ff.de rei vend. quam extollunt plures citati a Tiraq. vbi supra nu.4.& latius dicemus infra in quæstione fructuum.

6 Nec omittendus fuit in hoc articulo expensarum,tex.notab. in l.penul.ff.loca.vbi Sceuola in colono eiecto respondet eum consecuturum expensas.Aduertendum autem est,tex.ibi loqui de colono vineas in fundo instituente , quod opus rei formam mutare videbatur,& tamen colonus expēsas consequitur: qđ expendit & comēdat Tiraq. de retrac.conuenti.ante finem, §. 7.nu.16.Sic etiam Bar.& alij eundem tex.commedant, dum id

ius

ius præstat colono, uel inquilino etiam ob culpam nõ soluendi eiecto: & ita eum extollit Ias. in §. actionum nume. 183. in fin. instit. de action. & singul. dixit Paul. in auth. qui rem
a nume. sexto. C. de sacrosan. eccles. Ex quo infertur ad utilem quęstio. quid scilicet, dicendum sit in emphiteuta in quo DD. uariant, nec ullus eorum satis assequitur mentem gl. in d. l. penul. uerb. consecuturum, quæ iudicio meo id uoluit, ut regulariter idem iuris sit in emphyteuta eiecto ex eadem culpa. Idque vult etiam gl. in emphyteuta ecclesię regulariter, qđ DD. non aduertunt. Excipit enim tantum emphiteutam ecclesiæ qui rem contra legem vel canones acceperit, & sic non excipit simpliciter emphyteutam ecclesię, vt DD. ex gl. colligunt. Et cum gl. male intellecta, est Salic. ibidem dicens speciale esse in emphyteuta ecclesię, aperte volens d. l. loquentem in colono, procedere etiam in emphyteuta priuati.

a Adde Hip po. sing. 321. in fine.

7 Sed contra gl. & Salic. communis opinio est, vt tex. in d. l. penul. ad colonum, de quo loquitur restringatur: nec ad emphyteutam etiam priuati trahatur, vt not. Bar. Bal. Pau. Costal. ibi, Paul. & Ias. in d. auth. qui rem, & ibi Dec. n. 14. & Ias. in l. 2. nu. 27. C. de iure emphit. Cagnol. in l. si quis maior num. 53. C. de transac. Dec. cons. 518. qui resoluunt communem esse sen-
b tentiam, vt distinguatur, an emphyteusis finiatur tempore: & tunc impensæ seu melioramenta solui debeant in quo cauendum est a Bal. in l. 1. nu. 5. C. de iur. emp. et a costal. in d. l. pe. ff. loca. aut emphyteuta ob culpam non soluendi eijciatur, et tunc melioramenta amittat, et Moli. in consu. Pari. §. 1. gl. 5. n. 69. Alex. in l. senatus, §. 1. in fine, ff. de leg. 1. Augustin. Berous in c. potuit, nu. 146. de loca. Qua in re vt emphyteuta sui culpa eiectus melioramenta omnino amittat, fortissime pro communi vrget tex a glos. et DD. adductus in Auten. de aliena. et emph. §. si quis vero, non tantum secundum vulgarem literam, sed etiam secundum translationem Haloandri. Nec parum vrget tex. in d. l. 2. C. de iure emp. dum emphyteutam non soluentem eijci permittit, nec eum audiendum inquit respectu expensarum vel meliorationum. Et ita in praxi iudicatũ tradit Gui. decis. 169. et decis. 438. Rationem uero differentię inter colonum et emphiteutam assignat Bar. et clarius Paul. castr. in d. l. penultima ff loca.

b Cogita an hæc sentẽtia uera non sit ex infra traditis n. 10. ubiq̃ ex necessitate conuentionis melioramenta fiunt finita emphyteusi soluenda nõ esse ex cõi asseritur, & emphyteuta ex natura ipsius contractus ad meliora menta faciẽda tenetur, & ad meliorandum conducere dicitur atque inde hominis emphiteutæ appellatio proficisci tur, ut ex rõne Bar. in hac l. colonus colliges & aperte firmar Pau. nu. 4. & Bald. qui claie illũ colonum cũ onere meliorandi expressim cõducentem æquiparat. faciũt tra

8 In eodem articulo egregi dixit Ias. in d. Auten. qui rem, nume. 9. d. l penulti. loquentem de colono seu conductore amplian.

Q dam

dam fore ad conductorem longi temporis: sic expensas repetat etiam si ob culpam suam eijciatur, & in hoc conductor longi temporis ab emphiteuta separetur. Contrarium vero magis probat Bero. in d. cap. potuit, nume. centesimosexagesimosex to cui suffragatur Dec. consil. centesimoquadragesimosecundo. nume. tertio cum alijs sæpe æquantibus conductorem longi temporis & emphiteutam: idque colligi potest ex late traditis a Boer. decis. ducentesimatrigesimaquarta. & latissime Tiraquel. in lib. de retract. lignag. §. primo glos. 14. ex nume. septuagesimonono. Ego autem in eo articulo ratione & æquitate rei satis pensata, distinguendum putarem inter locationem ad vitas (vt vocant, vtque fit in rebus ecclesiasticis) & inter locationem ad decennium, vel ad longius tempus, non tamen vltra vitam conducentis. Et priori casu, cum locatio in personas extenditur, & si omnino perpetua non sit, iure tamen emphiteusis in totum censetur, vt in ea locum habeat communis opinio supra tradita de emphiteuta amittente melioramenta, quando ob sui culpam eijcitur. Nam & hæc locatio in vitas iure & consuetudine emphiteusis appellatur, in eaque militant rationes Bar. & Paul. in d. l. pen. ff. locati. Diuersum autem sit in locatione ad longum tempus, non vltra vitam primi conducentis: tunc enim (si cum iudicio attendas) non ita vigent rationes Barto. & Paul. vbi supra, nec qualitas conuētionis ita tunc inuitat conducentem ad expendendum in re aliena, quam videt ad successores suos non transituram. Nec tanta ratio est, vt minori tempore fruens magnos sumptus facere & amittere debeat. Et sic ex æquitate res hęc temperanda videtur iuxta doctrinam I.C. in l. in ambiguis, 86. versic. fina. ff. de reg. iur. ibi, *iustis decretis res temperanda.* Nec enim perpetuo verum, nec prorsus tutum est argumentum illud Beroi de emphiteusi ad locationem longi temporis, vt ego multis probo in commentar. leg. 1. tertia par. ex nume. 66. C. de bon. mater.

9 Comprobatur nostra hæc distinctio ex alia, quam in eodem articulo noue tradi[?], & constanter probat Molin. in consue. Paris. §. primo glo. quinta nume. septuagesimotertio contendens ex vi verbi, *emponemata vel melioramenta*: (quibus vocibus vtitur Imper. in d. l. 2 C. de iur. emphi. & in d. §. siquis vero, in Autē. de alien. & emphi. dū punit emphiteutā culpa sua eiectū) emphiteutā ibi tm̄ nō audiri ob impēsas ordinarias vel

dita à Bal. hic citato in l 1. nu 4 uers. 4. i remouendo. C. de iur. emphi. cuius traditioni oīno cōsonāt uerb. Paul. supra citati, vnde inferes contra Afflict. infra nu 10. citatū, necessariā nō esse clausulā meliorandi cū ex contractus natura ītelligat, quæ sane oia uera sunt contra cōem & ex alia cōi sic deducta: aut sal tem cōis rō ad differentiā coloni & emphyteutę circa d. l. colon' prorsus falsa est, nec sane hæc noua sententia æquitate carebit cū & idcirco minorem pēsionem præstet emphyteutā, quæ tñ oia mature idēri dem cogitato & aliam sem per rōnem in gentium, atq; utilium expēsarū rōnē ine undā itellige.

modici

modici sumptus non vero excludendum fore a satisfactione meliorationum magni sumptus,& quæ rei acceptæ formam ex cederent,prout ædificia vel molendinum:ne dominus cum iactura emphyteutæ immodice locupletetur. Quam declarationem ex eadẽ vi uerbi in proposito tradit Baldu.in §.adeo,Inst. de loca.Quod uerius puto contra mentem DD. indistinctè loquentium,& expresse contra Guydon.d.decis.438.

10 Sic etiam(ut utiliter articulus hic concludatur) receptum est,ut expensæ resarciendæ colono in d.l.penul.ff.loc.& hære di emphyteutæ finita tempore emphyteusi, intelligantur illæ, quæ citra necessitatem conuentionis fiunt, ut tradit Molin.in d.§.nu.96.ex Ias.quem ibi citat,& colligitur ex Afflic.in cap. 1 §.si uassallus,n.12.hic finitur lex Feder.Idque in colono sentiunt Bar.& Paul.nu.4.in d.leg. penulti.& apertius exprimit Bald.ibi , quos prædicti nouiores non referunt . Impensæ enim , quę fierent ex conuentione , pars precij & pensionis censentur , ex l. fundi partem , ff. de contrah. empti. Non tamen omitto , quod Afflic.vbi supra indistinctè dicere videtur nunquam emphiteutam vel hæredem eius audiendum fore c circa impensas,quando res expressim concessa est cum clausula meliorandi , vt sæpe contingit . Ego autem ob generalia verba vel ob clausulam consuetam , quod emphiteuta rem meliorem faciat , non recedere ab ęquiori & recepta sentẽtia , vt emphiteutæ solui debeant vtiles impensæ non modicæ , nec culturam respicientes , sed ædificia sic & alia , de quibus supra. Illa enim generalia verba de re melioranda , non debent mutare iuris dispositionem , quum non aliud exprimant , quam quod iure continetur , vt cum iudicio colligi potest ex Paul.in d.l.penulti.nume.quar.iuncta reg.l.non recte, C. de fideius.l. qui mutuam , ff.mand.textus notab. in l.si conuenerit , ff.pro socio.Imo clausula ex stilo parum momenti habere debet, iuxta notabilem doctrin.Bar.in l.1.nu.10.in fin,ff.de iure codicil. Resoluo igitur,vt necessitas conuentionis excludat emphiteutam ab ijs impensis,quæ speciatim in conuentione exprimuntur,ita enim res tam notabilis specialiter exprimi debet , iuxta doctrinam I. C.ad multa memorabilem , in l.item apud labeonem,§.ait pretor,ff.de iniur.

c Hæc opinio inanis esse uidetur cum ex natura ipsius cõtractus hęc clausula intelligatur ut noue obseruasti supra nu. 7. & frustra adijciẽ quod tacite inest tex.not. in l. quod recte in fin.C.de fideiuss cũ sim.atque ẽt ob rationem quam noster pinelus probabiliter hac adducit.

11 Alia quæstio.est in materia huius l. ob uarietatem DD.& rõnũ cõflictũ regia decisione digna,qñ emptor medio tpe rẽ obligauit, an postea venditore lęso agente,et emptore rem re

 stituente

ſt iucnte, re ſoluatur hypotheca? Bar. conſtantiſsime tenuit, hypotehcam tunc non reſcindi, ſed rem ita affectam ad venditorem redire, ita Bar. in l. ſi res, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. idem Barto. in l. vbi autem, §. ſed Marcellus, ff. de in diem ad dict. Bar. in l. in diem, ff. de aqua pluu. arcen. & ibi Cuma. & Roma. Fulgo in d. l. ſi res, Alex. conſ. 45. num. 4. lib. 5. Boer. deciſ. 181. nu. 10. vbi eam opinionem communem dicit, male citans conſilium Dec. 239. ad fin. vbi de alio articulo agit. Et opinio. Bar. tenuit prius Ioan. And. quem referunt Rom. & Alex. Et eandem tenuit Anchar. vt refert Boer. Eandem videtur ſequi Albe. hic, nu. 18. eandem nemine citato, vt receptam tradit Corraſ. in l. 3. pag. 149. ff. de ſeruitu. Contrariam opinionem probat Bal. hic, n. 17. 13. q. Imo quod tunc reſoluto iure emptoris, extinguatur hypotheca, aliudue onus rei impoſitum, & ita Salic. quæſtio. decimaquinta & Paul. nume. vndecimo & ita Cremen. hic, nu. 189. Alex. ad Bar. in d. l. ſi res. Alcia. in l. debitorum, nu. 2. C. de pact. Neguz. de pign. 5. par. 1. memb. nu. 43. Cagnol. in l. 2. n. 199. C. de pact. inter emp. & vend. idem Cagnol hic, nu. 120. Molin. in conſue. Pariſ. §. 22. nu. 45. Tiraq. de retrac. conuent. §. 3. glo. 1. nu. 10. & in l. ſi vnquam, verb. reuertatur, num. 271. Soci. Nep. conſ. 119. nu. 16. lib. 2. dicens opinionem Baldi. veriorem & magis communem.

12 In ea DD. varietate præcipuum fundamentum Bar. & ſequacium eſt, quod tunc emptor videtur voluntarie rem reſtituere, cum eam retinere poſſet ſupplendo iuſtum precium, & ita inducunt aliqua iura loquentia de reſolutione voluntaria. Bal. autē econtrario hanc reſolutionem iuris emptoris, non voluntariā ſed neceſſariam cenſet, arguens principaliter ex reg. l. lex vectigali, ff. de pignor. Bene etiam reſpondent Bal. & Salic. ad iura, quæ Bar. adducit, nec Bar. incolorate reſpōdet ad. l. lex vectigali, quod ibi præciſe res auocatur abſque vllo conſenſu eius, qui rem obligauit, hoc autem caſu non auocatur, niſi emptore nolente ſupplere precium. Nec enim placere debet replicatio Baldi arguentis ex facto debitoris non ſoluentis canonem domino directo, quem ſoluendo vitaret commiſſum: & tamen in eiſdem terminis reſcinditur hypotheca, & res ad dominum libera redit: Quod a remotis eſt, nec reſpicit tempus auocationis: ſi autem ad praecedentia reſpiciendum eſſet, omnis reſciſsio vel reſolutio diceretur includi ſub actu voluntario, cum ſemper originem habeat a contractu

qui

qui voluntarius est in sui initio.

13 Mihi autem opinio Bal. magis placet ex æquitate huius l. quæ sæpissime eluderetur ex opinione Bartoli, maxime quum frequentissimum sit homines contrahentes bona sua obligare. Nec obstat, si quis replicet, posse emptorem magis no cere vendendo rem alteri: respondetur enim quod emptore vendête datur actio aduersus eum ad precium, vt supra vidimus. Et ita non auocatur res, nec extinguitur ius emptoris, & cessat ar gumentum d.l. lex uectigali. Si autem emptor possidet, & res ab eo auocatur, tunc consequenter hypotheca resoluitur: & inducitur argumentum d.l. Quicquid enim Bar. & sequaces dixe rint, non debet in terminis huius l. restitutio appellari uolunta ria: fit enim restitutio ex actione, iudicio & sentêtia, quæ omnia in inuitum dantur, nec dicitur actus uoluntarius, in quo datur necessitas, etiam si ex duobus alternatiue debitis electio cô uento detur, ut eleganter probat Tiraq. de retrac. lignag. §. 32. nu. 67. adducens bonum tex. in l. illud. §. i. ff. de consti. pecu. Ad idem facit etiam tex. in l. quæ sub conditione. §. si quis. ff de cô dit. instit. ibi, *ne alia eum vrgeat*. Et satis in terminis idem colli gitur ex Alex. in l. diuortio, nu. 36. in fin. ff. solu. mat.

14 Magis contra Bar. retorquentur iura, quæ loquuntur de uen ditione cum pacto addictionis in diem, quę habent hypothecam interim ab emptore contractam resolui, uenditore postea rem auocante, eo quòd melior conditio allata sit. Non. n. tunc procedit ratio Bar. quòd ibi fiat restitutio præcise: nam que & eo casu primus emptor rem retinere potest, afferendo d etiam meliorem conditionem, dandoue maius precium, quàm alius offert, ut habet text. in l. licet, & in l. necesse. ff. de in diem addict. Et sic si uerum esset, quod Bar. inquit de restitutione uo luntaria ad casum huius l. idem dicendû foret in casu pacti addictionis in diê, quod est contra I.C. in l. 4. §. sed Marcell. ff. de in diem addict. & in l. 3. ff. quib. mod. pig. uel hypoth. sol. Et ita contra Bar. maxime retorquetur eius argumentum.

d Atque idê êt preciû qđ alius offert & non maius. l. si in emptionem 36. ff. de minor.

15 In eodê articulo côtra Bal. arguebat Cuma. in d.l. in diem, Fulgo. in d.l. si res, ex eo quod hoc casu emptor tenetur actione ꝑsonali: hypotheca autê realis potentior videt, côcludentes opinionem Bal. ideo ꝓcedere non posse, sed eorû argumen tationi sufficiêter respôdetur, ꝙ licet realis obligatio soleat esse maioris efficaciæ, subest tamê ꝑiculo resolutionis ex dispositio ne iuris, finito scilicet iure obligantis ob causam anterio-

rem, etiam si in fauorem primi non extet realis obligatio, vt satis probatur ex generalitate tex.in d.l.lex vectigali, inqua nõ agitur de prælatione vnius hypothecæ ad alteram, sed de priori obligatione personali ratione rei, qua rescinditur ius debitoris in eadem re, & consequenter hipotheca interim contracta: vt deducitur ex d.l.lex vectigali, quam nos multis ornauimus in commentar.l.1.in 3.par.nu.72.C.de bon.mater.

16 In eodem articulo subdunt Bal.& Sal. hic suam opinionem intelligendam fore, quando emptor ex necessitate iudicij rem restituit, secus si extra iudicialiter, & omnino voluntarie: quo casu admittunt opinionem Bart. Et ita Cagnol.nu.111. qui tamen contra arguit ex regula, ad quam sæpissime citatur tex.in l. nouissime ff.quod falso tut.auto. paria esse aliquid ex necessitate facere, vel timore necessitatis: cui argumento Cagno.nõ respondet. Ego respondendum arbitror id argu. non obstare, sed potius concedendum fore: nam & hoc casu in effectu idem ius erit, si emptor absque fraude ante sententiam vel iudicium rem venditori læso restituat: quod Cagnol.non percepit, ostẽdetur vero statim nu.sequen. Loquuntur autem DD.de restitutione necessaria per sententiam, ne tertio fraus fiat: vt in simili diximus supra in 2.par, Rub.cap.1.nu.3. & in simillima specie notat Molin.in consue.Paris.§.22. nu.81.ad finem: facit iuris decisio in materia euinctionis, iuxta l.emptor, C.de euictio.

17 . Ex qua similitudine actionis de euictione, eleganter deduci potest tutius esse, quod restitutio in nostra q.fiat post probationes & sententiam, vt sic rescindatur hypotheca interim contracta. Si tamen ante iudicium vel sententiam emptor agnouerit bonam fidem, & rem venditori læso restituerit, adhuc venditor se tueri poterit ab eo cui res obligata fuerat, probando læsionem ipsam, vt probanda fuisset in iudicio ex remedio huius l.quia eodem modo, & cum eodem onere probandi, ad repetendum precium a venditore admittitur emptor a quo res euicta fuit, eo incaute non denunciante litem venditori, vt colligitur ex relatis a Tiraq.de retrac. lignag.§.1.glo.18.n.63.& præceden.vbi in simili agit in terminis nostræ l.& q.clarius vero in emptore ad repetendum precium tradit Moli. in consue. Paris.§.44.ad finem nu.25.idem ad Alex.cons.63.lib.6.& Afflic.lib.3.feud.tit.de controu.int. vassal.& alium, n.24.fol.86. quæ opinio vt receptior traditur a D.Couarru.lib.3. resol.ca. 17.nu.6.& Ias.in l.si domus,§.de euictione, nu.14.ff.de leg.1.

Dum

18 Dum vero Cag. ad propositum adducit reg. d. l. nouissime, ibi *aut metu ne compelleretur*: iam vides eã regulã aliqualiter hic conducere, emptore timore iudicij rem restituente, cum onere tamen probandi postea veram ipsam læsionem, quod onus vitaretur spectata sententia ex remedio huius l. Nõ omitto, quod d. l. nouissime, vt notab. commendat Bal. ibi, ad prædictam regul. & Ias. in l. 2. nu. 4. C. de transact. notat Xuar. alleg. 23. pag. 2. ornat notabiliter Dec. in c. cum M. nu. 34. de constit. Hippol. in l. 1. ex nu. 42. ff. de quæst. extollitque Alex. cons. 99. nu. 6. lib. 5. Aduerto tamen contra plures ex proxime citatis, & contra alios alibi, ad verum intellectum d. I. C. ibi non agere de materia metus, seu edicti, quod metus causa: in quibus terminis DD. eam l. citant. Tunc enim non quilibet metus excusat, sed magni periculi, quod timendum sit a constanti viro. At in d. l. nouissime, non punitur tutor, nisi qui dolo facit, & ideò I. C. excusat eum, qui compulsus fecit vel metu ne compelleretur: vt sic vitetur dolus, ad quem vitandum minor causa sufficit, quàm ad iustificandum metum, quum dolus ex causa ẽt minus colorata cesset, vt in l. sed & si lege, §. scire, ff. de peti. hær. & in l. igitur §. potest ff. de lib. caus. Ias. in l. qui iurasse, n. 5. ff. de iureiur. Dec. cons. 37. col. 4. cum alijs, quæ omitto. Et ita vtiliter resoluitur prædicta quæstio. varietas que scribentium.

19 Ex deductis in præcedenti q. liquet, aliquando venditionẽ vel similem alienationem totius rei factam ab emptore, non irritari a venditore agẽte & obtinente ex remedio huius l. nec enim rem alienatam auocare potest a tertio in quem alienata fuit: vt supra deduximus in 1. cap. huius par. hipothecam vero vel pignus eiusdem rei ab emptore interim obligatæ rescindi, venditore ex eodem remedio huius l. rem auocãte ab emptore: & ita eleganter ex diuersitate rationis limitatur vulgaris regula de toto ad partem l. quæ de tota: ff. de rei vend. cum notatis a Ias. in l. qui sine, ff. de cond. ob cau. Inde magis infertur lapsũ in tali argumẽtatione in hac re fuisse doctum & ingeniosum Molin. in consue. paris. §. 22. nu. 57. char. 213. col. 3. & §. 30. n. 85. cha. 269. dum reprehendit Ripam in l. fin. q. 42. C. de reuo. dona. vbi sustinendo opinionem Alber. in l. his solis, eod. tit. dixit, quod si donator rem auocauerit ob ingratitudinem, rescindetur hipotheca interim a donatario contracta: & ita Tiraquel. in d. l. si vnquam, verbo, reuertatur, nu. 172. Quod Molin. improbat ex d. l. his solis, vbi alienatio antea facta a donatario

ingrato non rescinditur. sed Alber. & Ripa. ad eam l. responderunt separantes in hoc hipothecam a totali alienatione, nec male, si aduertas ad l. in quorum, & l. lex vectigali, ff. de pignor. iuncta l. fin. & communi resolutione C. de iure emph. cum egregie traditis a Neguzau. de pign. 2. par. 2. memb. nu. 28. & seq. Nec valet argu. Molin. de toto ad partem, seu de totali alienatione ad hipothecam, constat enim ex proxime deductis secundum receptiorem & veriorem sententiam in nostra q. simillima, irritari hipothecam rei inuentæ penes emptorem, non vero alienationem ab eo factam, quod mirum est non aduertisse Molin. cum ipse sequutus sit opinionem Bal. in hac q. vt supra diximus.

20 Nec omitto aliud magni momẽti quod secure scribit Cag. hic, nu. 110. & in repe. l. 2. infra de pact. inter emp. & vend. nu. 129. q. 29. qui arguens pro opinione Bal. in eadem q. inquit, eum qui emit cum pacto reuendendi suo venditori restituto precio, non teneri precise reuendere seu rem restituere, etiam si habeat facultatem rei tradendę, sed tantum ad interesse obligari; idque multipliciter probare conatur Gozadi. in repe. d. l. 2. col. 2. & sequen. citantque Alex. Cor. Dec. in multis consilijs, & primo Cagn. hic d. nu. 110. adducit Alex. consi. 10. lib. 1. sed Alex. agit ibi de re interim prorsus alienata & apud tertium existente, non quando adhuc est penes primum emptorem, & sic patet esse casum longe diuersum, maxime si repetas ꝓxime dicta, nu. præcede. imo & tunc contra Alex. est æquior opinio. Paul. Castr. in l. si cum venderet, ff. de pigno. act. in qua DD. nimis variant; vt post Tiraq. Couarru. & alios late id tractantes non superfluo labore nec aliorum dicta transcribendo, copiose trado in relectione seu commentar. l. quoties, c. de rei vend. eodem modo nihil ad rem facit cons. Dec. 239. quod etiam adducebat cagn. hic, citant etiam Cagn. & Gozad. in d. l. 2. consil. corn. 256. lib. 4. vbi Corn. col. 2. hoc sentire videtur, sed facti qualitas seu species non satis ibi exprimitur, vt agnoscet qui consilium illud attente legerit, dicit etiam Cagnol. ibi hoc tradi ab Areti. cons. 6. sed Areti. ibi loquitur in diuersis terminis, ut inferius ostendimus, imo si diligenter inspiciatur, uidetur contrarium probare in terminis supra propositis Citat etiam Cagnol. Alex. conf. 232. ad finem lib. 6. sed Alex. loquitur aperte quando res alienata est, nec apud primum emptorem reperitur, ut supra dixi. Citat ibidem Curtium (intellige

lige seniorem)consf.12.sed hic agit in terminis Alex.d. consil. 10.& preceden.vbi res non est iam apud emptorem.Citat etiã Soc.cons.253.q.3.col.4.lib.2.q magis contradicit,vt inferius explicabo cum cons.Areti.Citat etiam Ias. qui aliud probat,vt infra resoluam.Eodem modo cagnol. & Gozad. incaute pro sua opin.citant eos qui sequuntur opin. Alex.d. consil.10.lib.1. contra Pau.Castr.in d.l.si cum venderet,qui omnes magis con tradicere videntur:quia loquuntur,vbi res iam erat alienata,& ita non obscure sentiunt emptorẽ præcise teneri ex eo pacto, quando rem penes se habet:& ita colligi videtur ex Dec. consilio 88.nume tertio.

21 possent Cagnol. & Gozadi. colorare suam opinionem ex Paul.post glo.in l.in bonæ fidei,ff.de eo quod cer.loc.distinguendo pactum de vendendo a venditione: & quod plurimi DD.per eam differentiam tradunt,vt licet venditor habens facultatem rei tradendæ teneatur præcise tradere: nec liberetur præstando interesse secundum gl.receptam in §.precium, inst. de emp.& vend.glo.& Bar.in l.1.ff.de act.emp.cũ multis aliis. vt late probaui,aliqua iura noue inducẽdo in commentar.l.1. in 3.par.nu.15.C.de bon.mater.diuersum traditur in pacto de vendendo,vt tunc nõn teneatur promittens præcise tradere. secundum Dec.cons.502.nu.8.& alios citat Tiraq. de retrac. conuen.in fine,nu.55.& nouiss.Riminal.in §.1.nu.60.Insti.de dona.inuolute Gome.in princi.Insti.de actio.col.2. & non explicite Boer.decis.48.Purpur.in l.1.col.6.ff.de iurisd.omn.iud. sed latius quam alibi ad differentiam contractus & promissionis de contrahendo agit Tiraq.vbi supra ex n.91. sic igitur videretur dici posse in hoc pacto,ne præcise obliget.

22 Ex his generalibus, & speciatim ex authoritate Gozadi.& Cagno.repetentium d.l.2.non pauci decipi poterunt:receptũque & verum putabunt vt ex eo pacto reuendendi non resultet præcisa obligatio,etiã data facultate rei tradendæ: vt prędicti DD.asserunt.Ego autem ab hinc multis annis hos & plures alios improuide lapsos, eorũque opinionẽ veritati & pub. vtilitati cõtrariã arbitror:asseroque non solũ verius esse,sed& lõge receptius videri,vt ex pacto d.l.2.C. de pac. inter emp. & vẽd.emptor rẽ possidẽs seu habẽs facultatẽ rei tradẽdę, pcise teneatẽ tradere, vel restituere dato sibi pcio,nec liberetẽ pstãdo interesse,quod in terminis d.l.2.& in pacto illo frequentissimo reuendendi(quod cõcipi solet per eadem vel ęquipollẽtia verba)

verba) manifeste probat d. l. & ibi sentiunt communiter scribē. quicquid cauillentur Gozad. nu. 26. & Cagnol. comminiscentes perplexitatē eius quod interest: cum lex perspicue probet, rem ipsam tradendam fore. Idem fatetur in his terminis Aret. d. conf. 6. quem illi male referunt: hoc etiam non obscure volunt Alex. & plures, quos illi incautę citant: dum scribunt emptorem ex pacto reuendendi teneri ad interesse, si alteri vendiderit: quasi non tantum ad interesse, sed præcise ad rem tradendam teneatur, quando habet facultatem rei tradendæ, Aymo conf. 201. Soci. conf. 80. lib. 3. Ias. conf. 118. li. 4. Rubeus consi. 159. Boer. decis. 182. curt. senior conf. 12. Ias. in l. ab emptione, ff. de pact. hispanus Xuar. in l. post rem iudicatam, fol. 129. Hanc sententiam satis probat Bar. (si cum iudicio legatur) ipse enim semper retinuit, restitutionem quæ fit ex eo pacto reuendendi, necessariam seu præcisam dici debere. Ita Bar. in d. l. in diem, ff. de aqua pluu. arc. Bar. in l. si res. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. Bar. in l. vbi autem, §. sed Marcellus, ff. de in diem addic. maxime cum inquit tunc esse magis pręcisam restitutionem ex eo pacto, quam ex remedio huius l. Eadem opinio receptissima videtur ex Bal. sali. paul. & omnibus scriben. supra citatis ad quęstionem nostrę l. ex nu. 10. Discordant enim tantum in auocatione rei ex capite læsionis, concordant vero omnes in restitutionę ex vi illius pacti: quasi absque dubio asserentes tunc dici restitutionem ex necessitate pręcisa, vt supra deduximus, in quo misere hallucinatur Gozad in d. l. 2. nu. 37. versi. non obstat: quod Cagno. aduertere debuisset. Et vltra citatos id tanquam receptissimum tradit molin. in consue. Paris. §. 22. nu. 18. & nu. 49. & §. 13. glo. 5. nu. 39. & sequen. Hoc in terminis vult Alex. (quem illi male citant) conf. 232. nu. 1. lib. 6. vbi præcise obligatum inquit emptorem ex hoc pacto: tantumque in fine excipit casū, in quo res fuerit alienata: hoc voluit Dec. si bene inspiciatur, in consilijs citatis ab eodem cagno. Idem apertissime tradit soci. (quem deterius referunt) cōs. 253. col. 4. nu. 7. lib. 2. vbi asserit tanquam sine dubio, tunc pręcise teneri emptorem ad tradendum.

23 Idem noue colligo ex Paul. (quem Cagno. & Tiraq. vbi sup. & alij in contrarium male adducūt) in l. in bonæ fidei, ff. de eo quod cer. loc. Paul. enim non loquitur de pacto reuendendi: & sic non potest obstare, cum in hoc pacto res sit fere indubitabilis, vt infra ostendam: sed etiam in promissione vendendi, loquitur

loquitur Pau. quando verba concepta sunt tantum in fauorem emere volentis: tunc enim dicit, eum non arctari ad emendum quia negocium voluntati suæ cómissum fuit quod pulchre confirmabis ex doctrina l. 2. ff. de leg. comiss. Et ita cum Pau. est Boer. decis. 48. & Antó. Rubeus consi. 29. sed & tunc Ias. ibi & aliqui contradicunt, vt per eos & Galiau. in repe. rub. ff. de verb. oblig. nu. 114. Hęc opinio Reip. vtilior est, ut qui nó aliter res suas distraherent: non fraudentur iure illo recuperandi. Eandem opin. vsus vbique recepit: & ita secure, quasi sine có trouersia notat Chas. in consue. Burgun. Rub. 5. §. 1. n. 38. uersi. *dixi etiam*. Et ita in fortioribus terminis, in pacto nó formato nec tanti vigoris ęquissime iudicauit senatus parisien. vt (post multa vtrinque adducta, nec satis explicata) tradit Tiraq. in d. libel. de retra. in fi. n. 60. iúcto themate proposito, n. 25. Quod etiam suadetur, quia hoc pactum declaratur ex véditione principal i, in qua concurrunt omnia requisita verę venditionis: & ideo pactum reuendendi tunc adiectum: restituto precio nihil differt a pacto de quo loquitur d. l. 2. &. cap. ad nostram, de empt. & vend.

24 Ex quo infertur non satis rem hanc pcepisse Tiraq. in copioso tractatu eiusdem retractus conuentionalis, §. 1. glo. 7. in fi: vbi q. proponit, nec eam resoluit, citans DD. in alijs terminis loquentes non in pacto reuendendi pro eodem precio: quod idem censeri debet ac pactum restituendi de quo agit d. l 2. putauitque Tiraq. in his terminis esse articulum ambiguum, cum vere ex regulis iuris & ęquitate non possit recedi a conuentione licita, nec dubitari debeat emptorem pręcise restituere debere, si facultatem habeat rei tradendæ. Graues autē DD. dubitantes & distinguentes loquuntur in diuersis terminis vt mox explicabo. Vnde ēt peritus lector deprehendet, huius rei veritatem non percepisse Ias. in l. si vir, ff. de præscri. verb. Cum enim I. C. ibi agat de pacto rei pro eodem precio restituēdę nō erat indecisum relinquendum, quasi nimis cótrouersum, an eo casu emptor pręcise teneatur, an soluendo interesse liberetur: occurrit enim text. clarus in d. l. 2. C. de pact. inter. emp & vend. cum supra notatis: nec de eo dubitauit Areti. inibi a Ias. adductus.

25 Ex eadem resolutione infertur notabilis differentia (ad quā DD. non aduertunt) inter pactum vel promissionem vendendi & pactum hoc reuendendi vel restituendi rem restituto

precio

precio Ná in priori specie cũ alia vẽditio nõ præcedit dubitari põt,an promissio æquetur vẽditioni:& an maioris sit efficaciæ venditio quam promissio de vendendo, ex glo. & traditis à Ias.in d.l.in bonæ fidei,ff.de eo quod cer.lo.latius Tiraq. vbi supra & Boer.d.decis.48.Sed vbi pręcedit perfecta venditio, ad quam fit relatio in eo pacto reuendẽdi,non est ea dubitatio sed potius id pactum censendum pars prioris venditionis, vt Aret.egregie aduertit d.cons.6.per vulgarem l.fundi partem,ff. de contrah.emp.& l.qui fundum, 75.eod. tit. & l. tenetur.6. §.1.ff.de act.emp.

26 Addo etiam vltra Aret.& omnes quòd in hoc pacto adiecto venditioni satis videtur eius rescisio vel rei restitutio arbitrio & facto vẽditoris relinqui, si precium emptori restituat. Quæ conuentio simul cum principali venditione contracta pręcise seruari debet:nec est cur ab ea recedi valeat,iuxta l.1.& seq.C. quando lic.ab emp.disce.siue etiam diceretur cum aliquibus agi tunc de noua venditione:adhuc secure dicẽdum est, empto rem precise teneri rem venditori restituere quia precium expressum est,nempe quod datum est ab eodem emptore.concurrunt igitur requisita emptionis,res & precium & consensus.solaque ibi videtur adiecta conditio,si venditor preciũ restituat, quę prorsus in eius fauorem adijcitur:& ita cum effectu accipi debet ex d.l.2.ff.de lege commis.Cum igitur venditor postea precium restituit,purificatur couentio illa retractiua, quasi à principio pure fuisset eidem res vendita,iuxta doctrinam tex. in l.potior,ff.qui pot.in pig.hab.ibi,*Cũ enim semel conditio extitit,perinde habetur acsi illo tempore quo stipulatio facta est sine conditione facta esset.* Ac proinde consequit̃ ex hoc pacto resultare præcisam obligationem rei tradendæ,si facultas suppetat.prout in venditionem habet communis opinio cum glo.&Bar. vbi supra.

27 Inde notabiliter deducitur in his terminis parum referre quoad rei effectum,an pactum appelletur reuendendi seu de retro uendendo (vt vulgo vocatur)an pactum restituendi, vt aliqui prępostera subtilitate ad sonum verborum non ad effectũ attendentes,distinguere solent,vt Corn.cons.4.lib.1.&in alijs consilijs post Aret.d.cons.6.& cons.28.& alij citat à Tiraq.in d.lib.de retrac.conuen.§.1.glo.7.in fine:& maiori verborum fastu Cagnol.in d.l.2 nu.13.in 3.not.C.de pac.inter emp.& vẽd.& ibi Gozad. A prudentibus enim & peritis substantiæ & effectus

effectus ratio precipue habenda est,l.mulier,ff.ad Trebe.l.3 c. de insti.& substi.l.si vno,ff.loca.magis etiam mens disponentis quàm verba,vt in l.quisquis,116.ff.de verb.sig.l.fin.C.quæ res pign.oblig.pos.& ita cessat eadem differentia verbalis, quam vt noue a se animaduersam tradit Corrasius lib. 3. miscel. cap 9.in principio.

28 Non tamen negauerim.apud peritos magis proprie distinguendum videri inter ea verba:vt pactum restituendi dicatur, quod communiter vocatur de retro vendendo:est enim idem de quo loquitur d.l.2.c.de pact.inter emp.Proprius autem dici videretur pactum reuendendi,quando non pro eodem precio sed nouo,vel alijs conditionibus res veniret restituenda venditori: quasi tunc nouatio illa diuersam uenditionem inducat, ut nomen reuendendi magis congruat:iuxta supra tradita, & in l.ab emptione.ff.de pact.facit tex.in l.duo.72.ff.pro soc.

29 Ex his deducitur contra Cagno.& Gozadi.ubi supra,& contra plures ex supra citatis,hoc pactũ reuendendi non differre a uenditione sub ea conditione restituendi precium,quæ purificatur precio restituto,ut supra probaui:non debet ergo tale pactum simplex de uendendo appellari,nec in eo uerificatur glo. d.l.in bonæfidei,ff.de eo quod cert.loc.contra eosdem Cagno. & Gozadi.contra Tiraq.in d.lib.de retrac.§.1.glo.7.in fine,& in fine eiusdem trac. ex. nu.41. Ex quibus rectius intelliges Alex.in multis cõsilijs,& Aret.d.consi.6.& cõsi.28.& Dec. in multis consilijs,& Mathes.notab.46.dum loquũtur de simplici

e pacto de vendendo,illud à venditione distinguentes: sentiunt enim & agũt de simplici promissione,quæ nõ sit pars alterius perfectæ vẽditionis:vel quando pactum non est perfectè explicatum pro eodem precio,sed spectat nouam explicationẽ:tunc enim deficiunt substantialia emptionis,quæ sine precio certo non consistit l.pacta conuenta,ff.de contrah.emp.cum late supra in Rubr.adductis.Quam resolutionem & differentiam colliges ex Soc.d.consi.253.nu.7.lib.2.ex Aret.etiam & ijs quos citat in dictis consi.6.& 28:& ex alijs in hac re citantibus dicta Bar.& aliorum.in l.si fideiussor,§.meminisse,ff. de leg. 1. satis colligitur ex Rubeo.d.consi.29.& in hoc satis induci potest. glo.recepta in l.in ementis,C.de contrah.emp.

e Nota quod retenta hac ueriori opinione si tamen expressim eodem precio rem reuendi tum iri conuentum non sit, emptorẽ præcise rem tradere non cõpellendũ. ex qua limitatione e legãter inferes prioris uerio

30 Hinc cessant argumenta quæ Tiraq. & alij adducunt circa differentiam contractus,& pacti de contrahendo:& Galiau. in Rub.ff.de verb.obli.ex.nu.115.vbi mire vacillat. Hinc etiam

infertur

ris &receptio ris fnix rõné in eo non cõ fiftere, quare hoc pactũ de reuendendo pars fit alterius perfectæ uenditiõis cõtra fupra tradita. n. 25.eadem. n.rõ militat quando nõ eo. precio rem reftitutũ iri conuenit: fed potius ea ellegãs eft rõ, qm cum fubftantialia & requifita emptionis interuenerint,uenditio cẽfetur facta fub ead. conditione,fi uenditor precium reftituerit,ut fup.nu. 261.

f De hac etiã glo. uideto latecoft. in l.fi ex cautione. pagi.265. C. de non num. pec.nu.4. ubi contra illius opi.fubtiliter agit uerũ. n. uero quicqd ille & alii argumẽtẽt glo. opinio uerifsima eft,quia, ut nofter Pinelus ait, ubi donatio a rerũ traditione non aufpicatur, nihil ali-

f infertur ad glo.notab.in §.aliæ,verbo,manifeftauerit, Inftitu. de donatio.circa quam nimis variant fcriben. Glo.dixit donationem effe non tantum fi per verba præfentis temporis donetur,putà,*dono tibi centum*,fed etiam per verba futuri temporis vt *donabo tibi centum*. DD.nimis variant,pluresque contendunt non effe tunc donationem,fed promifsionem de donando.inferentes in ea promisfione non procedere decifionem l. fi quis argentum,§.fin.C.de dona.vt fic promittens tunc citra ftipulationem tradere non teneatur,quam opin.maxime afferit Salic. quem fequitur Alex.in l.iurifgentium,nu.11.ff.de pact.vbi ad idem refert Ioan.Imol.& fpeciatim improbat.d.glo. & ita cũ Salic.& Alex.fentit.Dec.in l.fi pacto quo pœnam.col.3. C. de pact.& ibi Alcia.Alios etiam in id refert.Tiraq.de retrac.conue. in fine,nu.47.& ita non citata d.glo.tradit Exea lib.de pactis, nu.391.& Galiaula in Rub.ff.de verb.obli.nu. 11. & nu. 120. vbi alios refert,& ita Alcia.in l.1.nu.21.fecundum vnam impresfionem,vel. 15.fecundum aliam,ff.de verb.oblig.& non citata d.glo.ita tenuiffe Francif.Rampon.refert Imo.in l. in ędibus.§.1.col.2.ff.de dona.& Baptifta Cazialu.de pac.q.6. n.44. Qua in re cauendum eft a Galiaul. & Alcia. ubi fupra, qui pro hac opin.citant d.glo.contrarium apertifsime dicentem, nec fenfum d.glo.perceperunt Fab.& Ang.ibi.In quo uariauit Ange.Aret.qui in d.§.1.contra glo.concludit, pro ea uero in §. in perfonam,col.5.uerfi.fed tamen ego,Infti.de act. Eft igitur cõtra prædictos opinio d.glo.ut per uerba illa de futuro inducatur donatio,& tunc locus fit d.§.fi.l. fi quis argentum, & cum glo.eft Ioan.Fab.in §.aliæ.nu.2.Inft.de dona.Bar.in d.l. iurisgentium, ff de pact.hoc fecure tradens,& Ang. quem Alex. refert,& prius Azo in fumma,C.de dona. & hanc partem conftanter probat Fortu.in d.l.iurifgentium & ita Gome.(licet in uoluat)in §.in perfonam,nume.quadragefimoprimo. Inftit.de actio.& ibi Iaf.nu.57.tradens hoc vt receptifsimum tantunque dubitari de nomine,actionis,& non citata glo.ita fecure tradit Afflic.decif.61.nu.1.& Hieronymus.Verius in Rub.ff. de ver. oblig.nu.241.& opinionem glo.dicit veriorem.& magis communẽ Ripa.lib.3. de donat.refponf.12.Mihi verior & omnino tenenda uidetur opinio. glo. quia vbi donatio ftatim re feu traditione non perficitur,fatis videtur tunc vere donatio effe in promifsione,nec ob verbum de futuro minus definit effe donatio:nec plura mẽbra, feu plures diuifiones conftituerem inter

ter donationem incipientem à traditione,& donationem incipientem à promissione. Aduerto enim partes tunc verbo futuri temporis vti,eo tantum quod res statim non traditur quicquid contra sonent verba Fulgo.in l.fin.nu.12.ff.de cond.ob cau.

ud quā promissio donandi subtexitur & parum nihilque reapse interest, quibus ipsa conflectur uerbis.

31 Duas qq.pręcedentes ample tractauimus in terminis huius l.cum venditor læsus vltra dimidiam,rem auocat,emptore nō supplente iustum precium. Nunc videndum quid econuerso, si emptor læsus agat,venditor recusans restituere quod accepit supra iustum precium,totum precium acceptum restituat, & rem accipiat iuxta electionem sibi competentem: tunc autem ad quæstionem impensarum,& meliorationum,puto idem omnino dicendum,quod supra traditum est,quando venditor læsus agit Viget enim eadem æquitas,eademque ratio,vt emptori necessarię,vtilesque impensæ resarciantur,vt ex mente DD. colligitur.Imo tunc magis fauendum videtur emptori tam grauiter læso:argumento tex.in l.debet,ff.de ædil.edic.Quia vero superius aliqua diximus circa impensas in re factas,nō omitto quòd impensa ad custodiam rei non dicitur ad culturam tātum,vel ad fructuum collectionem pertinere,per tex.(quem summe commendat Bar.)in l.cum quereretur,58.vel secūdum Florenti.60.§.prædijs,ff.de leg.3.extollit Dec.consi.420.n.4.

32 In ijsdem terminis si emptor lęsus agat, quoad proximam q.an hypotheca ab eodem emptore contracta resoluatur venditore rem accipiente?Colligi potest ex verbis,& mente scrib. hypothecam tunc non resolui,sed rem cum onere ad venditorem redire.Id enim omnino,& indistincte volunt Bar.& sequaces,vt supra retuli.Bal.autem & alij eum sequentes, cum a Bar.recedunt,loquuntur tantū quādo emptor nō agit sed conuenitur remedio huius l.Tunc enim dicunt eum nō voluntarie, sed ex necessitate iudicij rem restituere:nō obscure sētiētes cōtrarium fore,quando idem emptor ageret:idque magis colligitur ex Bal.nu.17.Salic.q.12.dū rñdēt ad l.si debitor,in principio,ff.quib.mod.pig.vel hypo.sol. vbi si emptor rē obligauit, & postea redhibitoria agit,non resoluitur pignus vel hypotheca: Respondent enim Bal. Salic. & qui eos sequuntur, hypotecam tunc non resolui,quia idem emptor rem obligans eam redhibet, & agendo videtur uoluntarie titulum rescindere: atque ideo ex facto voluntario eiusdem qui rem obligauit,non auferatur ius creditori quæsitum: quod quidem summo iure procedere videtur ex d.l. si debitor, & tex. simili

in

in l.bouem,§.pignus,ff.de ędil.edic.vbi glo.ita notat.& hanc rationem assignat.

33 Sed quamuis id ex scripto iure:& DD.authoritate negandum nõ videatur,poterat fortasse rõne & æquitate cõtraria sententia magis probari.Aduerto enim ex ea opinione conseruante hypothecam maximum grauamen venditori inferri,ad quem res cum onere obligationis redit:vnde sicut ex.opin.Bal.quæ verior , & receptior videtur, venditore ipso agente rescinditur hypotheca ab emptore imposita,non minus videbatur idem dicendum,si emptor agat:vt vtroque casu,venditor precium acceptum restituens ,rem suam libere consequatur.Sed quia iustitiæ præcepta non ferunt,vt ex obligatione alterius venditor aliquando rem amittat,emptor necessario in talem euentum ad interesse obligatur : nec venditor tenetur à principio rem accipere,nisi libera,& omni onere soluta restituatur: poteritq; repellere emptorem aliter facientem : vt colligitur ex.d.§. pignus,l bouem:& notat glo.in l.quod si nolit,§.si mancipium, verb.præstaretur.ff.de ædil.edic.facit reg.tex.in l.Iulianus , §. offerri,ff.de actio.emp.

34 Vidimus superius quid iuris sit vbi emptor impensas facit, & rem meliorem reddit,vt scilicet venditor rem auocans impensas resarcire teneatur.Non tamen DD. satis explicant quid dicendum si emptor interim rem deteriorem reddit?in quo videtur contra emptorem respondendum,quando eius culpa deterioratio contigerit,vt contrariorum eadem sit disciplina itẽ quia id habetur in actione redhibitoria,inqua emptor tenetur de damno eius culpa contingente,l.quod si nolit,§.si mancipium,vers.culpam:& in l.cum autem,§.cum redhibetur,ff.de edi. edic.vbi glo.& Alberic.notant,non excusari emptorem , licet eo tempore integre dominus rei sit,vt sic reijcias fundamentũ cuiusdam Bago.contradicentis in emptore obligato restituere ex pacto vel statuto,aut consuetudine retractus: quem merito reprehendit Tiraq.de retrac.ligna.in fine,nu.68.& nu.70. vbi recte ad nostram quæstionem expendit ita sentire DD. dum cum glo.tractant de re perempta absque culpa emptoris in quo non parum variant, pluresque adhuc contendunt emptorem non liberari,vt supra deduximus in 1.c.huius 2.par. Hoc autẽ contra emptorem magis procedet,vbi ipse sciat vel suspicetur venditorem læsum prope acturum : tunc enim maligne rem deteriorem fecisse censebitur. argumento tex.in l. & hæc distinctio

ſtinctio,38.§.cum fundum,ff.loca.& in emptore obligato reuendere ex pacto nõ dubitandũ fore,quin teneatur ex deterio ratione culpa ſua contingente,recte tradit Tiraq.d.num.70.in fi.probatque Cagnol.in l.2.n.239.q.84.C.de pact. inter emp. vbi excuſat emptorem vtentem re ad vſum deſtinatum, licet per vſum minuatur. In idque debuit adducere doctrinam tex. in l.non vtique,§.1.ff.de rei vendic.

35 Ad effectum etiam actionis competentis ratione læſionis vltra dimidium vtilis inueſtigatio a DD.omiſſa eſt, circa onera vel tributa pecuniaria a venditore vel emptore ſoluta,an & a quo repeti poſsint reſciſo contractu?Qua in re conſidero alia eſſe onera. quę priuatis perſonis ſoluuntur, vt laudimium in emphyteuſi domino directo, vel releuium patrono in feudo: alia quæ fiſco ſoluuntur,vt vectigalia,vel ſimilia onera publica Conſidero item duplicem in hoc articulo cadere inſpectionē: primam,an cõdici vel repeti poſsit ab eo cui ſolutum eſt, quaſi poſt reſciſum contractum reſtituere teneatur is cui tributum ſolutum eſt: alteram, an agens a conuento vel conuentus ab agente repetere,vel imputare debeat. Quoad laudimium, vel ſimile onus expreſsim notat Molin. in conſuet.Pariſ.§.22. nume.18.in fin.char.206.col.3.& num.41. & 43.eod.§. dicẽs qđ reſciſo contractu ex remedio huius l.reſtituere debeat dñs laudimium vel remedium ſibi ſolutum: idemque probat in reſciſione per beneficium reſtitutionis,n.35.& 39.idque confirmatur ex Alb.poſt antiquiores in l.ab emptione, col.3.n.8.ff. de pact. dum citat l.1.ff. de condic. ob cau. Diuerſum autem erit in vectigali,vel onere fiſcali,quia tunc etiam poſt reſciſionem contractus manebit penes fiſcum tributum illud ei ſolutum,nec ab eo repeti poterit:vt in maiori reſciſione per actionem redhibitoriam notat Bal. in l. ſi prædium,nu.6. verſ.nunquid,C.de ædilic.act.quem refert,& ſequitur Molin.in d.§.22. nu.40.cum iudicio aduertens hanc differentiam inter vectigal fiſci,& ius domini directi: quod raro alibi animaduerſum videbis: & in vectigali vel gabella cum Bald. id probat Firmian .in tractatu de gabel.octaua par.quarto. mem.num.33. Ex Molin. autem rationem differentię in ea onera videbis in quo ſeparata eſt cauſa nullitatis, ex contractu enim nullo non debetur gabella:& ſoluta reſtitui debet ſecundũ DD.& ita in ſententia declarante contractum nullum,loquitur & intelligi debet conſtitutio apud Luſitanos, *dos artigos das ſiſas,*

R non

nō vero in alienatione rescissa per remedium huius l.vel actio nis redhibitoriç,cum Bal.& aliis.

36 Longe diuersum etiam ius erit in rescisione ex pacto reuen dendi,in qua non solum nō reperitur tributum publicum, uel priuatum ex primo contractu solutum,sed etiam contendunt plures scriben. nouum tributum ex reuenditione soluendum fore,adhibitis quibusdam distinctionibus, quas ipsi obscure tradunt in d.l.ab emptione.ff.de pac.ubi Albe. nu.5.& nu.8 uariare uidetur:nec Pau.Cast.satis explicat.nu.9.& seq. idem in l.iuris gentium,§.adeo,nu.2.in fin.& ibi Alex.n.6. eod.tit. tractat etiam Paul.in l.1.nu.8.C.quando lic. ab emp.disce. la te Molin.in d.§.22.q.3.ex nu.11.cum sequ. & §.13. gl.5.q.2. & sequen.Firmian.de gabel.8.par. 3.mem.q.14.& late Tiraq. de retrac.conuen.§.6.glo.2.ex n.3.vbi post copiosam opinio num relationem,tandem nu.19.eleganter resoluit, tributum illud ex contractu solutum non restitui a fisco vel domino,re postea ex pacto venditori restituta,non tamen nouum tributum soluendum fore ex restitutione rei,vi pacti in primo con tractu a principio vel re non omnino perfecta interpositi: licet non pauci putent nouum tributum soluendum ex restitutione,quasi ex noua venditione.'Sed præcedens resolutio tutior & receptior est in restitutione ex eo pacto:& ita colligitur ex Pau.in dictis locis,& Molin.d.§.22.nu.18. & nu 20.& 22.cum sequ. Et secundum hanc resolutionem accipies constitutionem Lusitanorum in d.lib.*dos artigos das sisas*,fol.31. verso.quæ ita sentit, secus in resolurione voluntarie facta a contrahentibus post rem vtrinque perfectam: quia tunc noua alienatio est, nouumque tributum debebitur, ne fisco,vel dominio fraus fiat:quod recte colligitur ab ijsdem DD.& Cagno.in l.2.nu.237.vers.aliud,C.de pac.int.emp. & ex Bal. in l.si constante,col.2.C.de dona.ante nup.vbi tradit ex resci sione voluntaria non tolli gabellam,vel simile ius alteri dela tum:sequitur:& commendat Areti.cons.74.nu.10.Dec.cons. 107. colum.2.ante num.2.quod memoro, vt caueas ab Hiero.Paul.incaute contradicente,nec DD. quos citat percipiēte,in prac.cancel.pag.127.secundum impresionem Lugdunēsem anni 1546.apud Mathiam Bonhomme:& ita fere in terminis bene tradit Tiraque.de retract.ligna.§.1. glos.2.nu.32.

37 Quoad aliam inspectionem ipsorum contrahentium inter se,raro apud scriben. explicatum reperies in terminis huius l.

an ven-

an venditor vel emptor læſus repetat a conuento tributum, quod fiſco vel domino directo ſoluit ex contractu? Molin.nãque in d.§.22.nu.18.in fine,& nu.40.ex Bal.ſupra relato in d. l.ſi prædium,bene exprimit ex reſciſione per remedium huius l.repeti laudimium non gabellam:diſtinguens ea onera, quæ ab alijs in propoſito confundi videtur.vt deprehendes ex Pau. in d.l.ab emptione,ff.de pac.ex Tiraq.de retr.lig.§.26.glo.4. n.1.& ſeq.Bal.in l.neque ꝑ ſe,C.de hær.inſti.Cag.in l.2.n.236 verſ.prima,C.de pac.int.emp.& vẽ.Qui tñ DD.intelligi pñt, vt gabella, & laudimiũ,ſeu tributũ publicum,& priuatũ æquiparentur quoad contrahentes inter ſe,non quoad repetendum a fiſco,vt repetitur a priuato, quod notabis. Nõ vero tractat Molin.nec alius ex ſupra citatis,(quem legiſſe meminerim) an venditor vel emptor læſus repetat a conuento ea tributa a ſe ſoluta. In actione autem redhibitoria iure conſtitutum eſt,vt vtrinque omnia reſtituantur.l.facta,60.l.cum autem,23.§.Iulianus,& §.cum redhibetur,ff.de ædil.edic.Speciatim vero Vlpia.in l debet,27.eod.tit.tradit, emptori redhibenti non ſolũ reſtituendum fore precium, quod venditori dedit, ſed etiam quod vectigalis nomine ſoluit,vel alterius oneris non voluntarij. Ex quo tex.receptum apud ſcriben.videtur, vt venditor retrahens ex pacto, vel conſanguineus retrahens ex ſtatuto, vel conſuetudine, ſoluere debeat emptori, quicquid emptor fiſco vel domino directo ſoluerit, vel ſi quid aliud emptionis cauſa erogauerit:vt tradit Tiraq.de retrac.ligna.§. 26.glo.4. nu.1.cum ſequen.& de retrac. conuen.§.6.gl.1.n.1. cum ſequ. & nu.20.& 21.& Cagnol.dicens ita fuiſſe iudicatum in, d.l.2. q.82.nu.236.verſi.retenta: bene ponderans Bald.poſt cin.in d.l.neque:C.de hære.inſti.

38 Ex qua recepta ſententia in pacto reuendendi argumentari g licebit(vt ſępe DD.in alijs articulis faciũt)ad terminos huius l.vt ſcilicet agens,reſcindenſq; contractũ ex læſione vltra dimidium,teneat conuento ea onera reſarcire:in idq; adduci poteſt Fabia.de empti.& vend.q.8. nume.5. vbi generaliter in omni reſciſione contractus ita ſcribit, ſic indiſtincte intelligens Baldum in dic.l. neque.Sed in ſpecie contrarium iudicatum fuiſſe, veriusque eſſe tradit Iacob. Curt. Burgen. libr.3. coniect. ad Viuid.colleg. capitu.9. reſoluens conuentum non teneri reſtituere niſi ꝙ accepit, nempe emptorẽ rem ipſam,uenditorẽ ꝓciũ acceptũ:non vero id quod alter eorum

g Intellige de uẽditore, nam emptori ẽt agenti, & contractũ reſcindenti gabellę, & cætera expenſarũ onera refundẽda ſunt argum. text. in d. l. debet cũ ſupra notatis nu.proximo.

ratione contractus tertiæ personę soluit, vel aliter erogauit: quod raro alibi in specie reperies. in id autē principaliter arguit Curti. ex eo quòd conuentus in casu huius l. potuit contractum conseruare, restituendo quod plus iusto accepit, vel minus iusto dedit. Quod fundamentum parum tutum est cum ex veriori receptiorique opinione supra probatum sit cōuentum in casu huius l. non dici voluntarie, sed necessario à contractu recedere: non obstāte electione, quam à lege habet. Item contra eam sententiam non parum vrgere videtur tex. in d. l. debet, vbi læsus redhibens rescindit contractum, & repetit à vēditore non solum precium, quod dedit, sed etiam quod gabellæ vel alterius oneris causa erogauit: maxime iuncta ampliatione Tiraq. in d. loco de retrac. conuen. §. 6. glo. 2. nu. 2. in fin. Sic etiam in casu huius l. conuentum onerare videtur culpa tantæ læsionis, quam DD. dolo æquare, solent, per l. si quis cum aliter, ff. de verb. obli. & ita ex d. l. & Fabiano, cū supra traditis fortasse iudicabitur contra sententiam senatus Brugensis à nouissimo curtio relatam in d. loco. Maxime attenta etiam communi opinione in casu retractus consanguinitatis & conuentionis, vt in fine nu. præcedentis.

39 Ex prædictis iam videbis differentiam inter tributum publicum, & priuatum. cognosces etiam diuersam esse inspectionē repetendi ab altero ex contrahentibus, & inspectionem repetēdi à fisco vel à tertio. Consultius autem est, vt conuētus statim excipiat aduersus agentem, eique imputet prædictas erogationes, quando in id ius habet, nec expectet eas postea à tertio repetere, iuxta l. 3. ff. de compensa. Inter onera autem & erogationes tūc enumeratur quod soluitur notarijs, officialibusq; subhastationis, per tex. in d. l. debet, cum glo. notatque Tiraq. in d. §. 26. glo. 4. nu. 8. agens de eo quod præstatur proxenetis, & de retrac. conuen. d. §. 6. glo. 2. n. 21. & 23. vbi de his omnibus agit: & speciatim Cagno. in d. l. 2. nu. 237.

40 Nec omitto quod DD. sæpisime commendare solent tex. in d. l. debet: 27. ff. de ædil. edic. vt in dubio emptor teneatur soluere gabellā, & onera ratione rei erogāda. et ita illū tex. notabilem dicit Bal. in l. si prædium, nu. 6. C. de ædilic. act. commendat Ias. in l. fin. nu. 41. C. de iur. emphi. extollit Roman. sing. 582. Et ita per illum tex. iudicauit capella Tholosana, vt habet in eius decis. 451. & tradit Alex. cōs. 51. n. 4. li. 3. & Io. de Ami. consi. 151. nu. 2. Firmian. de gabel. Cagnol. in d. l. 2. nu.

236

236.C.de pact.inter emp.& plures alibi,male ad illum tex. ad uertentes I.C.enim nunquam id sensit,nec iuris necessitatem sed facti relationem tantum tradit:vt patet ex verbis tex. ibi, *uectigalis nomine, qd emptorē forte sequeretur*,vt melius aduer tisse videtur Cepol.ibi non solitus referi: vbi verius ostendit tex.ibi non probare eam communem allegationem,quod etiā agnoscit molin.in consue.paris.§.23.nu.7. sed Cepol. addit, eandem conclusionem falsam esse:nec consuetudine vel praxi seruari:contenditque onus soluendæ gabellæ pariter diuidēdū fore inter vendentem & ementem:quod apud Lusitanos habe tur in constitutione gabellarum,vulgo,*artigos de sisas ,fol.i.*

41 Prędictis autem nihil obstat quod Bar.& DD.sæpe notant de oneribus erogationibusque deducendis ex precio : loquuntur enim in diuersis terminis,quoad quantitatem soluendam nomine gabellę vel laudinij alterius ve oneris: vt ex precio deducantur necessarię impensæ vel erogationes Barto.& alij in l.sed si hoc.§.i.ff.de cond.& demonst. Alex.& Ripa in l. ubi purē.ff.ad Trebellia.Ias.in l.cum quædam puella.§.i. nu.6. cum seq ff.de iurisd.om.iud.& in l.non amplius.nu.4.ff.de leg. i.Tiraq.de retrac.ligna.§.15.glo.i. nu.4. & seq. Est tamen tunc egregie aduertendum quòd solutiones,seu erogationes ex cau sa gabellæ uel alterius oneris,non debent computari ad quan titatem precii,& læsionis quoad principalem effectum inducendi actionem huius l.In hoc enim attendi tantū debet quod alteruter contrahentium conuentus accepit, non uero quod h læsus ex prędictis causis uel similibus erogauit : ut colligi potest ex uerbis huius l.respicientis tantū datū & acceptum inter emptorem & uenditorē.Et ita prudēter iudicatū a Sena.Paris. refert Rebuf.in d.2.tomo,ad constit.gallic.ti.de rescis. cōtra. glo.15.nu.17.pag 181.Quæ omnia utilissima sunt, nec alibi hucusque ita enucleata.

h Hoc in uenditore agēte contra uera eleganter posset ex doctrina Bar.omni no uidendi.ī l. sed si hoc. §.i.ff.de condi.& demon.

42 Pręcedentibus non incongrue additur quæstio in hac materia,si emphiteuta domino consentiente emphiteusim aliena uerit,postea que sentiens se læsum fuisse,agat, obtineat que sentiens se læsum fuisse,agat,obtineatque ex remedio huius l.an necessarius sit nouus domini consensus,quasi ad nouum titulū nouamque possessionem ? arguendo a conuentione ad iudicium:& ex regula l.si ob causam . C. de euictio. Sed contrarium dicendum est : quia ea acquisicio necessario fit, non voluntarie, vt supra cum Bald. probaui : atque ita cessat

decisio l.fin.C.de iur.emph.magisque militat doctrina tex. & Alber.in l.alienationes,ff.famil.ercis.& quæ varijs in locis notari solent de alienatione necessaria,per l.1.ff.de fund.dot. Idq; satis colligitur ex Molin.in consue.parisiens. §.22. nume. 13. & nume. 16. vbi distinguit inter rescisionem vel resolutionem voluntariam & necessariam: asserens in necessaria non requiri amplius domini consensum,nec ei aliquid ex tali re acquisitione deberi. Idem in pacto reuendendi expressim notat Cagnol.in l.2.q.88.nu.243.C.de pact.int.emp.& vend.potest & in hanc sententiam induci glo.notabilis in l.5.verb.creuisse ff.de impē.in reb.dot.ibi *non videtur de nouo datum.* Diuersum autem esset,quando post traditionem, & omnimodam perfectionem alienationis emptor & prius emphiteuta in pristinum statum omnia reducerent,tunc enim noua alienatio fit:ideoque omnino procedet d.l.fin.cum supra traditis,maxime ex notatis in l.ab emptione,ff.de pact,& expressim notat Hiero. Paul. in practica cancellariæ,pag.127.

43 Effectus actionis ex hac l. competentis vtiliter ad fideiussorem extenditur, vt scilicet liberetur rescisso contractu: quod aptius & frequentius applicabitur fideiussori venditoris pro eo de euictione se obliganti,vt sępissime contingit:quod ex antiquioribus tradit Alb.hic n.20.idē Alb.Pau.Fulg.& cōiter DD. scd'm Alex.& Iacobi.in l.1.C.de fideius.minor.reiecta dubitatione Bar.ibi,cui dubium faciebat regula eiusdem l.& l.in causę in princ.ff.de minor.vbi restitutio minoris non prodest fideiussori,quod diuersam rationem habet ex reg.iuris in l.priuilegia, 157.& l.in omnibus causis,69.ff.de reg.iur.ideoque receptum est vt minor non possit in lite contra fideiussorem mota,auxilio ætatis vti ad tuendum fideiussorem, vt tradunt Paul. & Alexand.in d.l.prima.C.de fideius. minor. Ange.in Rub.Insti.de excep.nume.13.Dec.in l.Diuus Pius. num.6.ff. de reg. iur.Alex.in l.sed hoc ita,nu.9.ff.de re iud.Quorum ratio sumitur ex eo quòd tunc fideiussor non habet regressum contra minorem,qui aduersus eum eodem auxilio vtitur: secus quando fideiussor recursum haberet contra minorem, vt DD. agnoscunt,nec aliud inquit Bar.quem illi male reprehendunt, in l. Stichum,§.quod vulgo,nu.2.ff.de solu.

44 Extra causam igitur minoris, non erat cur liberatio ex remedio huius l.non liberet fideiussorem,vt DD.recte aduertunt ex doctrina I.C.in l.7.vers. rei autem ff.de excep. Aliter

enim

enim per obliquum eluderetur remedium huius l. cum lęsus per se libera tus teneretur postea satisfacere fideiussori contra iuris regulas & tex. in l. idemque 10. §. generaliter ff. manda. vbi probatur, principalem debitorem posse assistere liti motæ aduersus fideiussorem & propter suum interesse proponere exceptionem, quæ fideiussori non communicatur, vt ibi notat Bar. idem Bar. in l. minor, §. fin. ff. de procur. Bar. in l. verum, ff. pro soc. Bal. in l. mandatori, nume. 8. C. de non nu. pec. Fab. & Ang. in §. 1. nu. 7. Insti. de fideiu. & ad hoc illum tex. extollit Paul. castr. in l. Marcellus, ad finem, ff. de fideiuss. Ias in l. si cum procuratore, nu. 4. ff. de re iud.

45 Decisionem huius l. limitant quam plures cum Bal. in c. 1. nu. 6. quali. dom. prop. feu. pri. ne venditor læsus agere possit remedio huius l. qñ vẽdit minori pciũ soluẽdo, vsque ad certũ tps adiecto pacto, vt si intra id tp̃ emptor non soluerit, teneatur soluere iustũ preciũ vel aliud statim expressum, quod iustũ sit, aut non minus dimidia iusti. Fundamentum Bal. est ex illo vulgari axiomate, quod prouisio contrahentium facit cessare prouisionem legis, l. fi. C. de pac. conuen. quam Bal. inibi citauerat, num. 4. eamque declarationem sequitur ibi Math. Afflic. nu. 18. & ita Alex. in d. l. si quis cum aliter, nu. 19. post Roman. & ibi id extollit Aret. nu. 8. vers. & ad materiam, & Catel. Cot. in verbo, vẽditor, & Anto, Burg. in c. cũ causa, nu. 46. de emp. & vend. Mantua lib. 1. locor. cap. 6, ad fin. Cremen. hic, nu. 100. in 7. limi. idem tenent alij, ex quibus patet eam opinionem receptissimam esse. Sed contrarium verius putauit Ias. in l. 2. nu. 143. C. de iur emph. quem sequi videtur Cagnol. hic, nu. 168. licet breuissime tangat.

Ego in eo articulo video contra. Bal. & sequaces recte Ias. retorquere eorum argumentationem ex glo. in d l. 2. dum egregie limitat reg. d. l. fin. c. de pact. conuen. et doctrimam glo. ornat Galiau. in rep. l. centurio, col. 16. ff. de vulga. Aduerto. etiã vltra eos omnes quòd minus periculose procedet opinio Bal. quãdo conuentio fit de supplendo iusto precio, quasi tunc significet venditor, se scienter minoris vendere. Receptum autẽ est, scienti precium negari remediũ huius l. sed ex cõmuni praxi et de iure contrarium verius esse probauimus supra in 1. par. cap. 2. vt sic ex præsumpta scientia non debeat læso negari remedium, huius l. Quibus præmissis, vt uerissimum et fere indubitabile assero in terminis quæstionis Baldi contra

ſero in terminis qõnis Baldi cõtra eũ,& contra DD. cũ ſequẽtes,nõ ceſſare tũc remediũ huius l.maxime vbi nõ conſtiterit, lęſum ſcienter voluiſſe quod ſupererat donare, vt vitetur communis opinio tunc excludens læſum:quem nos tunc etiam admittimus, & Ordinatio Luſitanorum,vt probaui in dicto loc. Moueor contra Bal.& communem ex eo quod prima principalisque pars illius conuentionis pura & præſens eſt pro minori precio expreſſo:ſtatim ergo fit locus remedio huius l. Nec obſtat ſecunda pactio pœnalis maioris precij quando emptor ad tempus non ſoluerit,nam vltra Iaſ.melius retorquetur,attẽto quod id conuenitur in pœnam moroſi & ideo non debet ꝓ eo & in eius fauorem tam notabiliter intelligi adeoque contra venditorem vt DD.inique & incaute volebant,negando venditori remedium huius l.contra iuris reg. & contra tex.in l.2. ff.de leg.commiſ. Item ſecunda pars conuentionis conditionẽ habens,in ſuo caſu & tempore effectum habebit: interim vero ad priorem partem puram minoris precij, negari non poteſt remedium huius l.argu.reg.l.quod per manus,ff.de iur. codic. nec dubito ita ſemper iudicandum contra Bal.& alios.

SECVNDA PARS L.SECVNDAE

C. de reſcin. vend.

CAPVT QVARTVM.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur,et pleniſſime tractatur quæſtio. illa, an ex remedio huius l.euincantur fructus : agiturque de intellectu l. 1. C.ſi maior fac.in 5.C.& de explicatione multorum iurium,vſque ad nume.13.*

14 *In eadem q.adducitur tex.in c.ad noſtram de reb.eccle. non alie. de cuius explicatione copioſe agitur,vſque ad nu.27.*

28 *Traduntur duo caſus, in quibus tutius dici poteſt ex remedio huius l.fructus reſtituendos fore,& nu.29.*

30 *Adducitur tex.in l.2.C.ſi quis ignor.rẽ minor. & late tractatur de eius intellectu,reiiciunturque plurima hucuſque perperam tradita circa acquiſitionem fructuum ex iuris errore : & de intellectu*

intellectu § .scire, l. sed etsi lege, ff. de peti. hæred. cum multis scit dignis, vsque ad nu. 44.
45 *Proponitur grandis difficultas summe animaduertēda inter titulum nullum & titulum per restitutionem rescisum circa retentionem fructuum: & traduntur multa utilia cum distinctione fructuum naturalium, & industrialium, extantium & consumptorum, usque ad nu. 48.*
49 *Adducitur in proposito tex. in l. de fructibus, ff. de donat. inter uir. & uxor. in cuius intellectu reiiciuntur multa, quæ tradebant glo. & DD. usque ad nu. 51.*
52 *Explicatur diuisio fructuum, agiturque de eorum appellatione cum Bar. & glo. contra nonnullos.*
53 *Tractatur de bonæfidei possessore quoad acquirendos fructus, & de intellectu multarum legum, usque ad nu. 59.*
60 *Comprobatur de iure contra glo. & scriben. praxis. Lusitaniæ quę releuat bonæ fidei possessorem a restitutione fructuum etiam si factus fuerit locupletior.*
61 *Explicantur alia utilia in materia.*
62 *Ornatur doctrina gl. cēlebris in l. emptor, ff. de rei uēdi. et. n. 63.*
64 *Tractatur utilissimus articulus, qualiter probetur quis locupletior ex fructibus, usque in finem.*

SECVNDA PARS L. SECVNDAE

C. de rescin. vend.

CAPVT QVARTVM.

1 IRCA effectum actionis læso competentis ex decisione huius l. explicandus est articulus scitu dignissimus, nullique ex iam tractatis difficultate uel utilitate inferior, an emptor conuentus remedio huius l. nolens supplere precium, teneatur restituere fructus a tēpore traditionis perceptos? In quo uariant scribentes, triplexq; in eo reperitur opinio: prima receptior videt̄, & ita a nouioribus cōis appellatur: ut. s. emptor fructus irreuocabiliter retineat, etiamsi rem ipsam restituat: idque iudicauit Rot. quā refert & sequitur Fabian.

Fabian.in tractat.de emp.& vend.q.8.nu.24.Rot.in nouis decis.116.Idque tanquam receptissimum secure probat Pantal. hic & Cagnol.nu.40.& hispanus Anto.Gomet.in tomo de cōtract. c.2.nu.14.fol.22.col.1.& c.4.n.21. in fi.Et hāc opi.probant Butr.& Imo.in c.ad nostrā, de emp.& vend. & ibi secure Burgē.n.36.& Cepol.de simul.cōtract.dicens nullibi se hoc legisse:idēque probauit Anch.& Syluester,quos citat Couar.loco statim allegando,qui hanc opi.etiam tribuit Baldo hic, n.3. qui magis videtur contradicere.Sic etiam Afflic.in c.1.nu.83. de feud.dat.in vic.l. commis. ad hanc opinionem refert Baldum ibi,apud quem id non inuenio.Et hanc partem quasi receptissimam sequitur nouissime Mantua lib.1.locor. cap.6.ad fi. Et hanc sententiam sæpissime in praxi obseruatam vidi,nec in eo contrariam opinionem vllo modo audiri. Secunda opinio prorsus contraria multis placuit, imo quod emptor teneatur fructus restituere,si venditor læsus obtineat ex remedio huius a l.eamque opinionem probauit Rofred. quem referendo sequi videtur Alber.hic,nu 16. & nemine relato apertè hoc probat Salic.hic,nu.5.Bal.n.3.licet nonnulli ad præcedentem opinionem Baldum adducant.Et ita cum Rofred.tradit Math.Afflic. in d.c.1.nu.150.& sequen.de feud.dat.in vic.leg. commis.dicens hanc esse veriorem opinionem de iure,& animæ tutiorē, atque ita consultum vidisse per famosos doctores. Eādemque vt meliorem sequitur Couarru.li.1.resol.cap.3.nu.9.& Anto. Gome.sibi contrarius in l.70.tauri,nu.23.versi.confirmatur: & Augusti.Bero.in c.cum dilecti,in fin.& in c.ad nostram,nu. 25.de emp.& vend.& hispanus Grego.Lup.in l.56.tit.5.par. 5.Tertia tamen quodammodo diuersa dici fortasse poterit ex b Beroo & Lupo proxime citatis:addunt enim, vt emptor eligens rem restituere, teneatur ad fructus respectu illius, quod res plus valebat,compēsando aliam partem fructuum ad respectum rationemque precij dati.quod si emptor eligat supplere quod deerat iusto precio,teneatur ad interesse illius pluis, qđ supplet in compensationem fructuum,quos de re maioris precij percepit:hęc illi.

a Patet igitur maxima scriben.varietas:in qua magis amplectēdam puto priorem opinionem,quæ receptior asseritur,cui hispaniæ praxis non leuem autoritatem præstat iuxta doctrinā I.C.in l.minime, ff.de legi.Facit tex in l.filius emancipatus, 14.ff.ad l.Cornel.de fals.ibi,*sic enim inueni senatum censuisse*: & tex.

a Hos omnes retulit, cost.ī §.&quid si tā tum 2. parte. pag 51.n 71. cū seq.l. Gal. ff.de lib.& posthu.

b Et hæc est æqua,uteriorque opi. quā pri' magistra & omnibus iudicibus probatam auctar est harme. li. 3.titu. 3. pagin. 178. §. ἰςέο ὅτ ει μω μ'πορος ubi ui.

c &tex.in §.penul. inst.de satisd.vbi Iustinian.ait, *omnia apertius a quotidiano iudiciorum vsu ipsis rerum documentis apparere:* Facit tex.in l.Labeo, 21.ff.de statulib.ibi, *morem agentium sequi debemus:* & tex.l.3.C.de ædif.priua.ibi, *probatis iis, quæ in oppido frequenter in eodem genere contrauersiarum seruata sunt* & tex.in l.1.ad fin.versi.impubes.ff.ad Sillani.ibi, *solet hoc in vsu obseruari:* & tex.in l.fin.in fin.C. de iniur.cum multis quæ DD.in varijs locis tradunt de stilo & praxi antiqua, vt per Afflic.decis.79.ad fin.& decis.135.nu.3.Alcia.reg.2.præsump.30.& Boer.cons.8.late Rebuf.in 3.tomo ad constit.gallic.post prin c.& Chas.in procem. consue.Burgun.col.1.& sequen. Quæ praxis. autoritas prudentissime a Bal. extollitur in l.Aemilius,col.8.num.11.in fine,ff.de minor.vbi ita inquit, *leges in scholis deglutiũtur, in palatijs digeruntur, quia practica est scientia digestiua* Ego autem post longam legendi professionem,postque diligentissimam foro nauatam operam,in ea sententia sum,vt theorica sine praxi digestam solidamque iuris cognitionem prestare nequeat,praxisque absque thorica maxime periculosa,& manca euadat:quam in rem memoranda sunt verba Quintiliani lib.12.cap.6. cum inquit, *Et hercle quantumlibet secreta studia contulerint, est tamen proprius quidam fori profectus, alia lux, alia veri facies: plusque si separes, vsus sine doctrina quã citra vsum doctrina valeat*. Sic alibi Plin. ad nepotẽ,veras lites in foro appellat, scholã vero rẽ inermẽ.

3 Eam vero receptiorem opinionem & communem praxim aliquibus fundamentis fulciemus, dummodo prius argumentis contrariæ opinionis respondeamus. Aduerto igitur pro contraria opinione quatuor principaliter adduci: primum ex vi verbi, *restituere*, quod cũ fructibus intelligi solet, l.videamus, §.in fauiana,ff.de vsur. quo argumento vtitur Lup. vbi supra, & aliqui eius opinionis asseclæ:sed hoc fundamentum, doctis viris indignum fuit,cum lex nostra, & similes tali verbo non vtantur,magisque ex humanitate & miseratione legi actionem præstent,electione conuento data. Secundo pro ea opinione arguunt Bal.& Salic.ex iuribus loquentibus de actione redhibitoria,in qua veniunt fructus l.cum autẽ, §.cum redhibetur, l.quod si nolit, § fin.ff. ædil. edict. Quod argumentum bene expensum inefficax est imo ex dictis eorundem Baldi & Salic. retorqueri potest: ipsi enim in oppos.huius l.col.1.hanc actionem separant a redhibitoria: Aduerto etiam, quod in actione redhibitoria

c adde celebre Anaxagoræ elogiũ censentis manũ esse câm sapientiæ de quo duaren.in epistola ad Andiguillartũ pag. 523.adde preterea tantæ auctoritatis ac tã necessarium esse usũ forensem ut & naturaliter legum interpretatio est millum desiderare, & ex illo iuncta auctoritate prudentum confectum ius ciuile dicat Po pol. 2. §. his legibus D.de origin. iur. col.2. adde & text. in l.hoc iure utimur 10. & in l.stipulatio ista 38.in prin.ibi & ita utimur & in §.si quis ita utimur & in §. si quis ita ibi eoque iure utimur cũ plurimis similibus. ff. de uerb.obli.adde deinceps meliorẽ tex. in l.i. §. eod. aut. tecto ibi & ait sextus sic esse sæpe iudicatum D.

redhibitoria constitutum reperitur omnia inuicem inter emptorem & venditorem in pristinũ statum reponenda fore, d. §. cum redhibetur, & l. facta, 60. ff. eo. vt sic illa actio restitutoria sit, quasi ex tunc, hæc vero simpliciter rescissoria ex nũc: (vt nostrorum terminis vtamur.) Tandem in ea actione agit emptor, ipseque causam rescisioni præstat, vnde nimirum si fructus restituat ex iuris regula, ne ex eo quis lucretur, quod impugnat: vt satis in proposito notat Panor. in c. illo vos, nu. 6. de pignor. In hac autem q. agitur de venditore læso agente, & rem ab emptore inuito auocante, vt satis in simili ad argumentum quoddam rescisionis ex actione redhibitoria respondebat idẽ Bal. hic nu. 17. versi. item non obstat: & Salic. q. 15. quos retuli in præced. cap. nu. 11. & sequen. vbi probauimus receptius esse rescisionem appellari necessariam in terminis huius l. non obstante electione emptoris ad rem ipsam retinendam.

4 Argumentantur alij tertio loco ex natura restitutionis, quæ minoribus 25. annis datur, in qua fructus veniunt, l. quod si minor, 25. §. restitutio, & l. patri, 28. ver. item ex diuerso, cum gl. ff. de minor. Quę argumentatio non paucorum authoritate iuuari potest, qui remediũ huius l. ætatis auxilio sępe æquiparãt, maxime Bal. hic, nu. 16. Aimo. cons. 272. nu. 19. Tiraq. de retractio. lignag. §. 32. gl. 1. n. 69. & n. 71. & alij alibi. Sed ea argumentatio inter doctos admittenda non est, eamque in his terminis recte negat Cagno. hic, nu. 40. dicens longe diuersum esse remedium huius l. a restitutione minoris: quod ego multis probo. Magis enim fauendum est ætati fraudibus obnoxię, l. 1. ff de minor. nec in remedio huius l. scriptus reperitur grandis hic effectus restituendi fructus, qui notabiliter & speciatim exprimendus fuerat. Probatur 2. quia restitutio minoris facilius in tertium extenditur, l. in causæ, §. fin. ff. de minor. actio autem huius l. vt mere personalis, in tertium non datur, secundum gl. & DD. vt latius explicauimus in 1. cap. huius partis, num. 30. Probatur & 3. hęc differentia, quia remedium huius l. non est pręcisum in re auocanda, cum electio detur conuento: minor ante sępius rem ipsam præcise auocat, vt patet ex multis legi. ff. de minor. quod latius explicabimus in sequenti capitu. Quæ maior potestas restitutionis ex ætate egregie comprobatur ex Panor. in cap. ad nostram, nu. 8. de reb. eccles. non alien. Differunt etiam hæc remedia quoad aliam notabilem inspectionẽ traditam in fine cap. præceden. Et ita vere solideque constat

non

ad Syllan. & sing. tex. in l. 39. §. si stichũ ibi lab. & offilii sententia rõnem habet sed hoc iure utimur D. de statulib. & Liuii sententiã a Baldui. relatam i Iustin. pag. 498.

d Adde eũd. Bal in usibus feud. de feudo sine culpa non amitt. c. i. ubi dicit praxim eẽ ueram legum intellectricem, & Saly. in l. p hanc col. i. C. de tempor. & repar. appell. scribentẽ qđ doctorib. per practicam legum ueritas splendescit quod idẽ sensit Fab. §. sed non usque ad fin. institu. de leg. dicẽs qđ hæc iuris sciẽtia parũ proficit nisi bene & frequenter negotiis applicetẽ. & uide to ferre. in l. i. vers. sed frustra pagin 9. D. de reg. iu.

non esse, confidenter arguendũ à restitutione, ætatis ad remedium huius l.

5 Adducitur 4. pro ea opinione contra communem tex. (qui non parum vrgere videtur) in l. 1. C. si maior fact. alien. rat. e hab. infra in 5. lib. Cod. quem tex. in materia huius l. maxime ad formam libelli adducunt Bar. & alij hic, in q. renũciationis & iuramenti in hac eadem materia plures ex Legistis & Cano nistis, vt per Cagnol. hic nu. 112. & in alio articulo huius materiæ, vt per eun. Cagnol. hic nu. 116. In terminis vero pro ea opinione contra magis communem, eam l. ponderat & extollit Bero. in d. c. cum dilecti, in fin. & in c. ad nostram, nu. 25. versi. moderni. de emp. & vend. & expressim Math. Afflict. in d. c. 1. nu. 150. de feud. dat. in vic. leg. commis. & eis non relatis (quia forte adhuc in hispaniam nõ peruenerant) eandem l. in proposito notat couarru. d. cap. 3. lib. 2. resol. Qui tex. inducitur, quatenus refert venditionem prædij factam à curatore minoris absque decreto, eamque postea ratam habitam à maiore facto: deinde compertam fuisse læsionem in precio tandemque subdit Imperator in arbitrio emptoris esse supplere precium, vel rem cum fructibus restituere. Agnoscendum autem est cũ glo. & DD. eam l. loqui de hac læsione vltra dimidiam, licet eam non prorsus exprimat. In alia enim nõ ita daretur ius rescindẽdi ratihabitionem à maiore factam idque colligi potest ex verbis d. l. ibi *si minore precio*: ita enim loquitur hæc l. & l. non id circo, infr. eod. maxime attento, quòd ea lex eosdem autores habuit, quos lex nostra, & d. l. non id circo, vt colligatur talem fuisse eorum phrasim ad exprimendam hanc læsionem. Quibus præsuppositis roboratur inductio d. l. cum tandem decidit rem cum fructibus restituendam.

e Quẽ tex. dicit sing. & uulgo ignoratũ cost. in §. & quid si tantum 2. parte pag. 51 nu. 71. l. gallus. ff. de lib. & post.

6 Cui non leui obiectioni primo responderi posse videtur, ex interpretatione antiquorum, quos glo. inibi retulit in verb. si minore, qui dicebant, venditorem maiorem factum dolo inductum fuisse ad ratificandum: vnde ex dolo durius agi poterat cum emptore, non ubi sola læsio absque dolo interuenerit. In quem sensum ad alium articulũ eã l. accipit Forcatul. d. dialog. 107. Nec repugnant uerba eius l. ibi, *deceptum*, & ibi, *si diuersa pars bonam fidem non amplectatur*. Sed hæc euasio nõ satisfacit non tantum, quia glo. & DD. cõmuniter eam l. citra dolum intelligunt ex sola hac læsione in precio, sed etiam ex uerbis eiusdẽ l. ibi, *inconsulto errore* quibus nõ aduersantˋ alia proxime ponderata

ponderata: cum & deceptio & circunſcriptio non ſemel pro læſione abſque dolo accipiatur iuxta tex. & glo. in l. item ſi precio, §. fi. ff. loca. l. non omnia. 45. ff. de minor. magiſque reijcienda uideatur ea interpretatio, quia dolus dans cauſam ratihabitioni uenditionis (quæ ipſo iure nulla erat) uideretur eam nullatenus confirmare ſed cum ſua nullitate relinquere ſecũdũ receptas traditiones. Tandem fortius id oſtenditur, quia interueniente dolo etiam circa precium incidenter, nec dante cãm contractui, non poterat emptori electio dari ſecundum paul. receptum hic, cũ glo. l. 4. C. ſi uend. pign. aga. ut deduximus in 2. cap. huius par. nu. 11. cum ſequen.

7 Vnde ad ſuſtinendam cõmunem praxim ad eam l. eleganter reſpondere tentabat Couarru. in d. loco, ideo ibi rem cum fructibus ab emptore reſtitui: quia idem precium à ſe datum cum vſuris reſtituebatur: quæ cum hodie ex cõſuetudine & chriſtianorũ regũ ſanctionibus põtificiũ ius ſequentibus nõ pſtentur, recte in praxi obſeruatum videatur fructus ab emptore reſtituendos non fore, quæ compenſatio fructuum & vſuræ probatur in l. 1. & 3. C. ſi vend. pig. aga. melius in l. illud. 29. ff. de ædil. edic. Sed ea conſideratio quoad ſuſtinenda praxim non contemnenda, ſatiſfacere nequit ei, qui receptiorem opinionẽ pro emptore veriorem, etiam de iure putat, & ſecundum eam citra autoritatem praxis iudicandum fore. Aduerto item non ſemel contingere, vt fides de precio habeatur vt iura & glo. & DD. ſæpe tradunt, in quibus terminis ceſſabat ea compenſatio precii cum vſuris reddendi.

8 Ego pro ſuſtinenda receptiori ſententia & communi praxi ſeparandam puto ſpeciem illius l. à quæſtione gene. aliter propoſita: aduerto enim in ea l. duplex à principio alienationis viciũ fuiſſe utrũque maximũ. Alterũ quod res immobilis abſq; decreto alienata fuit, & ita non ſolum læſio ad reſtitutionem, ſed etiam nullitas reſultabat. Alterum, maxima fraus in precio vt in ſimili ſpecie tradunt iidem Cęſares in l. 6. c. arbit. tutel. quæ alienatio vicio nullitatis, ex defectu decreti, atque enormi læſione laborans non potuit facile in totum confirmari ex ratihabitione, quam Imperator inquit, à decepto, & inconſulto errore factam fuiſſe. Adhuc enim, attendi debet duplex illud vicium alienationis, rem in ſui primordio inficiẽs & qualitas illa minoris ætatis quæ vel ex nullitate, vel ex reſtitutione fructus euincit, iuxta ſup. tradita de reſtitutione, &

de

de nullitate l.si prædium.C.de præd.minor. Nimirum igitur si duplex uicium magis oneret argum.eorum, quæ tradit Bal. in l.i.in fi.inf.tit.prox.Afflict.decis.199.n.27.Dec.consi.541 nu.22.Nec nouum est,originem negocii in odium iniqui possessoris attendi l.clam possidere,uers. sed origo. ff. de acquir. posses.cum multis utiliter a Ias.ibi congestis: facitque illud vulgare,l.unicæ,c.de impon.lucra.descrip.*ut a primordio titu li posterior formetur euentus*. Vnde attenta negocii origine manent inde reliquiæ,ut res cum fructibus in ea specie restituatur.Idque comprobatur ex uerbis d.l.dum ibi expenditur deceptio & error ratihabitionis:quæ nullitatem tantum, non læsionem tollit secundum glo.& omnes.Id uero conditionaliter intelligendum colligi uidetur ex uerbis eiusdem l. dummodo emptor bonam fidem agnoscat:quod cum recusat, facile res ad pristinam sui naturam reuertitur,iuxta l.si unus.§.pactus.ff.de pact.Quod etiam suadetur ex manifesta fraude curatoris sine solemnitate,& cum tam enormi læsione alienantis rem minoris, cuius fraudis sat particeps uidetur emptor fuisse:atque ita species d.l.obstare non debet generali conclusioni communis opinionis,præsertim, quæ multis urgentissimisque fundamentis non caret,ut statim probabimus.

9 Supra proxime respondimus argum. quod adduci solet de actione redhibitoria,nec obstat tex.in l.5.ff.de lege commis. Loquitur.n. de emptore non soluente preciũ conuentũ,cuius culpa rescinditur vẽditio: ideoque rẽ cũ fructibus restituit: qa iniquum esset,cũ ipse non soluit,fructus lucrari: vt no.glos. in l commissoriæ,C.de pac. inter emp. & vend. Nec obstat l. Imperator, & l.item quod dictum, ff.de in diem addic. vbi in pacto addictionis in diem res postea cum fructibus restituitur:respondetur enim,id procedere,quando venditio conditionalis fuit,quod differt a pura,licet sub conditione resoluenda iuxta l.2. & 3.ff.eod. At nos hic agimus de emptione perfecta iuxta supra dicta,& l.dolus, infra hoc tit.& ita in simili respondet & tanquã receptũ tradit Tiraq.in l.si vnquã,verbo, reuertatur,nu.230. Potest ẽt ad alia responderi ex traditis ab Anton.Burgen in d.c.ad nostram, n.34.cum seq. de emp. & vẽ.

10 Minus obstat text.in l.filio,§.1.in fine, ff.de inoffic.testam. vbi rescissa institutione per querelam restituuntur bona cum fructibus,quem tex.extollit Roma.consi.454.num. 25. generaliter & periculose ex eo notans,irritato titulo,rem cũ fructi

bus

bus restituendam fore: quod refert, melius tamen explicans Felin. in c. cum causa, nu. 27. de re iud. & hispanus Segura in repe. l. 1. §. si vir vxori, ff. de acq. pos. Cur. sen. cōs. 71. ad finem, quibus addēdum est rescissionem ibi iure fieri vt ex tūc, quasi nunquam titulus extitisset: vt in l. eum qui, 21. §. fin. ff. de inof. testa. ibi, *perinde omnia obseruari oportere, ac si hæreditas adita non fuisset.* Nimirum igitur si bona cū fructibus tunc restituā-tur secundum receptas traditiones, vt per Molin. in consue. Pa ris. §. 30. nu. 32. cum præceden. & sequen. sic vitabitur obiectiō ex l. in summa, versi. ei qui, ff. de condic. indeb.

11 Sic respondent DD. ad l. cum quis, ff. de condic. ob cau. vbi in donatione causa mortis resoluta, auocatur res cum fructibus: commendat Cremens. notab. 15. amplians ad legatum viuo testatore præstitum, posteaque reuocatum. Commendat etiam Ioan. Lup. a Palac. Ruu. in rub. de don. inter vir. & vxo. §. 72. similis tamen est tex. in l. videamus, la 2. §. idemque est ff. de vsur. Ibi namque titulus fragilis erat, non obligans, sed pen dens a voluntate donantis causa mortis: nos agimus de titulo valido inter viuos, licet ex æquitate cum onere probandi enor men læsionem, & electione data emptori rescindi possit: vt ad alios articulos communiter resoluunt scriben. per Ias. ibi per Molin. d. loco, & Tiraq. in d. verb. reuertatur, nu. 128. Boer. de cis. 98. nu. 6. Anton. Gome. de contr. ca. 4. nu. 21. Exea de pact. nu. 121. ex quo cauebis a Ripa in l. 2. nu. 10. ff. de leg. 1. ibi, *sal tem in fructibus,* vbi videtur immemor fuisse dictæ regulę in donatione causa mortis.

12 Ex supradictis dilui videntur argumenta, quę receptiori opinioni obijciuntur: nec ad decisionem huius l. arguendum est a restitutione minorum. Minus vero obstat argu. Hispani Gregor. Lup. & Beroi, quos supra nu. 1. in fine citaui quasi in tertiam opinionem in hac q. quorum argumentatio principaliter fundatur ratione seruandę ęqualitatis, item ex decisione l. curabit, C. de act. emp. Respondetur enim, quod talis ęquitas nullo iure in specie probatur: imo secundum iuris regulas læsio in precio non emendabatur iuxta ea quæ supra late deduximus in 1. cap. 1. par. satisque erat conuenta implere, & ita cessat argu. d. l. curabit.

13 Sed iam rei ordo, & articuli qualitas aliqua fundamenta cō munis opinionis postulat: quæ iuuatur ex reg. l. in fundo, ff. de rei vend. arguendo a bonæ fidei possessore, idque (vt aiunt) a fortiori,

fortiori,iuxta glo.celebrem in l.emptor.ff .eod.Emptor enim in hac materia vere dominus efficitur l.dolus, infra eod. nec potest dici malæfidei possessor,cum & ex titulo possit præscriptione se tueri aduersus venditorem læsum,iuxta ea quæ de præscribendo remedio huius l.superius deduximus in hac 2. par.c.1.nu.26.& vltra ibi tradita circa l.Castel.notat couarru.lib.1.resol.cap.3.nu.15.Iuuatur magis hæc opinio,vt emptor fructus retineat,ex doctrina p anor.in c.illlo vos, nu.6. de pigno.vbi tradit,nō posse venditorem fructus ab emptore auocare,quando emptor dominus erat,rescisioque fieri poterat quocunque tempore venditor ageret, quasi tunc culpa sit eiusdem,qui agere distulit: quam resolutionem receptam inquit Couarru.lib.3.resol.ca.9.post principi.Tiraq.de rect. conuent.§.5.glo.2.nu.3.Sed omisis aliis multis, quæ induci possent,confirmatur maximè hæc opinio ex responsionibus ad obiectiones partis aduersæ: hoc enim casu non rescinditur titulus ut ex tunc,nec rescisionis effectus retro respicit: quod ostendo,nam hęc l.nouum ius introduxit,iureconsultis,anterioribusq; principibus incognitum,ut probaui in j.cap.j.par. unde cum hæc l.nihil de fructibus loquatur,nō potest a DD. uel a iudicibus ad auocationem fructuum trahi,iuxta communem doctrinam in l.i. c.de legi.per tex.ibi & l.prospexit.ff.qui & a qui.Roboratur hæc argumentatio ex eo,quòd fructus lōge diuerso iure censentur ab ipsa re, vt probat tex.in l.in ædibus,§.ex rebus,ff.de dona. notat Bal.in l.fin.C.de vsucap. pro dona.vt sic decisio huius l. non debeat ad fructus tanquam ad rem diuersam extendi.Idem suadetur retorquendo argumenta aliorum: nam licet æquitas videretur exposcere, vt fructus restituerentur,satis est id iure cautum non reperiri, argu.glo.celebris in c.fin.de iure.patro.tex. notab. in l. at si quis,§. Diuus,ff.de relig.& sump.fun.ibi.*non recte facere, pænam tamen in eam statutam non esse.*

14 Ad comprobandam eandem receptiorem sententiam & communem praxim,vt emptor fructus retineat,posset fortasse induci tex.in c.ad nostram,de reb.eccles.non alien.in quo difficili respōso prius aliorum interpretationes referre oportet. Eius cap.author fuit Innocen. 3. author etiam c. cum causa,de emp.& vend. casus eiusdem cap. colligitur ex litera,quòd monasteriū Tusiens.ære alieno pressum villā quandam in feudum concesit laico eo pacto, vt ipse solueret creditori

f Ad hoc. c.ul tra hic exactissime scripta, atq; ē ultra quæ diligenter scribit Dida. a Couar. lib.3.c.3. non

ditori monasterij octuaginta libras, pro quibus eadem villa obligata fuerat: laicus primo anno ex prouentibus villæ prędictam quantitatem & plus percepit: monasterum enomiter lęsum post multos annos petijt vt sibi restitueretur prædicta villa alienata, Summus Pontifex respondet, seu iubet in hanc formam, *mandamus quatenus si prædictũ monasterium propter hoc inueneritis enorme dispendium incurrisse, dictum laicum ut (pecunia quam pro exoneratione fundi seu etiam pro utilitate ipsius monasterij expendisse noscitur, ab eisdem abbate & conuentu recepta: cum sibi fructus percepti sufficere debeant pro labore) prefatum feudum eidem monasterio demittat liberum & quietum, appellatione postposita compellatis.*

Prima difficultas glo. & scriben. ad eum tex. est ex eo, quod ibi secure dicitur, post multos annos monasterium auditum fuisse, nulla temporis præfinitione obseruata: de iure autẽ videretur non posse monasterium audiri lapso quadriennio, secundum iuris regulas & receptas sentẽtias. Ideo gl. ibi ad vitandã eam difficultatem intelligit, monasterium egisse, seu restitutionem petijsse intra quadriennium. Sed quanquam verba pluralis numeri ex duobus vel tribus verificentur (vt glo. arguit) diuinatorium tamen & verborum securati repugnans videtur, restringere quod tex. inquit de multis annis ad breuissimum illud tempus ante quadriennium, vt alibi scripsi ad textũ in hoc proposito notabilem in l. qui fundum, ff. locat. suadeturque ex Rubr. & ll. C. de long. temp. præscr. vnde licet scrib. ibi vacillent, reijcienda prorsus est diuinatoria ea interpretatio glo. violenter restrigẽs tempus, intra quod monasterium auditum fuit. Maxime; cum illustris doctor Hostiens. ab alijs relatus perspicue asserat, se habuisse cognitionem illius negocij a Papa relati, monasterijque petitionem post decẽnium oblatam fuisse: ideoque tanti viri fidei omnino standũ est: nõ enim talem assertionem controuertunt ea, quę sæpe notari solent contra Bar. in l. de quibus, n. 21. ff. de legi. Imo & cuilibet viro idem asserenti credendum fuisset, ex ratione & experientia iuncta traditione Pau. in l. quicunque, c. de seru. fugi.

15 Agnoscendum igitur est, vt etiam DD. communiter intelligunt. d. c. ad nostam, non intra quadriennium tantum, sed & post multo plures annos monasterium auditum fuisse. Tunc autem prædictæ difficultati respondet Hostiens. ecclesiam auditam fuisse ex capite nullitatis, non per auxilium restitutionis:

in eleganter nec paũ acute commentabaẽ olim clarissimus & ingeniosissim' iuris professor hector rhoderic' mihi non pœnitendus præceptor restõnẽ ordinariã fuisse qua monasteriũ uillã recuperauit, fructus aũt idcirco pœnes possessorẽ remansisse contra status restitutionũ definitiões, quia oĩbus illis trãsactis annis uassallus ecclesiæ fuerit, iniustumque pr sus foret non solum re ipsa illum labi, sed & fructibus, quos cliente læ ac seruitiorum nomine ꝑmeruerat, euerti. nec illæ restõnũ regulæ ullũ negociũ facessẽt si tunc ipsas penitus processuras intueamur, cũ omnia ad pristinũ statũ reduci queunt. at in præsentia fieri nõ poterat, quin pos-

nis:

nis:nullitatem resultasse dicebat Hostiens. eo quòd defuerat authoritas episcopi,idque in effectu videntur probare Butr. & Imol.ibi nu.5.& præced.pano.aũt ibi n.5.dicit lecturã seu interpretationẽ Host.in se uerã esse,non tñ congruere verbis tex.quæ consideratio Pano.multis necessario probãda videt: cũ S.P. principaliter fundetur ex dispẽdio seu læsione,non ex nullitate seu defectu solemnitatis:nec Imo.sibi satis cõstat,cũ ibidem contendat procedere tex.etiam in alienatione valida aduersus quam solo restitutionis auxilio succurendum sit. Ad difficultatem vero glo. de lapsu quadriennij respondẽt Pano. & Imol.ex varijs causis potuisse post illud restitui ecclesiam, prout ex enormissimo damno,vel quia vixerat idem prælatus alienans,cuius tempore ecclesia de facto agere impediebatur;facit generalitas l.1.cum sequen.ff.de in integ. rest. & l.1.cum sequen.ff.ex qui.cau.maio.glo.in l. senatusconsultò, ff.de offi.præsi.cum ijs quæ scriben.notant ex tex.memorabili in c.quia diuersitatem,de concess. præben. & ego plenius scripsi in Authen. nisi tricennale,C.de bon.mater.

fessor uasalli munibus sua ctus fuerit.

16 Sed tunc contra vtrunque intelligendi modum fortissime vrget decisio d.c.cum inquit fructus manere penes laicũ illum à quo res auocatur:nam si ecclesia audita fuit per viam restitutionis,certum est tunc fructus restituendos fore, vt supra diximus,ex vulgari l.quòd si minor,§.restitutio, ff.de mino.l. patri,§.item ex diuerso,ff.eodem: quod pungit gl.in d.c.vbi nec ipsa resoluit,nec DD.satisfaciunt,Similiter si ecclesia ibi egit ex causa nullitatis (vt plures intelligunt) restituendi etiam erant fructus cum re ipsa,ex tex.in c. si quis præsbiterorum,cod.tit.& tex.in l.si prædium,C.de pręd.min.l.1.C.si quis igno.rem min.vnde circa difficultatem fructuum magis variant,minusque se explicant scriben.ibi: miram autem varietatem videbis apud.Imol.ibi post nu.7.qui non videtur satis sibi constare,nec in c.si quis presbiterorũ nu.30 atq; inde dici solet tex.illum varias habere lecturas,ut per Boer. decis. 44.nu.23.& melius Couar.lib.1.resolu.cap.3.col.3.& sequẽ. Inde unusquisque ex scriben.diuersam rationem affert,cur is à quo ecclesia rem ibi auocat,fructus lucretur: eamque varietatem vltra.Imo.ibi colliges ex relatione Barba. consi. 40. col.7.li.1.nec in tãta varietate facile dignosces quid receptius ad intellectum tex.dicere possis.

17 Imol.in d.c.prope finem cum Inno.Flo.& Ancha. (imme-

mor se superius dixisse in eo casu ecclesiá impetrasse restõnē) variando concludit, ecclesiá ibi obtinuisse ex cā nullitatis: possessorē, vero fructus retinere ob bonā fid: quē intellectū sequitur Alex. conſ. 154. n. 2. li. 6. & confirmari potest ex gl. a multis cō mendata in l. 2. C. si quis igno. rem mino. de qua infra latius agemus. Sed is intellectus maximam patitur difficultatem ex c. si quis præsbiterorum, eod. tit. vbi ecclesia rem absque solennitate alienatam auocat cum fructibus, & tex. in l. iubemus nulli §. 1. C. de sacrosſ. eccl. et ita aperte contradicit Butri. in eo. c. contendens nihil tunc prodesse bonam fidem ex iuris errore: & ita clare sentit Panor. ibi ad finem, dicitque receptius Felin. in capit. cum causa, nu. 27. de re iud. & Thom. decis. 79. Et ita vides dolendam scriben. varietatem.

g Intellige in rebus ecclesiasticis, secus in rebus minoris ut infra nu. 32. tradit noster Pinel.

18 Aliter variando intelligit gl. ibi, vt fructus eo casu retineantur propter laborem possessoris, idque intelligendo quod alienatio valuit, rescisaque fuit per restitutiōem. quā interpretatio nem magis probat, Panor. ibi: & ita Barba. in d. consi. 40. col. 8. vers. faciat, lib. 1. & conſ. 80. vers. faciat etiam, lib. 3. idque receptius dicere videtur Couarru. vbi supra, nu. 3. Mihi autem minus receptum, minusque verum videtur ad intellectum illius tex. nam (si verum amamus) nullatenus ibi cogitatur de compensando impensas & laborem cum fructibus: sed indistincte respōdet S. P. fructus apud possessorem manere. Quod etiā cuinci videtur ex eodem tex. in vers. vnde humiliter, cum inquit possessorem ipsum priori anno ex fructibus villæ percepisse totam summam ab eo solutam, & aliquid plus: ex quo satis videtur rē talem fuisse a principio alienationis, vt minima, aut nulla impensa necessaria esset, cum statim tam vberes fructus produxerit, & denique ea interpretatio non solum diuinatoria est, sed & perplexitatem non leuem inducit.

19 Aliter illum tex. intelligi posse tentat Couarru. in d. cap. 3. col. 4. ex traditis a Molin. in consue. Paris. §. 22. num. 53. distinguens an possessor ex fructibus locupletior factus fuerit, necne, vt quatenus consumpserit, nec locupletior fuerit, restituere nō teneaẗ, & ita ꝓcedat tex. ibi: quatenus aūt locupletior fuerit, restituere teneaẗ. quę interꝓtatio nō magis placere debet, cū magis diuinatoria sit, nimisq; ei repugnet litera tex. indistincte loquēris: tū ēt q̄a ex certissima iuris reg. res cū fructibus ecclesiæ restituēda veniebat, ex d. l. iubemus, §. 1. et d. c. si q̄s ꝑsbiterorū: tū magis, quia intelligendo (vt hi intelligūt) ꝙ ecclesia

ibi audiebatur per auxilium restitutionis, indistincte auocandi erant fructus, reiecta differentia bonæ vel malæ fidei, vt Pano. melius ibi aduertit nu. 8. Similiter & reiecta alia differentia an h possessor locupletior factus sit, iuxta reg. d. §. restitutio, l. qđ si minor, ff. de min. l. cũ autem, §. cũ redhibetur, ff. de ędil. edi.

20 Vnde non defuere docti viri, qui (omissis alijs difficultatibus illius tex.) circa hanc difficultatem fructuum in beneficio restitutionis tantum insistentes, tentarunt in d. cap. concessam fuisse restitutionem gratiæ, non iustitiæ: atque ideo fructus ibi non restitui, ex recepta differentia inter eas restitutionis species, secundum tradita in l. Gallus, §. & quid si tantum: per tex. in authen. idem est, c. de hæreti. Ex gratia vero restitutionem ibi concedi colligebant ex eo, quod post lapsum quadriennij temporisque ordinarij restitutio ibi cõcessa videtur: quòd maxime suadebitur ex facti relatione, quam tradit Hostien ibi: Causam autem iustificandæ talis concessionis colligebant ex enormi ecclesiæ damno: sic etiam Hostien. ibi (quem variando referunt nec prorsus improbant Panor. & Imol. ibi) dicebat Papam eo casu ita pronunciasse, vel negocium componi iussisse, non omnino secundum iuris regulas, sed quia possessor non aliter rem restituere volebat. Sic etiam ex causa restitutio aliquando concedi debet, sed a solo principe expectanda est, vt in l. Diui, ff. de pęn. l. 1. §. fin. ff. de quęst.

h Intelligit Eman. cost. in § & quid si tãtum. pag. 52. a nu. 75. l. Gall. ff. de lib. & posthu.

21 Sed ea arguta interpretatio, simulque explicatio Hostien. nõ videtur retinenda, eo quod tex. ille iam nõ cõtineret iuris decisionem, neque in iuris sanctiões redigi debuisset, magisq; appellaretur rescriptum particulare, quàm causæ decisio, quod absurdum nimis & inusitatum est: talesque interpretationes fugiẽdas maxime in decretalibus tradiderũt grauissimi DD. Ioan. Andr. Bur. pan or. vt refert Cep. in Rub. ff. de verb. sign. n. 120 quod etiã suadetur ex eodẽ tex. ad finẽ ibi, *appellatiõe postposita*: quæ clausula ad iudicia cãsq; ex iustitia tractas magis applicatur, iuxta tex. in c. pastoralis de appel. nec contrarium suadeẽ ex superioribus verbis eiusdẽ tex. ibi *humiliter supplicarũt*: humilia nãq; verba & subiectionẽ referẽtia, subditis erga dominos cõgruũt, ẽt in ijs, q iure petunt, idq; hominũ vsus vbiq; obseruat ꝙ ẽt in plurimis epistolis Plinij ad Troianum libr. 10. deprehenditur, nec minus ex Cornelio Tacito in historia Romanorum Cæsarum. Aduerto item qd ij qui text. illũ intelligũt de restitutione particulari ex gratia, secure plupponunt

ecclesiã ibi nullo alio remedio auditam fuisse, nisi restitutionis in quo contra eos stat multorum authoritas ibi & alibi, quod ecclesia ibi ex capite nullitatis egerit. Nec omitto circa eundem interpretandi modum quòd doctiss. Couarru. in d.c.3. lib. 1. resolu. nu. 14. vers. his omnibus, videtur concludere in eo c. ad nostram, restitutionem fuisse ex gratia post quadriẽnium ex læsione enormissima, secundum receptas traditiones cum glo. celebri in c. 1. de in integ. resti. lib. 6. atque ideo in ea restõ ne tũc non venisse fructus. Ego vero non dubito ex traditione d. glo. & DD. contrarium colligi, imo quòd sicut restitutio ob minorem lęsionem intra quadriẽnium dicitur ex iustitia, ita ea quæ ob maiorem læsionem datur post quadriẽniũ. Hæc enim non minus generaliter conceditur cõcurrente tali lęsione, secundum glo. & DD. nec principis gratiam expectat: & consequenter restitutio iustitiæ, non gratiæ appellari debet, arg. l. 1. §. lex falcidia. ff. ad l. falci. l. 2. ff. de iniust. rup.

21 Ex supra deductis satis ostenditur mira DD. varietas, non leuisque difficultas circa intellectum illius tex. in cuius explicatione scriben. ibi nihil firme retinent. Qui autem cum gloss. intelligũt, ecclesiam ibi per restitutionem iustitiæ auditam fuisse nunquam satisfaciunt obiectioni ex reg. d. §. restitutio, l. quòd si minor. Sic etiam qui intelligunt ecclesiam egisse ex nullitate ob defectum authoritatis & solemnitatis, non satisfaciunt obiectioni d. l. iubemus nulli, §. 1. & c. si quis presbyterorum. Nec ego tam perspicuam interpretationem polliceor, quę omnino difficultates tollat, omnibusq́ hæc inspecturis satisfaciat: multa enim à iuris conditoribus ita relicta sunt, vt docti & in hac disciplina diu versati non posse ea plane sustineri agnoscãt vt alias notat Bar. in l. si olei, C. de loca. Paul. in l. cum quidam C. de lega. Paul. in l. naturalis, §. at cũ do, ff. de præsc. verb. alibi sæpe, vt per Budeũ in obseruatione antinomiarũ. Sic & ipsos Iure consultos & grauissimos alios viros in ijs quæ obiter incidebant. non semel lapsos ostendere conatur insignis Alcia. lib. 4. parerg. cap. 17.

23 In ea vero difficultate & varietate verius arbitror contra Hostien. Imol. & plures supra citatos in casu d.c. non defuisse authoritatem ordinarij vel pręlati quę necessaria esset: cũ tex. aperte fundetur ex enormi detrimento ecclesiæ: idque tantum à iudice animaduertendum iubeat: tum etiam ex regula d. l. iubemus, & c. si quis presbyterorum. Placet vero quod

magis

magis communiter DD.tradunt contra glo. non debere tex. restringi.ad restitutionem intra quadriēnium.Quibus præmissis,ex fundamento læsionis cui tex. innititur, considerabam posse tex.dupliciter intelligi,idque fine varietate:Quasi vtraq; explicatio & consecutio resultare queat ex eodem facto à quo ius oriri frequenter dicitur ex I.C.in l.si ex plagis, §. in cliuo ff.ad l.Aquil.Primo videretur tex.adduci posse ad materiam huius l.quod glo.ibi variando sensit:extensiusque tentauit Imol. nu.6.qui id reiecit,eo quòd in feudo putauit,non applicari remedium huius l.Sed contrarium receptius est vt in emphiteusi prout deduximus supra in 3.cap.1.par.ad finem:Sic speciatim in feudo notat Pau.hic,& per tex.in d.c.ad nostram, punctualiter[i] hoc tradit Roman.in d.l. si quis cum aliter,& alij,vt retuli supra in 4.c.1 par.nu.2.quod communiter probatur ex euidenti incommodo.maximè in ecclesia particulari,vt erat monasterium,de quo in d.c.quod quidem ad alendos religiosos, ad sumptusue necessarios,villa sua indigebat magis, quam vassalli imaginaria subiectione.

24 Sic igitur ex eo quod glo.sensit,& Imol.expressit,& Roma. speciatim notauit eo tex.adducto ad hanc materiam,dici posset,ibi actum fuisse ex remedio huius l.ob enormem lęsionem: qua probata obtinet ibi monasterium agens & in his terminis cum tex.accipiendo,recte adduci poterit pro receptiori sententia,ut emptor vel possessor condēnatus ex remedio huius l. non teneatur fructus perceptos restituere, imo eos irreuocabiliter retineat.Sed hic intelligendi modus (præsertim ex Imol.& Roman.fulcitus)difficultate non caret: non quidem in assequendo,cur ecclesia ibi non potius restitutionem peteret,qua sibi plenius & facilius consultum foret:ad id enim facilis est responsio ex Hostien.& alijs,& ex litera tex.Transacto enim quadriennio, secundum iuris regulas, cessabat ordinaria restitutio ex c.1.& 2.de in integ.resti.in 6.& Clem.1.eod. tit.Vnde ad remedium ex læsione deueniri potuit quod ante Innocen.3.eiusdem cap.conditorem iam inter ecclesiasticos frequentabatur,vt constat ex responso Alex.3.in c.cum dilecti de emp.& vend.Ex Platina enim & alijs liquet longe ante præ fuisse Alex.3.pontificem.Verba etiam,*enormis læsionis*,apte in eum sensum accipiuntur,de quo remedio agit idem Innocen. 3.(d.c.author.)in c.cum causa, de emp.& vend.Sed alio nomine hęc explicatio non videtur satisfacere,nam in d.c.res simpliciter

[i] Cautè ac maturèisthec intellige nā huic solutiōi adhuc instari pōt restōnē, de qua ī hoc text.propter ualde enormen damnū quadriennio finitam non fuisse ex glo.ī c.i. de rest.in integ.li.6.cū supra scriptis nu.21.ad fi.a nostro mec Pinelo.

pliciter restitui iubetur monasterio læso: in remedio autem huius l. electio datur conuento: & ita alternatiue sententia profertur in d.c. cum causa. Cui obiectioni in tantis difficultatibus qualis qualis responsio admittenda videtur. Nec fortasse omnino displicebit respondere, quòd in materia huius l, & d.c. cū dilecti, receptius est libellum & sententiam ad rem simpliciter referri posse: electione manente ei qui condemnatus erit, secū dum glo. & DD. hic, & in alijs locis, vt trademus in sequen. par. per. l. miles, §. decē, ff. de re iud. Nec omnino exorbitans videri debuit in casu d.c. ex negocij circunstantijs præcise rem ecclesiæ restitui ob enormem læsionem, quæ non tantum in precio sed etiam in alienando interuenit, vt statim ostendetur: quę explicatio si alijs conferatur quas scribe. ad d.c. tradidere minus fortasse displicebit.

25 Posset ex eadē cā enormis dispendij (cui tex. ille innititur) decisio S.P. aliter nec absurde explicari: vt res præcise restitui iubeatur, tanquam alienatio inualida fuerit ab initio, non ex defectu authoritatis prælati, sed ex defectu causæ cognitionis quæ in alienatione rerum ecclesiasticarum non minus necessaria est: cuius etiam defectus irritam facit alienationem, c. sine exceptione 12. q. 2. & communiter DD. vt per Rebuf. ibi in suo compendio, verbo, prospiciat: & prius in eod. compen. post princip. dum citat Guidon. & alios: & colligitur ex nota. consi. Soci. 15. lib. 1. DEC. consi. 142. ideoque in ea materia pro necessaria solemnitate additur diligēs negocij tractatio iuxta tex. & glo. in verb. *tractatus*, in c. 1. de rebus ecclesi. in 6. & speciatim Federi. consi. 142. & consi. 249. sicut in alienandis immobilibus minorum, vt in l. magis puto, §. non passim, versi. Prætori enim, ff. de reb. cor. & per eum tex. notant DD. in varijs locis, & in proposito DEC. consi. 403. Afflic. lib. 2. constitu. Neapol. rubr. 38. ad finem, & post eum Chas. in consue. Burg. fol. 104. colum. 4. & prius Fabian. de emp. & vend in 1. par. Parisius. consi. centesimo. lib. primo, ad quos recurres circa solemnia in ijs alienationibus obseruanda. Cum igitur in casu. dict. capi. ad nostram, alienatio fuerit ob debitum 80. librarum, villa autem alienata primo anno redditus, præstitit ex quibus æs alienum solui potuit: euidenter ostenditur inconsulto & sine causæ cognitione, uel sine prudenti tractatu alienationem factam fuisse, at proinde non valuisse: consequenter rem pręcise auocari posse, secundum

dum iura & receptas sententias.

26 Sed instabis, cur in d.c. fructus retinentur, nec ecclesiæ tūc restituuntur, ut necessariò restituendi uidebantur ex iuribus supra citatis tam in rebus ecclesiæ quàm minoris, ubi alienatio inualida ostenditur? Cui difficultati satisfit, ex eo qui authoritas prælati & conuentus interuenit, ut supra cum multis DD. probauimus, suaderique ex litera diximus, cum ibi enormis læsio tantum attenditur: unde emptor seu is in quem alienatum est, fructus ob bonam fidem retinet, quando ea non solo iuris errore coloratur, ut agnoscunt communiter DD. & tradit Panor. in d.c. ad finem. Imo. in d. c. si quis presbyterorum, nu. 30. colligitur ex traditis à Felin. in d.c. cum causa, nu. 27. de re iud. & Molin. in consue. Paris. §. 22. ex num. 48. cum sequen. deduciturque ex infra dicendis. Præsupposita igitur eo casu authoritate eorum a quibus de iure in iis alienationibus requiritur, satis uidebatur excusandus emptor, uel is in quem res alienatur, ab eo enim tantum exigi debet, ne sit in mala fide: quæ cessat cum solemnia extrinseca obseruantur: licet alio nomine latenter alienatio corruat, in idque recte adduci potest. l. bonæ fidei. ff. de acq. rer. domin. quæ differentia colligitur ex DD. ubi supra & latius infra comprobabitur: facitque tex. (si cum iudicio expendatur) in l. si quis legatum. ff. ad l. Corn. de fals. sic igitur concludimus, in d.c. rem præcise ex inconsulta alienatione reuocari: fructus uero ex bona fide ob decretum & authoritatem aliaque extrinseca retineri: & ita cessare grandes scriben. difficultates. Si qui autem hęc lacerauerint, id ab eis tantum exigi uellem, ut in tantis difficultatibus meliora præstent.

27 Tandem ad d.c. ad nostram, de quo tam prolixe tractauimus, noue aduerto, ex eo posse urgentissimè cōprobari quod diximus supra in 2. cap. huius partis. nu. 35. contra Anchar. in c. peccatum, de reg. iur. in 6. ut uilius uendenti ob necessitatē suam non magis succurratur, quàm uoluntarie alienanti, & sic non detur ei remedium huius l. uel aliud rescissorium, nisi læsio sit ultra dimidium: Patet enim ex d.c. ecclesiam ob ęs alienum ullam alienasse, summus autem Pontifex post lapsum ordinarium tempus petendæ restitutionis, eidem ecclesiæ non succurrit, nisi enorme damnum probetur. Satis aperte igitur significat (contra Anchara.) necessitatem uel miseriam uenditoris in foro exteriori non onerare

emptorem

emptorem:nec eius titulum minus validum reddere,vt etiam probat tex.in l.non id circo, infra hoc tit.quod hic repetere libuit,vt quæ dixi in d.loco fulciantur authoritate insignis caietani ĩ summula,verbo,emptio 1.cuius verba ita habẽt. *nec redditur iniustum precium ex causa, puta quia necessitate ductus ac per hoc non voluntarie uendidit: qua inopia quia cogitur quis ad uendendum, non reddit uenditionem inuoluntariam.* Roboratur inductio illius tex. quia si vera esset opinio Anch. ad forum exterius,non tantum ecclesię,sed etiam cuilibet non priuilegiato post quadriennium longiusque tempus succurri facillime potuisset, contra id quod textus in d.capitu. non obscure significat.

28 Retenta sic receptiori sententia & communi praxi,vt in remedio huius l.fructus non repetantur,aduertendum est ex fundamentis DD.in hoc articulo, id colligi & applicari tantum ad terminos venditoris vel alterius distrahentis læsi: diuersumque dicendum videri,quando emptor læsus ageret, quia tunc ipse voluntarie rescindere dicitur, non ab alio coactus, vt in alijs articulis distinguunt DD. supra hoc cap.& latius in pręceden.cap.relati: & ita in emptore agente ad rescindendum, proprie viget arg.Bal.hic,n.3.&quod in iure habetur de redhibente,vt in d.l.cum autem §.cum redhibetur,ff.de ædil.edic.& ita satis in terminis colligitur ex doctrina Panor. supra relati, l in d.ca. illo vos,nu.6.de pigno.magis vero ex Anto. Burg.in d. c.ad nostram,nu.26.Quod maxime suadetur, quia alias quotidie daretur occasio fraudibus,vt quis etiam ex industria carius emeret,nec ageret nisi post plurimorum annorum fructus perceptos,sciens se fructus retenturum,& precium sibi restituendũ, ꝙ mihi verius videtur,sed cõtrarium in senatu iudicatum m vidi,vt etiã emptor agẽs & cõtractũ rescindẽs fructus lucrẽt.

29 Eandem receptiorem sententiam limitandam,contrariamque saluandam arbitror,quando vltra lęsionem alia non leuis ratio concurrerit,prout si callidus emptor simplicem venditorem suasionibus alliciat, licet non integro dolo, tunc enim videretur emptor non excusandus a restitutione fructuum: argu.glo.in l.1.C.ne fil.pro pat.cum traditis a Ias. in l.1.col. 1.ff.de condic. indeb.& Molin.in consue. Paris.§.30.nu.98. cum alijs quæ superius adduxi, 1.par.cap.1.nu.30. ad intellectum l.contractibus.C.ex quib.caus.maio.Confirmatur magis n ex egregia traditione Paul.Cast.in l.item si precio,§.fi.ff.loc.

vbi

l Maxime si fides haberetur de precio nam alias & pecuniarum usus hoc argumentũ aliquatenus eleuare posset.

m Hæclimitatio licet æquissima sit, tamen planè contrauerti põt ex omnibus fundamẽtis pro cõi supra adductis.

n Vi. in pag. 140.nu.20.& omnino Cic. lib.3. officiorum.pag.173 cum præced.

vbi inquit, quod si rusticus adduceret librum vendendum homini docto, isque rustico diceret librum non valere vltra triginta, cum valeret quinquaginta, et rusticus ei fidem adhiberet, posset aduersus eum agere ad supplementum iustipre cij, etiam si lęsio non sit vltra dimidium: Qua ratione idem dicendum erit in rustico uel alio ignaro afferente gemmam nobili uel artifici scienti rei ualorem, idemque cum notabili diminutione precij uendente: facit tex. in l. si vina, vers. plane, ff. de peri. & com. re. vend. ibi *, cum intelligeret uenditor* quod latius discutietur in sequen. ca.

30 Ex sup. deductis in q. fructuũ, infertur ad intellectũ. tex. cum gl. celebri in l. ij C. si quis ignor. rẽ mino. vbi Imp. reg. ponit vt immobilia minoris distracta sine iuris solemnitate cũ vniversis fructibus retrahantur: a qua reg. exceptionem tradit in hæc verba, *si non bona fide emptorem fuisse constiterit*. Regula certissima erat ex l. si prædium, C. de præd. minor. exceptio vero difficultatem habet, quia qualitas bonæ fidei non videbatur applicari posse ei, qui rem minoris emit, non obseruatis iuris solennibus, attenta doctrina tex. in l. quemadmodum, C. de agric. & censit. ibi, *malæ fidei namque possessorem esse nemo ambiguit, qui aliquid contra legum interdicta mercatur*. Sic cum ecclesiæ minus legitime distrahuntur, cum fructibus auocantur: l. iubemus nulli, §. 1. c. de sacrosa. eccles. ca. si quis præsbyterorum, de rebus eccle. non alien.

31 Glo. in d. l. 2. intelligit eo casu bonam fidem induci ex iuris errore: quod sequuntur Bal. & cæteri ibi: commendatque Salt. notans ibi generaliter determinari, iuris errorem sufficere ad acquisitionem fructuum. citant glo. & DD. tex. in l. sed & si lege, §. scire, ff. de petit. hæred. quem vt expressum in id notant Bar. & plures ibi: & quamplures alij de quibus infra hoc cap. nu. 35. & Panor. in d. c. ad nostram, prope fin. Imol. in d. cap. si quis præsbyterorum, nu. 30. Iaf. in l. 1. §. si vir vxori, nu. 22. & in l. 3. §. ex contrario, nu. 37. ff. de acq. poss. & Aret. in l. quod vxor, ff. eod. vbi doctrinam dictę glo. extollunt: quam etiam dicit notab. & receptam Curti. seni. cons. 71. nu. 14. col. 5. & alij quos citat couarru. lib. 1. resolut. cap 3. n. 8. cuius glo. ad acquisitionem fructuum non fuit memor Roma. aliam commendans, singul. 90. nec Felin in c. cum causa, nu. 27. de re iudic. & in c. de quarta, nu. 29. de præscrip. Sed contra traditionem illius glo. deductam ex d. §. fortissime obstant iura & rationes,

de

de quibus per scriben. in eisdem locis: nec parum vrget reg. d. l. quemadmodum nu præce. adducta: nec vllus ex scribent. se satis explicat a glo. tamen recedere non audent, quia putant esse pro ea tex. expressum in d. §. scire, & ita ex eorum dictis colligi videtur, quod sublato d. §. libenter contrarium probarent: quod memoro, vt facilius admittatur opinio quam inferius probamus contra glos. & DD.

32 Retenta autem interpretatione gl. in d. l. 2. ad casum tex. de re minoris, respondent quamplures ad arg seu ad iura quæ de ecclesia loquutur, vt in hoc magis ecclesiæ faueatur quam minori: quod variando tradit Imol. in d c. si quis præsb. nu. 30. ad fin. & ex Panor. & alijs id quasi receptum tradit Felin. in d. cap. cum causa, nu. 27. & Curti. seni. cons. 71. col. 7. versic. & si quispiam: & quasi receptum id tradere videtur Couarr. d. cap. 3. nu. 8. versi. cæterum, iuncto præceden. Putantque plures in rebus ecclesiæ non in rebus minoris, congruere distinctionem illam Bart (quam innumeri sequuntur, ego vero commentitiam existimo) in d. §. scire: dũ distinguit inter titulum cui ius non assistit, & titulum cui ius resistit: de qua traditione dubitauit Areti. in d. l. quod vxor: nec Iurecõsultorum traditionibus consonat similis differentia, quam DD. in multis tradunt. Plures etiam ex nouioribus reperies nunquam memores huius differentiæ a prędictis traditæ inter bona ecclesiæ & minoris, imo diligentissimus Aymo de antiquit. temp. 4. par. nu. 162. versi. quid tenendum, quasi receptissimum scribit, idem iuris esse in bonis ecclesiæ, quod est in bonis minoris.

33 Ex præcedentibus agnoscent periti, quanta in hoc articulo sit difficultas: in qua ego in primis longe verius existimo, quod sensisse videtur Bal. nõ relatus in l. si p̃d. C. de p̃d. min. vt nõ fiat differentia inter res ecclesiæ & minoris: imo quod ex eadẽ causa erroris inducatur bona fides in emente rem ecclesiasticam, vt in emẽte rem minoris, idque cum iudicio probare videtur Couarru. d. c. 3. nu. 8. licet contrarium receptius putet, quod mihi non videtur, cum hanc opinionem probent Bal. & Aymo. proxime citati, Innocen. Flor. Ancha. quos refert & sequitur Imol. c. ad nostram, prope fin. vbi hoc asseruit Contrariũ vero non satis asserebat idem Imol. in d. c. si quis præsb. Hęc autem opinio æquans bona ecclesiæ & minoris, longe magis amplectenda videtur, vltra scribe. Nam & in rebus minoris viget eadem ratio iuris resistentis, vt probatur ex l. 1. & toto tit. ff. de

ff.de reb.eo.l.lex.quæ tutores,C.de adminiſt.tut.l.bonæfidei, ff.de acq.rer.domi.ibi,*ſi pupilli ſit,aut contra legem præſidi data.*Idque colligitur ex Bar.in l.cum lex,ad finem, ff.de fideiuſ. notat aperte Bar.in l.1.nu.8.ff.de noua.& minoris & eccleſiæ bona in propoſito ęquat Pau.in l.Celſus num. 4.ff.de vſucap. Nec eſt cur in hoc magis faueatur eccleſiæ quam minori, cum potius eccleſiæ piæ matris benignitas ſua temporalia magis cõmunicare & largiri ſoleat, mitiuſque cum omnibus agere, vt probatur ex glo.in c.hoc ius, verb.vt plus.10.q.2.gloſ.in l. 2.verb.*non obligantur,* ff.de pollicita. Nec facile recedendum eſt ab æquiparatione eccleſiæ & minoris, quam egregie ornat Hiſpan.Bernar. a Luco,reg.147.verſi.eccleſia.

34 In eodem articulo,ſpeciatim ad acquiſitionẽ & retentionẽ fructuum in rebus minorum, quoad d.l.2.C. ſi quis ignor.rem minor.verius puto,regulariter errorem iuris non valere ad acquirendos fructus,contra id quod ſonat glo.ibi,& contra quã plures ſup.citatos:vt ſic dum tex.ibi excipit emptorem bonæ fidei,non intelligatur de errante in iure:obſtat enim d.l.quem admodum,in fin.C.de agric.& cenſit. iuncta inductione ſuperius facta de reſiſtentia iuris. Probatur etiam ex iuris reg.vt error iuris ad acquirendum non proſit,tex.in l.7.ff.de iur.& fac. ign.maxime quod in rebus minorum id ius requirens cauſam & decretum,ratione & vſu notiſsimum effectũ eſt, vt iam colorate ignorari nequeat,argu.glo.in l.1.in fin.ff.de recepta. Vrgent etiam iura quæ tunc indiſtincte iubent rem minoris cum fructibus reſtitui,magiſque id colligi poteſt ex l. ſi fundus,§. quandoque,ff.de reb.cor.Suadetur etiam ex iuribus loquentibus de rebus eccleſiæ,reiecta differentia,quæ ad vitandam difficultatem a nonnullis fiebat inter eccleſiam & minorem.corruit etiam generalis ea communis traditio gl. & DD. ex eorum confuſione circa probandum talem errorem,vt infra ,nu.37.

35 Huic autem veriori ſententiæ non obſtat tex. quem glo.& DD.vbique notant in d.§.ſcire:vere enim I.C.ibi non dixit,nec ſenſit, ſolo iuris errore excuſari poſſeſſorẽ a reſtitutione fructuum.Glo.autem ibi varie explicauit, ex cuius varietate verior explicatio videtur quod I.C.ibi velit poſſeſſorem ex errore iuris excuſari a nomine & pęna prædonis,quod leuius eſt,ex glo.in l.1.ff.de abig.& l.igitur,§.poteſt,ff.de libe.cau.cum traditis ab Alex.con.127.n.8.lib.4.Gome.in §.ex maleficijs, nu. 52.cum ſequen. Inſti.de actio. nec eſt parui effectus excuſare poſſeſſorem

possessorem ob talẽ errorem a mala fide & nomine predonis: nam id prodest, ne teneatur de fructibus percipiendis, ad quos etiã teneretur, vt ibi colliges ex Paul. Cast. col. 2. sub §. praecedẽn. vbi notabiliter effectus eius rei tradit, colligiturque ex Aret. cons. 17. nu. 11. Secundum quam interpretationem & alias ibi a glo. non inepte scriptas, iam patet, non esse veram communem allegationem d. §. quem scriben. vbique citant generaliter, quod error iuris valeat ad acquirendos fructus, vt supra, nu. 31. & vltra ibi citatos, ita eum tex. adduxit glos. in l. si fur. §. 1. ff. de vsucap. Paul. in l. Celsus col. 1. ff. eodem, Panor. in c. grauis, nu. 17. de resti. spol. Aret. in l. 3. §. ex contrario, ff. de acq. pos. Bal. in l. 4. c. de vsucap. pro emp. Alcia. in l. bonae fidei, 110. ff. de verb. sign. Nouellus de dote par. 11. col.. fina. Dec. in c. cum causa, nu. 4. de offic. deleg. Ex quo magis sequitur, deterius scripsisse alios per d. §. ex errore iuris quantumcunque supino, induci bonam fidem, vt incaute notat Ias. cõs. 46. col. 4. versi. quinto, lib. 3. Bal. in l. 1. in fine, C. vbi cau. sta. nam & Bar. & DD. communiter in d. §. scire, non notant, ex errore iuris induci bonam fidem, sed cessare dolum & malam fidem: inter quae datur medium, magnaque differentia secundum eos, & Panor. in d. c. grauis, Aret. in d. l. quod vxor.

36 Manebit igitur regulariter verior cõclusio, vt iuris error nõ valeat ad fructus acquirendos. Nec enim possent aliter verificari iura indistincte dicentia, rẽ minoris vel ecclesiae absque solennitate distractã, auocandã fore cũ fructibus, alias daretur occasio fraudibus: quilibet. n. ꝓtenderet iuris errorẽ, iuxta reg. l. verius, ff. de proba. secundum cõem allegationem. Maxime secundum veriorem resolutionem contra vulgarem supra reiectam, 1. cap. prima par. num. 31. vbi probauimus, in dubio non praesumi quem iura scire: licet ob iuris ignorantiam non admittatur excusatio: & ita procedit text. in leges sacratissimę, C. de legib. quem Bar. in d. §. scire, & alij in hoc & alijs male citant: & ita accipi debent iura quę non excusant a fructibus restitutendis ementem rem minoris, vel ecclesiae absque solennitate: non enim procedunt ob id quod emptor presumatur scienter contra iuris prohibitionem emere, sed quia de iure damnatur ea ignorantia, cui succurri poterat consulendo peritiores: quod non satis percepit Aret. in d. l. quod vxor, versi. circa secundum.

37 Si autem instes, qualiter exemplificabitur exceptio d. l. 2. C.

si quis igno.rem mino.circa emptorem bonæ fidei in re mino ris absque solemnitate distracta, facile satisfiet intelligendo quando fuerit ignorantia facti non iuris: puta si venditor non dixit rem esse minoris, sed suam, nec emptor id sciebat, &ita probat tex.in l.bonæ fidei, 110.ff.de verb.sign.l.potest, & l. iusto,ff.de vsucap.l.secunda §. si a pupillo, & ibi paul.cas.ff.de vsucap.pro emp.l.qui a quolibet,ff.de contrahen.empt. Quæ iura satis probant,ementem scienter rem minoris absque ordi naria solennitate, censeri malæ fidei possessorem,& ita aperte tradit Alber.in l.fin. ad finem,C.si maior.fac.in 5.C.& Soci. consil.22. nume.17. libr. primo Tiraquel.alios secure citans libr. de retract. lign. in fine, nume. quadragesimosecundo & quadragesimoquarto quod tandem videntur agnoscere Bart. & alij in d.§.scire,cum subdunt, errorem iuris non præsumi in proposito ad excusandum emptorem a restitutione fructuū difficilimeque probari posse.secundum Ang.ibi Alexan. cons. 121.num.14.libr.quarto.imo probari non posse, dicebat Bal. in capitu.cum super,colum.secunda nume.quinto de caus.pos. & prop.per quod(si bene attendas) reditur inutilis opinio gl. in d.l.secunda & scribentium per d.§.scire. Quod enim verum non est,non solet constare,nec cohærere.

38 Verificabitur etiam facilius exceptio d.l.2. dum agit de emente rem minoris bona fide,in alio emente a primo,qui cū minore vel eius tutore aut curatore cōtraxerat: nā primus immediate emens absque solemnitate raro excusabitur a mala fide secundum supradicta, tertius autem iam emit ab alio, non a minore: ideoque magis excusatur: vt cum iudicio dixit Molin.in consue.paris.§.22.num.54. quem in hoc reprehendere non debuit Couarru.in d.capitu.tertio nume. sexto ad fi. Pro Moli.autem vrget tex. in l.in causæ, la.1.§.fi.ff. de min.& reg.l.qui in alterius,ff.de reg.iur.& glos. notab.in capitu.cura, de iure patro.adfinem,ibi,*eorum successores ignorant,et bonam fidem habent:*& magis,p Moli.vrget tex.in l.bonæ fidei.quadragesimaoctaua ff.de acquiren.rer.domi.ibi,*ab eoque postea alie nata bonæ fidei emptori.* Verificabitur etiam in emente a minore, qui communiter in loco pro maiore habebatur,& tanquā cum maiori cum eo contrahebatur, l.tertia ff.ad Macedon. Alexand. consilio sexagesimo libro quinto, Guido decisio. 173.& 301.

39 Similiter in eodem articulo quoad fructus acquirendos, & pro

pro intelligenda exceptione d.l.2.C.siquis igno.rem min. aptari potest doctrina Bal.& paul.in d.l.4.C de vsucap.pro emp. vt facilius excusetur rusticus, vel mulier, vel minor emens, & in his iuris error excuset à restitutione fructuum, quod sequitur Areti.in d.l.quod vxor,ff.de acqui.posses.facit glo.in l. cum allegas,C.de vsur.tex.notab.in l.cum de indebito,ad medium,ff.de proba.quem in proposito notat hispanus Segura in l.1.§.si vir vxori,de quo latius dixi supra.1.cap. 1.par.nu. 30.notat Alberi.in l.4.C.de vsufr.Sic magis excusabitur, qui emerit cum decreto alijsque solemnibus exterius obseruatis, licet latenter desit perfecta tractatio vel causæ cognitio: id enim nullam culpam emptori irrogat vt deduxi supra hoc ca. nu.26.& colligitur ex notatis in l.1.& 2.C. quando prouo.nō est neces.circa vitium patens & occultum, & DD. in l. cum prolatis,ff.de re iud.licet in proposito nō videatur distinguere Bal.in l.si prędium,C.de præd.min.

40 Excusabitur etiam emptor,quando errauerit in iure dubio, quod scilicet iuris professoribus facile non sit,vel ambigue interpretetur. Tūc enim iuris error solet æquari errori facti per tex.quem DD.commendant,in c. cum dilectus, versi.ceterū de consue.extollit etiam Panor. in c. apostolicæ, nu.11. de dona.Soci.in Rub.ff.de reb.dub.ad finem,Ias.in l. iuris ignorantia,nu.2.C.qui admi.Felin.in c.de quarta,nu. 27.de præscrip.Cur.iun.consi. 28.nu.8.Balbus in l.Celsus,nu.17.ff. de vsucap.singularemque dicit Anto.Capi.decis.69.nu.24. & in tali errore iuris ambigui facilius excusatur iudex,vt notat glo. in §.1.Insti.de oblig.quæ ex quasi delic.quam extollit Bal.in l. mancipia,nu.2.C.de ser.fugi.Et talis error non obstat vsucapioni,vt tanquam receptum tradit Felin. vbi supra, Alex. aliqua cumulans consi.214.num.6.& sequen.lib.6.& Couar ru.plures citans in c.possessor,2.par.§.7.nu.9.Sic etiam ignorantia talis iuris ambigui causam tribuit restitutioni vt ex d.c. cum dilectus,& Panor.tradit Afflic.in c.1.nu.10.quo tempo. mil.Sic etiam vbi ius ambiguum est, asserunt DD. sententiam non esse nullā.Bar.& alij in l.cū prolatis,ff. de re iud. late Fel. in c.1.co.7.ex n.15.de re iud.Sic ēt in terminis,vt in alienatione rei minoris emptor retineat fructus, qn inter DD.est controuersia,& aliqui aiūt alienationem valere, licet contrariū receptius sit eleganter tradit Afflic. decis. 87.ad finem. Ex ambiguitate etiam causæ solent prudentes senatores principē consulere

o De hac re uide ēt Cou. de sponsa.2. parte.c.8.§.1. nu.9.

cōsulere vel litigātes ad cōcordiā cōpellere, vt late tradit Affl. lib.1.Consti.Neap.rub. 34. facit l. 1. C.de legi. & ex maxima controuersia vel obscuritate fit diuisio per medium quæ alias rusticana appellari solet, iuxta glo.in l. Nesennius, ff. de neg.gest.vt notat Dec.in l.precibus col.12.c.de impub. & alijs Dec.in c.licet cām, col.fi.de prob.Soci.cons.150.col.fin.li.1. Soci.nep. consi 33.lib.2.Boer.decis.149.nu.22.& 42.late Tiraq.de primogen. q.17.in 4.opi.nu.9.& seque.solet in id notari tex.in l.& hoc Tiberius,41.ff.de hæred.insti.facit tex.in l.sed etsi lege, §. adeo, in fine, & ibi glo.& Pau.ff.de pet.hære.

p Adde celebre rescriptū, Traiani relatū apud Plin. li. x.epist.119. qđ maxime hanc glo. opinionem confirmat.

q Confert ṗterea tex. ubi ēt glo. in l.ad eo.§. cū quis uers. est tamē .D.de acquir. rer.dom.tex. optimus in l. filio uel seruo D. ut leg. seu fideicō. text. ubi ēt glo. in §.cum ex aliena institu. de rer.diuis.

41 Ex præcedentibus autem infertur ad d.l.1.& glo.C. si quis igno.rem minor.vt iuris error in proposito nullatenus excuset iuris peritum.ex mente DD.in dictis locis, Bal.in l. quarta C.de vsucap.pro emp.facit gloss.celebris in l.professio. C. de mune.patrimo. Infertur etiam concurrente paritate terminorum, non esse in hoc articulo differentiam inter ecclesiam, & minorem: quod supra efficaciter probauimus, & ita necessario intelligi debet tex.in d.c. si quis præsbiterorum, vt egregie sentit Couarru.in dicto capi.tertio nu.octauo. versi. primo in fine ibi, *sic sane opinor*, excusabit tamen titulus, in quo exterius solennia obseruata reperiantur: sic etiam quoad fructus, qui percipi poterant, quilibet error excusabit, vt supra deduxi. Excusandus etiam videtur qui peritos consuluit, argu. gloss. celebris in l. Titio fundus, ff. de cond. & demons. & sentiunt DD.in dictis locis, dum culpant eum qui potuit peritos consulere, & ita Bald.in capi. cum super, colum.2.nu. 5.de caus.pos.& prop.aperte Cur.sen. d.cōs.71.post finē in additi. Couarru.in d.§.7.n.9.& de excusando eo qui consulit peritos notat Bar.in l.in bonorum, ad fin.ff.de bon. pos. Alex. in l.si conuenerit, nu.12.ff.de re iud.tradit Dec.in l.iuris ignorātia 2.lect.ad finem, C.qui admi.requirens, vt peritiores consulātur, nō nomine tantum literati, arg.tex.& glo.celebris in l. quod si nolit, §.si mancipium, ff.de ædil. edic.& ita Ias.in d. l. iuris ignorantia, ad finem.

r Ias. etiam ī l.properandū §.fin autē alterutra.nu.8. C. de iudic. Alciat.de præsump. regu.1. præsump.51. Paris. cons.7. in fin.li.3.Tiraq de pœn.legum. cā. 51. num. 108. & seq.

42 Ex prædictis cessat regulariter, labor Bartol. & Angel. in d.l.sed etsi lege §.scire, & aliorum de quibus supra circa probandum iuris errorem: in quo nullatenus sibi constant cum & nonnulli eorum addant non posse talem errorem probari, vt supra deduxi.nume.37. Inde etiam cessat inepta traditio Baldi in d.l.2.C.si quis igno.rem mino. dicentis in proposi-

s Hanc tamē Bal. traditionem iuuat qa regulariter ignorātia per proprium iuramentum ṗbaē late Iaso. cum addit.in l.Ait ṗtor. §. iurari num.6. ad medium D.de iur.iur. concedit.

to iuris errorem probari per iuramentum partis, si sit persona honesta, quod sequitur Curt.d.cōs.71.col.8.nu.15.ver.verum & Alex.ad Bar.in d.§.scire, Alcia.reg.3.præsump.30.in fin. Bal bus in l.Celsus, nu.17.in fin.ff de vsucap.& neminem citans ita secure tradit Loriotus de fruct.axio.46. Sed melius contra Bal.aduertit Areti.in d.l.quod vxor, negans tunc eam probationem per iuramentum partis, principaliter arguens ex doctrina Bar.in l.inter omnes,§.recte,nu.2.ff.de fur.quam inducit ex eo quód præsumptio scientiæ est contra allegantem iuris ignorantiam. Ego vero tale fundamentum non probo, qđ sciam illud male colligi ex erronea vulgari allegatione d.l. leges sacratissimę, C.de legi.vt supra: meliusque arguendū putarem ex ratione & regula iuris, ne facile pœna eludatur, ex eodem Bar.in d.§. recte, nu.2. ibi, *alias de facili euaderet*, conducunt notata à Feli.in c.Rodulphus col.3.de rescrip.Ias. in l.1.2.lectu.ad fin.ff solu.matri.dum tradunt potius extendi, quam restringi significationem verborum etiam in l.pœnali, ne facile ei fraus fiat vt notat idē Ias.in l cum quidam: nu. 32.ff.de lib.& post.Crot.in l.omnes populi, nu.177.

43 Nec dubito (si attente, & cū iudicio superius adducta expēdātur) nō solū verius sed & receptius dicendū fore vt error iuris ad acquirēdos retinēdosq; fructus nō valeat, cū tandē scriben. ipsi male sibi cōstātes agnoscāt, nec probabilē esse talē errorē nec excusare, nisi magna rō cōcurrat, put in articulo iuris dubij, ut per Cur.in additione sui cōsilii, & Alc. in d.l. bonęfidei, 110. ff. de verborum significatio. colligiturque ex uarietate glo.& perplexa traditione Doctorum in dicta l.sed & si lege, §.scire, Balb.& Feli.ubi supra, quod memorandum putaui, ut in iudicando & consulendo facilius admittatur uerior opinio, nec iudices deterreantur ex periculosis traditionibus de communi opinione sequenda, ut sic maior pars meliorem non uincat, quod in praxi sæpe contingere, summe dolendum est, nec ferendum inter doctos, apud quos non numeri, sed ueritatis ratio potior esse debet, ut scitè & eleganter significat Plinius in epistola ad Arrianum, libro secundo, ibi, *numerantur sententiæ, non ponderantur, nec aliud in publico consilio tam inæquale, quàm æqualitas ipsa, nam cum sit impar prudentia, par omnium ius est.* t

44 Ex prædictis apte infertur ad traditionem Bald.in l.secunda col.fin.nu.80.C.de seruitu.vbi cum Innocentio dixit, traditionem

t Adde sacrā pag. exod.ca. 23.nec in iudicio plurimorum acqe sces sentēciæ ut a uero deuies. & Senecā lib.5.epist. 33. pag. 110. quam ēt in rē apprime conducit optima Iustin.snīa in epistola A.triboniano missa. col.2. cum inquit quia non omnes ī oīa sed certi per certa uel meliores uel deteriores inueniūtur, sed nec ex multitudine auctorū, quod melius & æquius est, iudicato te: cum possit unius forsitā & deterioris snīa & multos & maiores aliqua in parte superiore. sed & in iudiciis numerari non ponderari snīas conqueritur cost.in §.si arbitratu limit. 11.pagi. 109. nu.3.

nem possessionis inordinate a iudi ce habitam non excusare a
u restitutione fructuum: quod sequitur Alexand. ad Bartolum in d. §. scire, Cur. sen. in d. cons. 71. ad fi. & alij quos refert Dec. in c. cum causa, nume. 4. de offic. delega. vbi id controuertit: & vere longiorem tractationem exigebat ex traditis a Barto. & alijs in l. iuste possidet, ff. de acqui. possess. vbi tamen Ias. n. 27. simpliciter sequitur dictum Baldi, cui non parum obstat gl. ca. præsentium, 7. q. 1. de spoliato. a iudice. In quo videnda est resolutio Panor. & Feli. nu. 1. in c. dilectus, in 1. de rescrip.

u Hanc Bal. traditionem a fortiori iuuat quod in proposito cōmuniter receptum est, ut possessionem alterius ex ualido iudicis decreto ingressus pœnas possessionis alienę turbatoribus inflictas pędat, quod placitū frequenter cū multis testatur prudētissimus Emanuel Soarez a Ribeira ī nostro receptarū sententiarū thesauro.

45 Sic etiam ex d. l. 2. C. si quis ignor. rem mino. iuncto communi intellectu, iunctis etiam superius traditis, vt iustus error, & vera bona fides excuset a restitutione fructuum ementem rem minoris, licet distractio nulla fuerit ex defectu solemnitatis, apparet grandis difficultas a peritissimis etiam non facile resoluenda, rarissimeque a nostris animaduersa. Nam cum minor restituitur aduersus alienationem, præsupponitur eam fuisse solennem, alias cessaret restitutio, agereturque ex nullitate, vt in l. 1. & l. si quidem, C. de præd. minor. & tamen minor per restitutionem indistincte euincit fructus, etiam a bonæ fidei possessore per d. l. quod si minor, §. restitutio, ff. de minor. & sic minus prodest titulus validus per quem possessor efficitur dominus, sequuta rescisione postea per restitutionem quàm titulus ab initio nullus concurrente errore colorato, vt aduertit Panor in d. capitulo ad nostram, num. octauo de reb. ec. quod non percepit Imol. ibi nume. septimo versicu. & sic multo fortius, vbi quasi a fortiori arguit, idque prima facie nemo non probabit, vt titulus solennis magis excuset, licet postea rescindatur, quàm is qui ab initio irritus erat. Quod argumētum etiam a fortiori admittebat Curt. in d. consil. 71. colum. sexta versiculo & tamen. Eam vero difficultatem cordate sensit Molin. in consue. paris. §. vigesimosecundo nume. quadragesimooctauo ad finem, versicu. hoc enim, vbi in sequentibus per aliquas traditiones resoluere conatur.

46 Videtur autem ea difficultas maiori ex parte componi, si retineatur recepta opinio scriben. quatenus distinguunt inter fructus naturales, & industriales, & an possessor effectus sit locupletior nec ne, vt bona fides excuset possessorem a restitutione fructuum etiam naturalium, si ex his non sit factus locupletior: non vero quatenus possessor locupletior sit ex Barto. in d. §. scire, Ias. & Dec. videndis in l. si me, &

glo.nec aliquis contradixerit,secure refert Dec.in d.l. si me & Titium,n.2. In qua varietate scriptum reliquit Fulgo.in l.fructus,col.4.ad finem,ff.de rei vend.quod opinio glo.receptior erat,sed quod in futurum opinio Bar.fortasse magis communis fieret. Illud autem receptissimum est,vt opin.Bar.procedat in iudicijs vniuersalibus,vt in petitione hæreditatis,ut tradit Molin.in d.§.22.nu.49.Couarru.vbi supra vbi alios referunt, & Cur.proxime citatus:facit tex.in l.ité veniunt, 22.§.præter hæc versi.eos,ff.de peti.hæred. vbi tamen glos. non videbatur sentire de industrialibus.

48 Fructus vero naturales extantes,seu non consumptos indistincte restituendos esse, licet non rei vendicatione, cũ bonæ fidei possessor factus sit dominus, receptum est ex Bar. & alijs in d.l.& ex diuerso,Ang.in d.§.siquis a non domino,Dec.in d.l.si me & titium,Felin.in c.significauerunt,nu.6.de testi.Alex. cons.21.lib.4.Panor.in d.c.grauis.Sic etiam indistincte restitui debent regulariter fructus a lite contestata ex.d.l. sed & si lege,§.si ante,ff.de petit.hæred.l.certum, C.de rei vendic.& ita generaliter praxis obseruat,notantque omnes per text.ibi in l. cum fundum,in princip.ff.si cer. petat.tradit Afflic. decis. 59. vbi emẽdabis quod corrupte legitur,*publicationis p petitionis*. Cessat etiam ea opinionum varietas,vbi post fructus perceptos consumptos, vel extantes a die perceptionis triennium transeat. Tunc enim iure vsucapionis concludunt omnes irreuocabiliter liberari possessorem per glos. memorabilem in l.4.§.fructus,ff.de vsucap.ad fin.vers.in hoc ergo, quam ibi sequuntur Bar.Imol.& alij,& Paul.dicens eam notabilem,& perpetuo mente tenendam,intelliguntque omnes etiam si possessor tunc effectus sit locupletior:& ita Angel.in d.§.siquis a nõ domino,Alex.Dec.in d.l.si me,& Titium,Curt.d. cons.71.nu. 10.Bal.in l.3.C.quod metus causa, idem Bal. in l.ancillæ, nu. 15.C.de fur.vbi d.glo.non meminit,& late Balb. de præscrip. 4.parte,4.partis,q.35.& Florian.dicens eam glo.singularem, in l.qui scit,§.bonæ fidei,ff.de vsur. Soci.nep. cons. 105.nu.9. lib. 1. & plures citat Tiraquel. de retrac. ligna. §.15. glos. 2. nume.17.

49 Ex superioribus infertur ad tex.in l.de fructibus, 17.ff.de donat.int. vir. & vxo.vbi I.C.inquit coniugem lucrari fructus prædij a coniuge donati, licet donatio principalis ex iuris regula non teneat, iuxta l.3.§. sciendum,eod.tit. & glo.ibi

primo intelligit tex. de fructibus industrialibus, & ita DD. cōmuniter,& recte per tex. in l. fructus, ff. de vsu. Pau. & Aret. in l. quod vxor, ff. de acqui. posse. Pano. in c. consultationibus, de iure patron. Quod suadetur ex comparatione quam I.C. in d. l. facit de fructibus ad vsuras, iuncta l. ex anno, §. 1. ibidem pręcedente. Sed magis aduertendum est, quod gloss. in eadem l. de fructibus intelligit tunc demum cōiugem fructus (scilicet industriales) lucrari, quādo in iure errat putans donationem inter coniuges iure non improbari: & ita Salic. ibi glo. etiam, & DD. communiter in l. quod vxor, ff. de acqui. possess. Imol. in c. si quis presbiterorum, nu. 30. post princ. de reb. eccle. Areti. consi. 17. nu. 11. glo. & DD. in l. vnica, C. si dos const. matri. Ioā. Lup. in rub. §. 72. in fin. vbi id generalius intelligit.

50 Sed ego ab adolescentia cum adhuc præceptores audirem, verius semper putaui, Iureconsultos in ea re indistincte locutos, nec eos aliquid tunc respexisse ad bonam vel malam fidem, seu iuris scientiam aut ignorantiam quoad fructus in coniuge donatario: quod postea secure traditum inueni à Connano lib. 8. cap. 11. Sed longe prius & melius id probauit Fulgo. in d. l. ex annuo, ff. de donat. int. vir. & vxor. recte expendens literam tex. qui hoc probat, ibi, *licitam habere donationem*. Aperte enim significat I.C. fructus tunc acquiri ex ipsa donatione immediate. & sic non ex vi bonę fidei possessionis. Quod etiam probo ex prædicta comparatione I.C. de vsuris ad fructus, & ex qualitate fructuum industrialium iuxta d. l. fructus, Ex his enim satis ostenditur I.c. tantum respexisse cōiugem donantem in industrialibus non fieri pauperiorem, licet donatarius, efficiatur locupletior, iuxta reg. in ea materia de qua egerat idem Vlpianus in l. 5. §. penul. & fin. eod. tit. Et hæc opin. contra glo. & alios suadetur: quia eorum traditio in viro accipiente ab vxore inutilis esset, cum is fere nunquam posset probabili iuris errore se tueri, iuxta tradita à Bar. & Ange. in d. §. scire. l. sed & si lege. Bal. in c. cum super, nu. 5. de causa possess. & propri.

51 Ex quo minus dubitādum est, magis errasse Ioā. Lup. in d. §. 72. in fin. dum errorem gl. & aliorum retinebat etiam in donatione confirmata per mortem coniugis donantis, quod est contra decis. l. cum hic status, ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. donationes quas, in fi. C. eod. & contra receptas sentētias quæ habent donationem morte coniugis donantis retro tra

hi

hi ſine dubio quoad fructus ſecundũ omnes: quoad dominiũ etiam ſecundum aliquos, vt per gl. in l. ſequens queſtio. 70. ff. de leg. 2. glo. in l. ſub conditione, 16. in fin. 1. ſchol. ff. de ſolu. glo. Paul. & Areti. in l. talis ſcriptura, ff. de lega. 1. Dec. in l. illud. nu. 6. c. de colla. Anto. Nice. concor. 119. cum multis relatis à Tiraq. in l. ſi vnquam, verb. libertis: nu. 105. Nec dubio caret quod tanquam indubitabile tradebat idem Pala. Rub. dũ nu. 1. inquit, reuocata donatione à coniuge rem cum fructibus auocari. Iura enim quæ citat, loquuntur tantum de donatione cauſa mortis: in donatione autem inter coniuges ſingulare ius eſt in fructibus induſtrialibus, vt ex particulari conſideratione (quia principaliter non deducuntur ex re, nec faciunt donantem pauperiorem) à re ipſa donata ſeparentur, & coniugi donatario irreuocabiliter acquirantur, licet principalis rei donatio irrita ſit. Et quamuis multa hic inde afferri poſſent, cõtra hiſpan. tamen videtur glo. expreſſa in l. generaliter 24. §. proinde, verb. ex aliqua, ff. de fideicom. liber. quam ad alia ſæpe commendant DD. vt per Molin. in conſue. Pariſ. §. 30 Tiraq. in l. ſi unquam, verb. reuertatur, nu. 22. hiſpan. Arias. l. 27. Tauri, col 2. & 4. hiſpani. Gome. de contrac. capi. de donat. fol. 58. col. 1.

51. In hac vtiliſsima materia ad maiorem cognitionem præcedentium, & ſequentium memorare, oportet, qui dicantur fructus naturales, qui induſtriales: cum inter eas fructuum ſpecies longe lateque diſtinguatur. Qua in re I.C. Pomponius in l. fructus, ff. de vſur. magiſquam alibi eam diuiſionem exprimit: ex cuius doctrina & exemplis, glo. & Bar. in l ex diuerſo, ff. de rei vend. magiſtraliter colligunt, hanc appellationem, ſeu hæc nomina fructuum naturalium, & induſtrialium, & ita Bal. notanter in l. ancillæ, nu. 14. C. de furt. Pau. in c. grauis, de reſt. ſpol. & ex nouioribus, Loriot. de fructibus axiom. 16. nec diſcrepat Copus in prima. p. de fructibus. Aliter etiam fructuũ diuiſionem tradit Bald. in c. cum M. num. 5. & 6. de conſt. quẽ ſequitur Boer. deciſ. 224. nu. 1. ſatiſque eſt ad rei cognitionem ex Iureconſultis agnoſcere differentiam inter fructus, qui maxime requirunt hominis culturam & induſtriã, & alios qui abſque hominum opera producuntur: quo habito non tam curandum eſt de queſtione nominis, vt cum iudicio tradit Coſtalius in annota. l. fructus ff. de rei vend. quicquid prę poſtera ſubtilitate controuertat Coraſ. lib. 5. miſcel. cap. 9. communẽ

vero explicationem probat Couarru.d.ca.3. ego autem domorum pensiones & similia ab industrialibus non separarem quæ Bar. appellat fructus ciuiles, & alij ubi supra, & Bal. in l. pro oneribus. C. de iur. dot.

Specifice autem de oleo, vua, lana lacte, vt industriales fructus appellentur, notat Bar. vbi sup. Fulgo. l. fructus nu. 4. & seq. ff. de rei vend. Loriot. de fruct. ariom. 17. sed noue & eleganter contra dicit Curt. Burgen. lib. 2. conicct. ad fra. cap. 44. De fætu ouium variant scribentes. Paul. enim in l. sequitur, §. fructus, ad fin. ff. de vsucapio. animalium fœtus fructibus naturalibus connumerat, & ita Bal. in d. l. ancillę, nu. 13. nec contrarium probat glo. in. d. §. fructus, licet in contrarium notari soleat. Baldum autem corrupte citat Montaluus leg. 10. fori. lib. 3. tit. 4. licet contra sentiat Balduin. in §. si quis à non domino, inst. de rerum diuis. ita cum Ioa. Copo intelligens tex. in l. bonæ fidei uers. & ouium, ff. de acq. rer. domi. contra quos pro Bal. & Paul. est tex. (alibi fortasse non adductus) in l pe. ff. de pecul. vbi I.C. partus ancillæ, & pecorum fœtus distinguit à quæsitis ex operis, & sic ab industrialibus arguendo ex receptis traditionibus.

53 Quo præsupposito, incidit grandis difficultas circa conciliandos Paulum & Pomponium: hic enim in d. l. fructus, 4ᵉ. ff. de vsur. loquens de donatione inter con iuges facta, inquit, coniugem donatarium suos facere fructus quos operis acquisierit, non si pomum decerpserit, vel ex silua ceciderit: hos enim inquit, eius non fieri, subdens generaliter, *sicut nec cuiuslibet bonæfidei possessoris, quia non ex facto eius is fructus nascitur.* quasi aperte significet Pomponius, bonæ fidei possessorem solos industriales fructus suos facere, nullatenus autem naturales. Ex diametro autem Paulus in d. l. bonæ fidei. 47. ff. de acq. re. do. in hæc verba habet *Bonæfidei emptor non dubie percipiendo fructus etiam ex aliena re suos quidem interim facit non tantum eos qui diligentia & opera eius peruenerunt, sed omnes, quia quod ad fructus attinet loco domini penè est.* Ex verbis autem earum legum ego reprehendendos non puto eos, qui antinomiam colligunt, & Iureconsultos in hoc cõtrarios putant. Glo. autem in d. l. fructus, & in d. l. bonę fidei, & in d. §. si quis à non domino, inst. de rer. diuis. & in d. l. & ex diuerso & in §. 2. Insti. de offi. iud. & alibi sæpe retinet, distinguendum fore cum Pomponio in d. l. fructus, inter industriales & naturales:

paulum

Paulum vero intelligendum esse de industrialibus tantum: Et ita Bal.in d.l.fructus & ibidem Salice.& Fulg.& Florian.dicēs eam esse communem & cum his Alex.in l.maritus,in fin. ff. ad l.falc.eamque resolutionem probare videtur Ange. in d. §. si quis a nō domino & ibi Baldui.& Bar.secure id quasi receptissimum tradunt.& ita copus de fruc.lib.2.tit.4.cap.6.& communem dicit Igneus in l.3.§.si conditioni.n.40.ff. ad silla.

54 Sed cōtra gl.stāt plurimi ex antiquioribus & recētioribus verius asserētes, Paulū in d.l.bonæfidei,loqui ēt de fructibus naturalibus.idque manifeste euincitur ex litera,ibi, *non tantum* & ibi,*sed omnes* Nec sustineri potest violēta & inepta impropriatio gl.& sequaciū.dum exponunt ea verba,vt significent non solū fructus propria opera possessoris sed etiam aliorum opera perceptos:quam expositionem aures nō admittunt, ratioq; recti sermonis ei prorsus repugnat.Illud enim verbum, *omnes*, non ad operantes,sed ad ipsos fructus refertur: & sic dictio vniuersalis non potest ad solos industriales fructus restringi maxime cum I.C.antea de industrialibus dixerit,aliosque addere voluerit. Quod etiam euincitur ex generali rōne quā subdit,ibi,*quia quod ad fructus loco domini est*.Sed vltra omnes iā id apertius euincitur ex eadem l.ad fin.dum agit de fœtu pecoris,quem dicit in fructu esse,& bonæ fidei possessori acquiri: proxime enim ex Bal.Paul.& iure aperto probauimus, fœtus inter naturales fructus connumerari,vt sic agnosci debeat,I.C. in ea l.de fructibus etiam naturalibus agere.

55 Reiecta interpretatione gloss. quam multi communem putabant, succedit secunda interpretatio, & conciliatio ad ea iura, quod paulus in dicta lege in bonæ fidei, intelligatur de bonæ fidei possessore cum titulo non reprobato, vt hic etiam naturales fructus suos faciat:Pomponius autem in d. l. fructus,intelligatur de possessore sine titulo, vel tali, qui de iure irritus sit,vt ibi erat donatio inter coniuges:& ita Iacob. Aren.& Oldrad.quos refert & sequitur Barto. in dicta lege ex diuerso.colum.secunda nume. quinto ff.de rei vendic. & ibi Angel.colum,secunda nume.quarto & Alberi.in dicta lege fructus,& Panormi.in dicto capi. grauis, nume. quarto & Couarru.in dicto capi.tertio nume. sexto versi. his sane, & versi. secunda conclusio, & Fulgos. in lege fructus, nume. 9.ff.de rei vendic.idemque probare videtur Felin.in c.de quarta,nu.30.de præscr.& ita primo soluebat gloss.in d.l.fructus.

&

& ex nouioribus Ferretus de mora, quē tantum refert & sequitur Costal in annotationibus d.l. fructus. Et hanc post tempora Bar. dicit communem Panor. vbi supra, & simpliciter dicit communem Couarru. in d. loco. secundum quem sensum d.l. bonæ fidei, quasi aliquid rarum extollit Ias. in l. Nesennius, §. 1. nu. 4. ff. de re iud. Et ita vides miseram varietatem scribe. qui modo vnam, modo aliam communem opinionem appellant.

56 Sed ea interpretatio non minus improbanda videtur, quam præcedens, maxime attenta litera vtriusque l. Nam Pomponius secure, & indistincte loquens de bonę fidei possessore, nō videretur restringi ad eum, qui titulo caret: eum I.C. post quā loquutus fuit de donatione inter coniuges, idē gnāliter subdit in omni bonæ fidei possessore: nec ea differētia ab vllo I.C. traditur. Fortissime etiam eadem resolutio improbatur, quia rarissime datur bonæ fidei possessor sine titulò: & ideo cum Pomponius in d.l. fructus, secundum Bar. & omnes, loquatur generaliter de omni bonę fidei possessore, debet intelligi de habēte titulum: ne quod pro regula traditur, ad rarissimum casum redducatur contra l. nam ad ea, ff. de legi. Item quoad Paul. d.l. bonæ fidei, videtur (vltra omnes) impugnari ea resolutio ex eo, quod potest non semel dari bonæ fidei emptori cum titulo nullo, qui tamen omnes effectus habeat tituli validi, prout ex iusto errore facti, vti late supra diximus ad l. 1. c. si quis ignorem minor. & ita ostenditur titulum latenter nullum nō tollere acquisitionem fructuum concurrente vera bona fide.

57 In his difficultatibus ad eas ll. conciliandas noue scripsit Loriot. d. tit. de fruc. axio. 47. Pomp. in d.l. fructus generaliter loqui de bonę fidei possessore Paulum autem in d.l. bonę fidei, specialiter agere de bonę fidei emptore, quasi singlare ius sit in emptione: vt huic magis faueatur, seu potentior effectus ei tribuatur. Atque eius rei rationem colorat, ex eo quod in emptore requiritur de iure ciuili bona fides duplici tempore, & conuentionis, & traditionis: cum in alijs non requiratur nisi priori tempore. Sed hæc conciliatio prorsus reijcienda est primo quia est contra generalitatem d.l. fructus, dum I.C. loquitur de bonę fidei possessore: quę verba ad emptorem magis referri debent, cum emptio frequentior sit, iuxta l. iusto, ff. de vsucap. & quia genus continet omnes suas species, l si duo, ff. de admin. tuto. Improbatur magis ea traditio ex ratione Pauli in d.l. bonę fidei, quę generalis est omnis bonę fidei possessoris, non emptoris

ptoris tantum, vt patet ex l. qui scit, §. in alieno, ff. de vsur. Sed omissis argumentis, corruit euidẽter ea traditio ex tex. expresso in d. §. si quis a non domino, Insti. de rer. diuis. vbi Iustinianus in his terminis æquat emptorem & reliquos possessores ex alijs causis, accedente in quocumque eorum bona fide. Et ita misere lapsus videtur doctus ille vir, in multis de iure ciuili bene meritus. Quo etiã tex. corruere videtur similis interpretatio Curtij Burgen. lib. 2. coniect. ad frat. ca. 44. vbi argute probare conabatur differentiam inter possessorem ex titulo oneroso lucratiuo, ita concilians dicta iura: ibi tamen aliqua ingeniose tentat.

58 Non desunt qui tacite conciliare videantur ea iura: vt Paulus in d. l. bonæ fidei, pcedat quoad hoc, vt bonæ fidei possessor fiat dominus fructuum, quos percipit: pomponius autem significet, eundem possessorem non perpetuo, nec irreuocabiliter lucrari, sed ita, vt domino postea restituere teneatur: quod obiter ad d. l. bonæ fidei, sentire videtur Berous in cap. si quis presbiterorum, nu. 14. de reb. eccle. non alie. & in simili notat gl. in d. §. si quis a non domino, & glo. variando in l. sed & si leg. §. scire, ff. de petitio. hęredita. gloss. in dict. l. qui scit, ad finem in penulti. schol. ff. de vsur. notat. Barto. per text. ibi in l. si eius fundi, ff. de rei vendica. Paul. in l. sequitur, §. fructus, ff. de vsucap. quibus in locis ex glo. Barto. & alijs & aperte ex Beroo colligitur non valere eam consequentiam, iura dicunt aliquem fieri dominum fructuum: ergo perpetuo eos lucratur: quod etiam colligitur ex Alex. in l. in insulam, §. fructus, ff. solu. mat. ex Ang. pec. & alijs in l. si me & Titium, ff. si cer. pet. Sed non magis satisfacit hæc conciliacio, quia prædicti Iurisconsulti in dictis legibus eisdem verbis vtuntur, scilicet, *fieri dominum fructuum*, vt sic non magis vnus quam alter intelligi debeat de prima acquisitione, quãm de perpetua absque obligatione restitutionis: nec videntur eadem verba diuerso iure censenda. Maxime ꝙ si dicta Iureconsultorũ in hoc cum iudicio expendantur, videtur ex ipsis colligi contra scriben. omnes proxime citatos, cum dicitur, aliquem fieri dominum fructuum ex titulo & bona fide, nihil aliud significari, nisi id, quod ipsi DD. appellant perpetuam irreuocabilemque acquisitionem. s. ne talis possessor teneatur restituere. Hoc. n. sentit Paul. I.C. in d. l. bonæ fidei, & Pomponius in d. l. fructus, dum tantum distinguũt an possessor dominus fiat, nec ne. Idem satis significat Iulianus

in

in d.l qui ſcit,ad finem,ff.de vſur.& aperte Iuſtinianus in dict. §.ſi qs a non domino ,cuius inductio ex litera patet : idē ſentit I.C.in l.penu.ff.de rei vend.

59 Apparet ex prædictis maxima difficultas tam circa conclusionem in ſe,quam circa concilianda reſponſa illa Pomp. & Pau.Quibus in anguſtijs ſi teneatur præcedens conciliatio poſſet ponderari d.l.bonæ fidei,ibi,*interim*, & ibi,*pene domini*:quaſi nō perpetuo,nec irreuocabiliter. Sed verius eſt I.C. ijs verbis ſignificare interim quod poſſeſſor non conuenitur l.qui ſcit,§.fi.ff.de vſur.l.certum,C.de rei vend. Sic etiam retēta ſecunda interpretationē ſupra relata ex antiquioribus & Bar. poſſet ponderari litera d.l.fructus,ibi,*nec cuiuslibet bonæ fidei poſſeſſoris*.ut non ſignificet omnem poſſeſſorem, ſed non quēlibet,nec paſsim.ut apud authores legitur, non eſt cuiuslibet adire Corinthum: uel,non eſt cuiuslibet auris:& I.C.dixit,nō quæ uis ex hæredatio,& alia ſimilia. Sic etiam ad traditionem quæ habet aliud eſſe fieri dominum fructuum,aliud eos irreuocabiliter lucrari,egregie & utiliter eius traditionis effectum explicat Pau.Caſ.in l.ſi fundum,C.de rei uend.quem uide:alij.n. ubi ſupra cū gl.in d.§.ſi qs a nō dño,& alibi ſæpe,tm̄ adducūt effectū parui momenti circa nomen actiōnis.Mea aūt ſentētia Paulus in d.l.bonę fidei,indiſtincte loquitur de omnibus fructibus tam naturalibus quā induſtrialibus,contra glo. & quā plures primo citatos.Frequētiuſque applicatur poſſeſſori cum titulo,ut inde uera bona fides reſultet,& ita uerba tex. magis uerificentur:idque non tantum in titulo ualido, ſed etiam irrito,in quo tamen poſſeſſor iuſtum facti errorem habuit, ſecundum iuris principia ſupra deducta, quod magis accedit interpretationi quam Bar.probauit,& ſecundum hos terminos ſatisfit obiectioni d.l.fructus,ut proxime dixi,ex uerbo,*cuiuslibet poſſeſſoris*,accipiendo pro alio ſimili ei, de quo ibi agebatur ex titulo reprobato,& ita reijcitur differentia quam in hoc tradebat glo.&plures ſupra relati inter fructus naturales & induſtriales:& concluditur contra eoſdem,bonæ fidei poſſeſſorem regulariter ita fieri dominum fructuum naturalium,ſicut induſtrialium,per d.l.bonæ fidei, quæ cauillari nequit:quod etiam probat efficaciter d.l.qui ſcit ff.de uſur.uerſi. porro,ubi indiſtincte inquit,quoad fructus id iuris habere bonæ fidei poſſeſſorem,quod dominis prædiorum tributum eſt.Nec diuerſum probat tex.in d.§.ſi quis a non domino,licet Ang.& Balduin.

duin.ibi & alij alibi,& glo.§.2.inst.de offi.iud.cum tantum referant ad fructus industriales,quod est longe alienum à mente tex.qui effectum possessoris cum titulo & bona fide explicare intēdit,nihil vero de qualitate fructuum distinguit,nec obstat verbum,pro cura & cultura, quo DD. decipiuntur. Quamuis enim id magis congruere videatur fructibus, non tamen excludit naturales, in quibus etiam cura custodiæ & aliqualis industriæ necessaria est,vt ratio docet & vsus ostēdit, maxime facta relatione eorum verborum ad rem ex qua fructus producuntur.quod videtur sensisse Carondas lib.1.verisim.cap.7.& ita hæc opinio retinenda videtur ex tot iuribus, & l.4.§. post litem,ibi,*lucrari eum oportet*,ff.fin.regun.in contrarium enim glo.& DD.tantum adducunt d.l.fructus,ff.de vsur.quam ibi dubitans dicebat sign.Fulgos.& Ang.in.§.2.n.3.Insti.de offic.iud.sed ei super quæ satis fecimus.

60 Nec omitto quòd I.C.in d.l.4.§.1.d.verbo,*lucrari*, ff. fin. reg.generaliter loquitur de omnibus fructibus & sic tam de industrialibus quàm naturalibus, ex quo utiliter & euidenter colligitur contra glo.& omnes scriben.in fructibus naturalibus,bonæ fidei possessorem consumptos omnino lucrari, nec teneri ad restitutionem,etiam si factus fuerit locupletior, hoc enim exprimitur eo uerbo,*lucrari*,Similiter in fructibus industrialibus pro glo.contra Bar.& plures,ut post consumptionē nullatenus teneatur bonæ fidei possessor,licet locupletior factus sit,quam uarietatem retuli supra hoc cap.n.47.non enim uerba illa I. C. admittunt cauillationem DD. Ad alia iura, quibus respondent,possessorem effici dominum,sed postea teneri ad restitutionem,quatenus sit locupletior : nam id negat expresśim I. C.in d.loco.Sic etiam eadem uerba tex.non admittunt aliam cauillationem glo.& Doctor.ad alia iura,quatenus dicunt bonæ fidei possessorem suos facere fructus,nec teneri restituere consumptos,ut intelligantur de inutiliter consumptis,non ex quibus factus sit locupletior. Quæ responsio ad alia iura uiolenta est & diuinatoria, sed ad d.tex. nullo modo ferri potest,quia tex.ille agit de consumptis, & addit uerbum,*lucrari*,ostendens possessorem utiliter expendisse, & factum fuisse locupletiorem. Ex quo eleganter explicatur text. in d.§.si quis a non domino, dum generaliter excludit dominum a fructibus consumptis a bonę fidei possessore. Sic recte intelligetur tex.in d.§.2.inst.de offi.iud.uersi.si uero,ubi idem

indistincte

indiſtinctè cauetur & l.quæſitũ,40.in fine,ff.de acq. rer.dom. Inde etiam intelligetur vulgaris l.certum, C.de rei vend.dum indiſtinctè tradit, bonæ fidei poſſeſſorẽ ad ſolos fructus extantes teneri, quaſi de conſumptis inquirendum non ſit,an poſſeſſor factus fuerit locupletior.Sic Iureconſulti in fructibus conſumptis ante litem conteſtatam non obligant vllo modo poſſeſſorem,ſed tantum culpabilem vel moroſum,l.Iulianus,la.1. §.1.& 2.ff.de rei vend.ſic indiſtinctè in fructibus conſumptis plenius & cũ effectu ſtabunt verba d.l.bonæ fidei,ff.de acq.rer. dom.& l.qui ſcit,verſi.porro,ff.de vſur.rationem vero vide p Bal.in l.2.nu.5.C.de fruc.& lit.expen.Nec tot iura de fructibus conſumptis indiſtinctè loquentia ſane reſtringi poterant ad male conſumptos,cum experientia ſæpe contrarium oſtendat, & tex.in l.in pupillo,ff.de ſolu.& l.ſed & ſi lege,§.quod autem,ff.de peti.hære.Ex quibus beliſſime comprobatur communis praxis quę ita obſeruat,licet in id aduerti non ſoleat. Vbiq; enim bonæ fidei poſſeſſor generaliter abſoluitur à fructibus ante iudicium perceptis,nec vnquam de conſumptis tractatur,an poſſeſſor locupletior factus fuerit.Sed & de perceptis ante iudicium nunquam inquiritur,an conſumpti ſint,tantumque ſeruatur forma d.l.certũ,C.de rei vend.quoad fructus perceptos poſt litem conteſtatam & l.2.C.de fruc. & lit.expen.& tex. in d.l.4.§.1.ff. fini. regun. Quæ praxis ita comprobata rationem habet, vt litium ambages vitentur.Ex quo & alijs multis deprehendent cordati,non parum deferendum eſſe ſtilo & praxi. Vſus enim grauiſsimus omnium legum cenſor & explorator à Liuio rectè appellatur,vt obſeruat Balduinus:facit tex.notab. in §.quæ omnia,inſti.de ſatiſda.

61 Nec obſtant aliqua iura loquẽtia de petitione hæreditatis, quæ dicunt in ea teneri bonæ fidei poſſeſſorẽ,quatenus ex fructibus factus eſt locupletior, vt l.1.C.de pet.her.d.l.illud,43. verſi.in bonæ fidei,ff.eodem.Reſpondeo enim,quod in ea ſpecie non dixerant prius iura,bonæ fidei poſſeſſorem fieri dominum fructuum,vt dicunt in alijs caſibus:imo in petitione hæreditatis expreſſum erat, fructus augere ipſam hæreditatem, & cenſeri corpus eiuſdem l.Item veniunt,§.fructus,ff.de peti. hæred.ſecus in particularibus l.in ædibus,§.1.ff.de dona.facit in id doctrina Bal.in l.1.nu.25.C.de fru.& lit.expen.&ipſi ſcriben. tradunt differentiam inter iudicia vniuerſalia & particularia: idque receptiſsimum eſſe diximus ſupra hoc cap.nu.47.cum

Molin.

Molin. Cur. Couarru. Et in proposito ratio differentiæ colligitur ex Bar. in l. si rem & precium, ff. de peti. hæred. qđ in vniuersalibus datur repræsentatio, & precium loco rei succedit, nō in particularibus. Bal. in l. 3. col. 2. in fine, C. de rei vend. eamq. differentiam probat I.C. in l. venditor, versi. sed hoc, ff. de hær. vel act. vend. quem extollit Tiraq. de retr. lign. §. 32. glo. 1. nu. 22. char, 235. vbi in præceden. vide circa differentiam horum iudiciorū ad tex. & Bar. in d. l. si rē, & Alci. in l. si seruū. 23. ff. si cer. pet. Neguz. 1. mem. 5. partis n. 48. & ita moderari debet æquiparatio Iustiniani in §. & si hæreditas, Insti. de offi. iud. Hæc & oīa nostra à doctis & cādidis emēdari, nūquā moleste feremus.

62 Omnia superius tradita non solum vtilissima sed necessaria sunt ad quæstionem illam, cui totum hoc caput destinatū fuit: an venditor huius l. actione fructus euincat: tā enim ad opinionem affirmatiuā, quā ad limitationes negatiuæ scire oportet distinctionem fructuum, & differentiā bonæ & malę fidei possessoris, & qualiter fructus retineantur, vel restituātur, in qua materia frequenter adducitur reg. l. sumptus, 48. ff. de rei vendic. ut bonæ fidei possessor cū fructibus perceptis compensare debeat impensas vtiles vel necessarias, quas alias retētione vel petitione consequi deberet. Quam reg. ornabis & declarabis per Alex. consi. 154. li. 6. per Neguzan. de pigno. 4. memb. 5. par. n. 13. per Capit. decis. 93. nu. 9. Cur. Iun. cons. 165. nu. 15. Siluan. cons. 49. nu. 47. Afflic. decis. 87. ad fin. Plate. in l. fin. C. de omn. agr. deser. In quo, vt insigne, adduci solet, quod notat glo. in l. emptor, ff. de rei vend. vt reg. d. l. procedat in possessore sola bona fide fructus percipiente: secus autem in eo, qui interim dominus est, licet temporaliter, veluti rogatus post mortem rem restituere, vel hæres expendens in re sub conditione legata, vel emens a tali hærede, qui & similes interim domini sunt. vt in l. non ideo minus, 66. ff. de rei vend. In his enim inquit gl. illa non tab. impensas soluendas fore, neque cum fructibus compensandas, in qua doctrina eam glos. commendant & sequuntur Bart. Bal. Ang. ibi, eamque dicit sing. Alexa. in l. in insulam, §. fructus in fine, ff. solu. matr. Cremen. notab. 105. Ias. in l. fin. §. 1. in fine, C. cōmu. de lega. Alex. & Ias. in l. domos, ff. de leg. 1. & alios quos citat Tiraq. in l. si vnquam, verbo, reuertatur, nume. 235. & Boer. decis. 44. nu. 19. Neguzan. de pigno. 4. memb. 5. par. n. 13. eā dicit sing. & cōiter approbatā Alex. cōs. 154. nu. 5. lib. 6. Ea receptissima doctrina à DD. ampliat ēt in domino

vtili

utili tantum, vt est emphiteuta, vel vassallus, vt tradit Bal. in d. l. emptor, & cum eo Iaf. in l. 2. nu. 32. C. de iur. emph. Boer. d. decis. 44. nu. 19. & sequen. & ijs non citatis Ioan. Lup. in rub. §. 62. nu. 17. prępos. in c. 1. §. si vassallus tit. hic finitur lex. Fede. Molin. in consue. paris. §. 1. glo. 5. nu. 78. char. 39. ex quo infertur ad possessorem expendentem in bonis maioratus, de quo latius scripsi in commentarijs l. 1. in 2. par. nu. 71. char. 69. & sequen. c. de bon. mater.

63 Doctrina tamen d. glo. limitatur per Fulgo. ibi, nisi vbi titulus rescinditur quasi ex tūc, seu quasi à principio nūquā fuisset prout in restitutione. & in actione redhibitoria, vt superius deduxi, per l. cum autem. §. cum redhibeiur, ff. de ædil. edic. Limitatur etiam in casu, tex. notab. in lege si is qui, 33. ff. ad Trebel. quem DD. notant & Paulus. extollit sub. l. præceden. vt quamuis hæres rogatus post mortem bona restituere: interim sit dominus, & interim fructus lucretur, teneatur tamen ex fructibus supplere vel resarcire diminutionem cōtingentē bonis restituendis, extollit Roman. sing. 261. Ripa in l. in fideicommissaria, nu. 18. ff. ad Trebel. de quo videndus est Alex. in l. Balista, ff. eod. Eandem glo. commendat & limitare tentat Felin. in c. cum causa, nu. 29. de re iud. Ex illa vero ad nostrā materiam infertur, quod cum emptor dominus sit non obstante læsione venditoris, l. dolus, infra eodē, non tenebitur cum fructibus cōpensare impensas, quas sibi soluendas fore receptius probauimus cum Bal. & plurimis vt supra, hac par. cap. 3. nu. 1. maxime attenta veriori & receptiori sententia ibidem tradita, quod in casu huius l. emptor restituens rem, non dicitur id voluntarie facere, vt ita respondeas ad tex. (alibi fortasse non animaduersum) in l. quoties, ad finem, C. de rei vend. vbi primus emptor effectus dominus rem non retinendo, repetit precium & vsuras facta compensatione impensarum & fructuum. Patet igitur ibi emptorem dominum impensas cum fructibus compensare. Sed ex mente Aret. ibidem respondendum est, ꝙ in casu d. l. emptor ipse omnino voluntarie rem demittit, cum eius causa potior esset ex titulo & priori traditione: ideo sibi imputatur restitutio rei. Hic autem emptor restituit ex necessitate iudicij vt latius deduximus in d. cap. 3. supra hac parte, nu. 13. Ad aliud autem diuersum d. l. quoties, in puncto de fructibus notat Igneus in l. dudum, nu. 67. C. de contrah. emp.

64 Ad superiora vero, et alia multa vtilissima inuestigatio sup

est

est circa modum probandi, quod possessor ex fructibus uel alius ex re semel ad eum Peruenta factus sit locupletior quando de iure non aliter obligatur, nisi quatenus locupletior sit. Qua in re scitu dignissima generaliter scripsit Angel.in l.utrũ, ff.de peti.hæred.notans, & summe commendãs gl.1. ibi, ut sufficiat agenti probare precium uel fructus semel ad conuentũ peruenisse, ut sic conuentus ipse condemnari debeat nisi probet se precium & fructus male consumpsisse, uel alteri donasse, uel aliud contigisse, quo liqueat peruentionis effectum, nõ durasse: nec conuentum factum fuisse locupletiorem: & cum Angel.sentit Fulgo.in l.sed & si lege, §.quod autem, ff.eod.dicens præsumendum esse rem semel peruentam quoad utilitatem durare: & ita Alex.cons.63.nu.5.lib.3. ubi nimis commẽdat d.glo.1.& traditionem Ang.& cum Ang.idem tradit Ioã. Lup.in rub de dona.int.uir.& uxor.§.48.nu.1. & Dec.in l.ex pœnalibus, nu.5.ff. de reg.iur. & ita cum Ang. (quasi id receptissimum sit) secure respondit Soci.nep.cons.ulti.lib.1.n.39. idemque ex d.gl.sentit Roma.cons.149.nu.2. uers. tertius, in fi.& aperte Corn.id extollens cons.72.col.5. in princ. uers. ad hoc, lib 3.& Carol. Ruin. cons.19. in fi.lib.2. nimis extollens d.gl.& traditionẽ Ang.& ita Soc.cons.24.n.41.li.1.extollens glo.& Ang.& con.82.nu.24.li.4.idẽ uoluit Fel. in .c.scribam, col.1.ad fi.de præsum.vbi corrupte citat, arguens ex præsumptione tex.ibidẽ de pteritis ad pñia cũ Baldo, in l.ex persona, C.de proba.ubi late agit de præsumptione cõtinuatiua tradens uaria exẽpla, & ibidẽ, n.6.cõcludit quod allegans amissionem debet eam probare: & multa in simili tradit Alci. reg.2. ☞ præsump.25.cum duabus sequ circa non pręsumendam mutationem. Sed considera nunc miseriam legalis professionis: contrarium enim bis consuluit idem Ange.asserẽs quod actor probare debet commodum, & peruentionem rei uel precij extare, nec sufficiat probare semel peruenisse, & ita Felin. aliqualiter dubitans in c.de quarta, nu.13.de pręscrip.& Ias.in l.Nesennius, §.fundum, n.4.de re iudi.& ita Alci.in l.certi condictio, §.quoniam, nu.11.in fi.ff si cer.pe.Cur.sen. cons.71.n.11 dicens meliorem esse opinionem Ang.in d.cons. quàm in lectura, & cum his Molin.in consue.Paris.§.22.nu.52.& ita Curt. iun.cons.28.in fi.& Gome.in §.actiones aũt, nu.21. Instit.de actio.Cagno.in d.l.ex pœnalibus, n.3.& seq.& hãc partẽ magis probat doctus & diligens Riminal.iun.in §.fina.nume.72.

Institu.quibus aliena.lic. & ita uides Ange.sibi ex diametro contrarium,Felin.etiam uariasse:sed Curt.sen.in additione d. consil.71.uariauit ab eo, quod primo dixerat: & uarietatem Ang.aduertit,sed non resoluit Alex.in l.mulier,§.cum proponeretur,in fin.ff.ad Trebel.nec satis explicauit Dec.vbi supra, qui etiam magis dubitat quàm resoluit, in l.certi condictio,§. quoniam,nu.3.ff.si cert.pet.dubitauit etiam Soci.in l.in pupillo,ff.de excep.varieque ad glo. & Ang. respondebat Segura in l.quemadmodum,ff. de acq.pos.

64 In hac dolenda scriben.varietate,multa hinc inde adducuntur:pro Ang.enim in d.l.vtrum præcipue adducitur reg.iur.de mutatione non præsumenda. Adducitur etiam alia reg. quod conuentus probare debet fundamentum suæ exceptionis. Adducitur etiam præsumptio illa iuris,quòd nemo præsumitur iactare suum, cui argumento maxime innititur Ruin.in d.cons. E contrario autem retorquetur argumentum de onere probandi quod agenti incũbit,& ita in ꝓposito videtur necessaria probatio illius qualitatis, quod conuentus factus fuerit locupletior,cum non aliter teneatur. Et inde colligitur secundum argumentum,quod eo casu regula est pro conuento in acquirendo sibi fructus,a qua excipitur casus,cum possessor sit locupletior: vnde arguunt fundatam esse intentionem eius,qui pro se regulam habet,cui argumento maxime innititur vterque Curtius in dict.consil. Alcia.autem in d.§.quoniam,nu.11.ad fin.concludit pro possessore circa fructus consumptos, nisi probetur eum locupletiorem factum.

65 Ego autem in ea difficultate & varietate DD.aduerto imprimis,glo.in d.l.vtrum,ff.de petitio.hæred. nunquam dixisse,nec sensisse id,quod ex ea colligunt Ang. & reliqui hucusque:glos. enim tam in 1.scholio(vbi DD.eam notant) quàm inferius in verb.*fuerit*,tantum explicat verba tex.non vero addit id,quod DD.ei imponunt de præsumptione vel modo probandi:idque magis patebit attentis iuribus a gl.adductis:quod ampliori explicatione non eget, si cum iudicio glo.inspiciatur, mirorque nullum ex tot doctissimis viris id aduertisse: maxime vt e medio tollerent autoritatẽ gl. quã vbique magnificiunt. Aduerto item eam q.generaliter propositam(ut a DD traditur) maxime afferre ambiguitatem:ideoque oportet ad specialia descendere:quibus explicatis regula etiam inde colligetur.

Ad particularem articulum bonæ fidei possessoris circa fructus

ctus nõ extãtes, ego superius, nu. 61. cõtra gl. & oẽs probaui, bonæ fidei possessorẽ fructuũ nõ extãtiũ ita dominũ factũ fuisse, vt nihil restituere teneaẽ & si locupletior fuerit: & cõsequẽter cõtra infert, nõ esse tũc tractãdũ de modo ꝓbãdi, quatenus locupletior manserit.

65 Receta aũt cõmuni opinione, vt possessor teneaẽ quatenus ex fructibus nõ extantibus locupletior factus sit, non leuis est difficultas ex varietate D D. & cõflictu argumentorũ, de quibus supra. Sed mihi verior videẽ opinio Ang. in d. l. verũ, vt possessor seu cõuẽtus restituere teneatur id, ꝙ ad eũ ꝑuenisse ꝓbaẽ: sibiq; incũbat onus ꝓbãdi, ꝙ illud ꝑdiderit, vel male cõsũpserit: hãc enim opinionẽ euincit ratio & sẽsus cõis. Nec ex aduerso adducitur ratio, quæ ita vrgeat: maxime ex rerũ vsu, quo frequẽtius cõtingit homines nõ iactare bona sua, d. l. cũ de indebito, magis aũt appetere aliena, arg. gl. in l. defensionis, C. de iure fisci. Sic ẽt expẽdẽdo fructus vel redditus circa necessaria, cẽsetur q̃s locupletior d. l. sed & si lege, § ꝙ aũt, ff. de pet. hęr. Hoc fortissime vi rationis probatur: possessori nãq; facile erit probare casũ, quo dãnũ & amissio sibi cõtigerit, actori aũt difficilimũ, & fere impossibile erit stricte probare quatenus possessor effectus fuerit locupletior: facultas aũt ꝓbãdi angustari nõ debet iuxta l. qm̃, in fi. C. de hęret. maxime postq̃ actor ꝓbat rem vel ꝑciũ semel ad cõuẽtũ ꝑuenisse iuxta reg. l. siue possidetis, C. de ꝓb. Scd̃m quã resolõnẽ tã in agẽte q̃ in cõuẽto pariter seruabũtur iuris regulę in materia ꝓbatoria. Actor ꝓbabit rẽ vel ꝑciũ ad possessorẽ ꝑuenisse. n. cõuẽtus aũt ꝓbabit amissionẽ, quã ꝓbare debet eã allegãs scd̃m Bar. ĩ l. 2. in fi. C. si aduer. credi. Rip. in l. si is q bona, n. 12 ff. de pig. facit gl. l. cũ ita, §. spẽs. ff. de leg. 2. quã vltra ordi. ornabis ex Alex. cõ. 158. n. 3. li. 2. & ibi Moli. & Sil. cõs. 29. Hip. in pra. §. diligẽter, n. 93. Et scd̃m hãc traditionẽ recte accipieẽ tex. in d. l. verũ, licet Riminal. post alios putet eũ exp̃sũ cõtra Ang. ibidẽ, sed tex. nõ tradit præsũptionẽ, vel modũ ꝓbationis, q̃ satis idonea erit eo tẽperamẽto, vt actor ꝓbet rẽ ꝑuenisse, cõuẽtus aũt ꝓbet dãnũ vel amissionẽ. Quã in re non ocularis, nec prorsus necessaria probatio requiritur, sufficientque verosimiles coniecturæ versionis, vel amissionis, vt in terminis tradit Dec. cons. 36. nume. 8. versi. 3 probat que glo. in authen. hoc ius. in fi. C. de sacrosf. eccles. colligitur ex relatis ab Alexan. consi. 189. nume. 13. libr. sexto & à Rip. in l. si ventri, §. eorum, nume. vndecimo ff. de priuile. credi.

V 2 Diuersum

67 Diuersum reperitur statutum in eo, qui rem minoris absq; decreto emerit: is enim, minore rem vendicante, non auditur ad precium, nisi probet illud uersum in utilitatem minoris iuxta textum in lege prædiorum, C. de præd. minor. cum alijs de quibus in sequen. cap. ubi etiam agemus de specie simili minoris mutuũ accipientis, quem iura per restitutionis auxiliũ liberant: nisi creditor ostendat pecuniam uersam in utilitatem minoris, l. 1. C. si aduers. credit. quam latius explicabimus in sequen. cap. Inde uero iam constat alius casus, in quo non satis est agenti probare rem uel precium ad cõuentum peruenisse, idque expeditius est, quando pupillo absque tutore mutuo datur. Tunc enim omnino cessat obligatio, nec est necessaria restitutio, ut inquit Moli. de usu. n. 281. ita intelligens tex. in §. fin. Inst. quib. alie. lic. debuitque in id citare tex. expressum in l. in causæ, 17. uersi. 1. ff. de minor. In quibus iuribus multa sunt, quæ suadent, ut necessario probetur, effectum peruentionis durare, seu conuentum locupletiorem factum. Id enim suadet culpa contrahentis cum minore sine authoritate tutoris uel curatoris, vel sine autoritate iudicis, ubi necessaria ẽ iux. reg. l. queãdmodum, in fi. C. de agric. & cẽsi. Id etiã suadet qualitas personæ ipsius minoris, in quo cessat præsumptio d. l. cum de indebito, magisque militat alia cõtraria præsumptio iuxta l. 1. ff. de minor. & l. fi. §. filijs autem, C. de bon. quæ lib. et ita ex diuersitate rationis, diuersum ius in his particularibus reperitur.

68 Sic ubi quis mutuat officialibus Reipub. contra eos, non contra eam audietur, nisi probet pecuniam in eius utilitatem uersam, tex & glo. in l. ciuitatis, ff. si cert. pet. ex quo DD communiter limitant l. fin. ff. de exercit. ubi contrarium habetur, quando mutuatur procuratori uel gestori alicuius priuati. Tunc enim sufficit probare, rem uel precium peruenisse, licet non probetur commodum durare, uel in utilitatem domini uersũ fuisse. Quæ differẽtia inter priuatũ & Rẽpub. recepta est secundũ Alex. in d. l. ciuitas, nu. 11. Ias. n. 18. & Ioã. plate. in l. 1. in prin. C. de uẽdẽ. reb. ciui. In quo magis etiã ecclesiæ fauẽdũ tradũt scrib. in d. auth. hoc ius, ubi Pau. notat ad fi. & DD. in c. 1. de depos. Ego autem diligenter inspectis DD. scriptis, & ratione magis pensata arbitror, scribentes non satis expendisse priuilegium illud ecclesiæ uel Reipub. nec solidam esse differentiam, quam tradunt inter gestorem priuati, & officialem Reipubli. uel ecclesiæ, Si enim termini æquiparentur,

parentur,idem ius apparebit: quod enim dicitur in mutuo dato officiali Reipub.procedit in eo, qui ab eadem Repub.non habet solus specialem, vel integram potestatem obligandi ipsam Remp.ex tali actu,prout habet solus procurator vel gestor ab eo approbatus,iuxta d.l.fin. ff.de exercit. quod si Respub.talem haberet officialem, idem iuris in ea esset,cùm nihil tunc possit imputari mutuanti,vt colligitur ex Bar.in d.l. ciuitas,nu.5.& nu.8.& ex Paul.ibi,nu.6.Alex. ibidem in fin.Dec. nu.4.Rip. in l.si is qui bona,nume.8.ff. de pignor.Paul. in l.vir vxori,in fin.ff.ad Velleian.

69 Idem retinendum videtur in contrahente solenniter cum officiali ecclesię,qui ab ea potestatem habeat,vt solus contrahat, vtque cum eo tantum tractari negocium debeat. Tunc enim in necessarijs & consuetis sufficere debet mercatori vel mutuanti probare se dedisse rem vel precium:nec æquum esset in ijs requirere exactam probationem, quod res vel precium cesserit in vtilitatem ecclesiæ: quod colligi potest ex Paul.Ias. & Dec.in d.l.ciuitas,licet contradicere videatur Alci. ibi,nu. 10. male arguens a deposito ad mutuũ vel cõmodatum vel simile conuentum. Hæc enim de se afferre poterant vtilitatem ecclesiæ,non depositum,quod deponentis utilitatem tantum respicit. Denique ubi contrahens cum ecclesia omnia solẽnia obseruauit,nec lucrum aliquod prætendit,sed precium rei suæ,uel mutuum a se datum,non est cur deceptus manere debeat ex culpa alterius,contra tex.in c.per tuas, & ibi glo.uer. fraudem,de donat.Quæ enim in contrarium citari possunt de restitutione ecclesiæ ob læsionem,procedunt, ubi contrahens cum ea lucrum prætendebat,non iustum precium rei a se datę procedunt etiam, cum aliqua culpa potest imputari contrahenti,& cum læsionis causa fuit in initio contractus: nec iura tunc negant contrahenti,ut suum consequatur, ut in l.unica, C.de reputati. Nõ enim ad iniquũ cõpendiũ trahi debet priuilegium ecclesię uel minoris, ut probat tex.& ibi nota.glo.in l. penul.§.fin ff.de reb.cor.tex.in l.fina.C. de usuca.pro empto.

70 Comprobatur hoc magis extra causam mutui, si quis rem ecclesiæ solenniter emerit,preciumque officiali deputato soluerit:non enim eum oportet probare,pecuniam uersam in ecclesiæ utilitatem,ut magis cõmuniter resoluunt scribe.in c.1. de depos.ubi Imol.id latissime tractat,idéq; probat Soc.cons. 15.colum.quinta & 6.& nu.26.libr.1.tradit Ripa in l.si is qui

bona, nu.9.ff.de pignor.colligitur ex Bar.& Plat.in d.l.1.C.de uend.reb.ciui.notat idem Plat.in l.unica, C.de solut.& libera. Idemque in terminis receptum asserit Dec.consi.36. nu.8. & ita agnosces (quod dixi) æquatis terminis, nullaque culpa interueniente ex parte contrahentis cum ecclesia, non esse eum priuandum a re sua, nec aliam probationem ab eo requirendã. Ex quo uerius etiam & æquius arbitror contra quamplures, q si ecclesia distrahat rem suam ob necessitatem, vel ut aliam emat, securum esse emptorem, qui in contractu omnia solennia obseruari curauit: nec ab eo requirendum fore, ut sollicitus sit in pecunia uertenda in utilitatem ecclesiæ, uel in id, propter quod facta est distractio: licet tanquam receptius contrarium tradat Pau.in d.Auten, hoc ius, ad finem, & Alex.consi.4.in fi. lib.3. plures in d.c.i.de depos.contra quos est æquitas & ratio iuris: contra eos stat etiam præcedens recepta sententia: in qua non est diuersitatis ratio. facit l.7.in fi.princip.& l.quòd si minor. §. restitutio. ff. de minor: & ita colligitur ex Soci. & Dec.in dictis consi. ex Ripa.in d. loco: idque verius esse & in praxi seruari, notat Molin.ad Alex.d.consi.4.in fi.lib.3.

71 Apparet igitur quod diximus in ea quæstione, descendẽdũ esse ad particularia, & in singulis considerandam esse suam rationem: generaliter enim eam rem diffinire, periculosum esse, quod in varijs articulis in iure nostro deprehenditur, vt prudenter dixit I.C.in l. omnis diffinitio, ff. de reg. iur. Ex supradictis autem posset colligi regula, vt quando agitur de maioribus vel non priuilegiatis, sufficiat probare, rem ad eos semel peruenisse, & ita procedat Ang.in d.l.vtrum, ff.de peti. hæred. Ex diuerso autem diuersa regula constituatur, quando negocium tractatur cum minore, vel ecclesia, nec iuris solennia omnino seruata fuerunt: & ita procedunt multa in contrarium adducta. In quibus etiam diuersitas rationis, & personarum, diuersam præsumptionem diuersumque ius postulat vt constat ex sup. deductis. Quibus eleganter addendum est quod traditur in l.3.§.pe.versi.curiosus, ff. de in rem verso, vbi in ea actione non tenetur dominus, vel pater, nisi creditor probet rem versam fuisse in eorum vtilitatem: quod prima facie sup.dictis obstare videtur, & quod dictum erat de priuilegio minoris, vel ecclesiæ, ad non priuilegiatos extendere. Sed facilis responsio erit attẽta particulari ratione illius actionis: ibi enim non agitur de obligando patre, vel domino, ex re

data

data procuratori vel gestori eorum,nec agitur cum persona eorum mandatum habente:tunc enim non oporteret probare quod datum est,versum fuisse in eorum vtilitatem,vt bene ad uertunt Alberi.& Paul.ibi per d.l.fin.ff.de exercit.vnde colligunt aliqui quòd vbi ex re data vni prætenditur actio contra alium,necessario probari debeat rem uersam fuisse iu utilitatem illius:& its ex eod. tex.no.pau.in l.uir uxori,in fin. ff. ad Velleian.& Ange.in fi.c.ad maced.& hispanus Segura in l. quemadmodũ.ff.de acqui.pos.Sed hi magis traditionem suam explicare debuerãt,quando scilicet is,cui res datur,non habet mandatum atertio in quem actio prætenditur,nec erat officialis illum repræsentans,iuxta superius deducta.

72 Ad præcedentia non omitto unum,quod in eodem proposito non reperio,nisi à Soci.traditum in l.4.ff.de excep. vbi tentauit speciale videri in pecunia,vt in ea non procedat opinio Ang.in d.l.vtrum,ff.de peti.hæred.vt sic non præsumatur extare,licet probetur peruenisse,arguens ex eo quod dici solet pecuniam censeri ex ijs quę seruari non possunt,glo.& DD. in l.1.§.quæsitum,ff.ad Trebel.quod dicterium leue est multo que aliter id explicari,debet,vt scripsi in commentarijs l.1.in 2.par.ex nu.43.c.de bon.mater.aptius vero argui posset ex qualitate & natura pecuniæ q̃ ad vsum quotidianũ inuenta est semper que distractioni parata censetur, l. vxorem, 39.vel x 41.§.legauerat, in fine, ff. de leg. 3.Bald.in l.fin.ad fin.C. de cõpens.Sed traditio Soci.reijcienda est,nec in pecunia censeri debet ius singulare,si ad fructus spectes,de quibus idem Soci. agebat secundũ glo.& Ang.quos citabat:nam & in fructibus præsumptio iuris est quòd breui consumentur,glo.& DD. in l.vnica,C si aduers.vsucap.idque docet experientia:nec in proposito requiritur,vt eadem pecunia vel ijdem fructus in specie durent.sed an vtiliter consumpti fuerint d.l.sed etsi lege, §.quod autem,ff.de peti.hæred.nec minus versum dicitur, licet idem non extet,quando ob id releuatus fuit dominus à diminutione aliorum bonorum l.2.& l.10.§.versum,ff.de in rẽ ver. Vnde contra Soci.resoluo non esse differentiam inter pecuniam & fructus quoad præsumptionem,de qua agimus.

x Probat et id eleganter ac uerè i hũc modũ concinens Horat. nescis qd ualeat nũmus, quem pbeat usum: panis ematur, olus, uini sextarius adde queis humana sibi doleat natura negatis.

73 Ex quibus inferri potest ad qõnem hispani Segur. in d. l. quẽadmodũ,ff.de acq.pos.quando aliquis damnatur ex crĩe ex quo bona ipso iure à tẽpore criminis cõfiscãtur. Receptissimum enim est, fiscum statim factum dominum reuocare

posse alienata post crimen,& vẽdicare à quocũque possessore. ex Bar.& nouioribus in l.post contractum,ff.de donatio.Dec. consi.235.Tiraq. in l.si unquam verbo,reuertatur,nu.167. in quibus terminis inique(ni fallor)tradit Segura,posse fiscum rem alienatam vendicare,nec teneri ad restituendum precium emptori nisi ipse probet illud versum in augumentum bonorum damnati:arguens ex ijs in quibus receptum est non sufficere probationem,quòd res semel peruenerit.Sed eius argumenta in id parum efficacia sunt,magisque videtur probandũ contrarium,vbi emptori non posit culpa vel mala fides imputari. quod suadetur ex præsumptione d.l.cum indebito, ff. de probati. nec bonæ fidei possessor arctandus est ad strictam probationem versionis in vtilitatem,satisque esse debet probare se soluisse, secundum supra tradita. Quod intelligerem etiam si fiscus probare posset,delinquentem male expendisse precium acceptum.Id enim non culpat emptorem bonæ fidei cui secundum iuris præcepta magis succurrendum est tractanti de damno vitando,quàm fisco agenti de lucro,l.non debet 41. versic. in re obscura, ff. de reg.iur.& ita in dubio suadent iuris regulæ,l.ea quæ in partes, versi. 1. ff. eodem. Idque maxime in pœnalibus l.factum 198.versi.fin.ff.codẽ:suadetur hæc opinio ex reg.l.nõ puto,ff.de iur.fis.Ex cõtraria autẽ opi. sequi frequẽter posset,vt plures bona fide emẽtes re & precio fraudarẽtur, maxime cũ scriben.in c.cũ secũdũ leges de hæret.tradãt,restituẽdũ fore preciũ emptori,quãdo versũ fuit in vtilitatẽ criminosi.In dubio autem secundum supra tradita, magisque in fauorem tertij bonæ fidei emptoris præsumendũ est precium non male consumptum.nec debet tertius astringi ad impossibilem probationem,de qua curiosus esse nõ debuit cum emerit ab eo qui dominus ab omnibus putabatur; & quiete posidebat,& administrabat: quicquid contradicat Segura vbi supra.Licet etiam contrarium colligi videatur ex Pico.in l. post contractum,nu.69.& 70.ff.de dona.

Qui cum iudicio animaduerterint ea,quę spectabant ad q. fructuum in hac materia,agnoscent non potuisse omitti aliquid ex superius tractatis:maxime ab eo qui hunc articulum ampliori dote quam vllum aliũ huius l.ornare decreuit.Quod autem resoluimus,vt vẽditor ex remedio huius l.non repetat fructus,non solum recepisse videtur praxis Hispaniæ, sed & Galliæ,quæ obseruat,vt titulus excuset à fructibus perceptis,

etiam

etiam si rescindatur ex enormissima læsione vt tradit Chassan.in consue.Burg.rub.7.§.12.nu.37.ad finem, char.27 .sed iam satis superque.

SECVNDA PARS L. SECVNDAE

C. de rescin. vend.

CAPVT PRIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Agitur de q.gl.quando contrahentes iurant se aduersus contractum non venturos,& primo de maioribus.*

2 *In ea q.expenditur traditio glo.& explicatur l.fi.C.de nõ num. pecu.& nume.3.*

4 *Tractatur an uigor iuramenti in ea q. sit etiam de iure ciuili,*

5 *Improbatur in eodem articulo opin.Bal a multis recepta.*

6 *Examinatur limitatio quam DD.tradunt de rustico vel muliere iurante.*

7 *Tractatur alia limitatio de læsione enormissima,& an tunc necessaria sit relaxatio à iuramento,& nu.8.*

9 *Tractatur eadem q.in minore iurante, & an necessaria sit certio ratio,& nume.10.*

11 *Agitur notabiliter de leg.Castellæ,& Lusitaniæ de non interponendo iuramento in contractibus,usque ad nu.13.*

14 *In eodem articulo confutatur traditio quædam Math. Afflic.*

15 *Traditur ratio differentiæ inter restitutionem, & remedium huius leg.& explicatur glos. leg.postquam liti, C. de pact. & nume.16.*

17 *Infertur ex glo.& DD.hic contra Roma.& plures in alio articulo & agitur de intellectu leg.3 ff.rem rat.hab.& nu.18.*

19 *Probatur contra Bar.& plures uerius & receptius esse non cessare restitutionem minoris, etiam si concurrat remedium huius leg.*

20 *Agitur plene & eleganter de minore læso in uendendo, cum nõ expediret uel pro uiliori precio: & explicatur glo.in l.si quidem C.de præd.mino.probanturque aliqua scitu dignissima cõtra receptiores traditiones, & declaratur l.5.C. quod met. cau.& l.si res,§.1.ff.de iur.dot.usque ad nu.23.*

24 *Proponitur grandis difficultas ex iuribus, & DD. varie loquēti bus, an & quando minor læsus in vendendo restituere debeat precium emptori, & cui incumbat onus probandi precium bene versum, vel male consumptum: in quo explicantur multa iura vsq; ad nume. 29.*

30 *Agitur plene & notabiliter de intellectu l. 1. C. si aduer. credi. & probatur contra glo. & receptiorem traditionem procedere eam l. & titulum in quocunque creditore, non solum inmutuante sub vsuris, vsque ad nu. 35.*

36 *Concluditur hoc cap. cum quæstione a DD. hic omissa, a paucis alibi tradita, an remedium huius l. cesset stante geminato consensu.*

TERTIA PARS L. SECVNDAE C. de rescin. vend.

CAPVT PRIMVM.



QVA Erit gloss. quid dicendum, vbi contrahentes iurant, quod nullo modo venient aduersus cōtractum, respondet distinguendo inter maiores & minores. In maioribus inquit, ex iuramento cessare remedium huius l. ne iuramentum maneat sine effectu; quæ opinio recepta est, etiam sine certioratione ex Bar. hic, nu. 9. Bal. in q. minoris, n. 12. Sal. q. 10. Aber. col. 2. n. 9. Pau. nu. 10. ver. septimo, & nu. 15. eamque dicit communem Panhal. Crem. nu. 175. Et ita Cagnol. q. 8. nu. 91. vbi plures refert, & ita glos. Panor. in c. cum causa, de emp. & vend. vbi Anton. Burg. num. 47. eam dicit communem, & Cagnol. in l. si quis maior, nu. 36. C. de transac. Aimo conf. 188. nu. 3. Bauer. de vigore iuram. n. 12. Alex. conf. 133. lib. 5. Alex. conf. 125. nume. 9. lib. 1. Couarru. in c. quamuis, 3. par. §. 4. nu. 4. Contra glos. & communem opin. tenuerunt non pauci ex antiquioribus, vt colligitur ex Alber. imo quod iuramentum simplex de non contraueniendo non tollat remedium huius l. & ita contra communem plene tradit Burg. in d. c. cum causa, ita etiam Mol. n. ad Alex. conf. 133. nu. 11. lib. 5. dicens in Francia non seruari communem opin. Nec desunt colorata fundamenta pro ea opin. vt illud, quod non uidetur

videtur tunc cogitatum de tanta læsione: iuramentum autem non extenditur ad incogitata, l. fi. C. de non num. pecu. Aliud etiam, quod iuramentum videtur tunc eodem errore procedere, quo ipsa principalis conuentio: & sic non videtur magis excludere debere, argu. l. doli, § 9. versi. idem, ff. de nouatio. ibi, *rursus circumuenitur*: vrgere etiam videretur arg. a renunciatione generali, quæ non tollit remedium huius l. vt supra in 1. par. iuncto. tex. notab. in l. fi. §. item quæsitú, ff. de cōdic. indeb. Ego aduerto, quod hic proponit q. in renūciatione per verba
2 vniuersalia, *nullo modo*, in quibus terminis cessant plura, quæ obijciebant aniquiores. Plus .n. est dicere, quod nullo modo impugnabat, quam simpliciter, vt plures agnoscunt, & colligitur ex doctrina Bar. in l. generali, §. vxori, ff. de vsufr. leg. Aduerto etiam faciliorem reddi eam communem opinionem, retenta alia quæ habet posse renunciari remedio huius l. per verba clara: nam iuramentum non tam leuiter adhiberi debet, vt saltim in genere non videatur cogitatū de remedio huius l. qđ sufficit, argu. tex. in l. qui iure, ff. de mili. testa. & ita ex mente Bar. respondetur ad argumenta, quæ contra communem opi. adducuntur, vt p Ias. in d. l. fi. §. item quæsitū, ff. de cōdi. indebi.
3 Hoc modo cessat obiectio d. l. fi. C. de non num. pecu. maxime attento vero intellectu, reiecta vulgari allegatione eiusdē l. quod ibi non fuit iuramentum assertiuum receptionis, sed promissionis de soluendo, vt colligitur ex glos. & DD. ibi & Alex. in l. Seius, nu. 13. ff. ad l. falci. Iacobin. a sancto Geor. in l. fi. nu. 15. c. in qui. cau. integ. resti. non est nece. Campeg. de dote. 1. par. q. 54. hispa. Xuar. in l. post rem iudicatam. fo. 143. Sæpe autem contra veriorem & receptiorem intellectum d. l. errari solet: plurimique magni nominis eam l. citant, quasi ibi cō fessio recepti fuerit iuramento firmata: in quo errore fuisse videtur Pan. in c. cum contingat, nu. 14. de iureiur. & Ias. in l. qui pecuniam, col. 1. ff. si cer. pet. & magis Felin. in c. si cautio. nu. 50. de fidei instru. & Rebufus in 1. tom. ad constit. Galli. pag.
a 210. quod latius olim auditoribus tradidi. Id etiam de expendenda cogitatione iurantium bene tractant Dec. & Ias. in l. si conuenerit, ff. de iurisd. om. iud. Anton. Burg. in rub. de emp. & venditio. colum. 2.

a Et ita & intellexisse videtur Cou. Eam l. sing. dicens de spon. 2. par. c. 3. §. 5 nu. 3.

4 In eadem q. inter doctos magis insisti posset circa vnum. qđ non solet aduerti, an ea vis iuramēti in proposito & in alijs sit de iure ciuili, an de iure pontificio tantum. Pau. enim Castr. hic

nume.

probatam,nec minus reijciendam esse quam Dec.addidit:mirorque eos omnes non perpendere eas traditiones non posse stare ad limitandum communem opin.sed prorsus ei aduersari nec locum eidem relinquere.Glo.enim Bar.& DD.communiter hic & in d.c.cum causa,& alibi sæpe excludũt venditorem & emptorem iurantes:ex Bal.autem & Dec.admitteretur vterque non obstante iuramento,per illam obliquam viam,contra reg.tex.& Bar.in l.Seius,& Augerius,ff.ad l.falci. quod cum iudicio contra Bal.& Dec.aliter probat Couarru.à.Leiua in d. c.quamuis,3.par.§.4.nu 8.char.127.col.4.& sequen.Qui igitur communem opinionem sequuti fuerint,nõ dubitent traditionem Bal.eam non limitare, sed omnino tollere: quòd si imaginariam limitationem Bal.vel Dec.sequantur certo sciãt se à communi opin.discesiisse.

6 Limitatur à Bar.& alijs ea communis opinio,nisi iuramentum dolo vel metu extortum fuerit, ex verbis Auten. sacramenta puberum,C.si aduer.vend.quod longam tractationem exposcere videbatur,cum glo.celebri in Authen.quod eis ,C. de nup.dum tradit ea,quæ iuramentum comitari debeant quã ornat Bal.in l.si ad excludendam,C.de reb.cred. commendat Ang.in §.æquæ si debitor,col.4.Insti.de excep.tradit Ias.in §. item si quis postulante,ex nu.68.& ibi Ludoui.Gome.col. fi. Institu.de actio. Limitatur secundo ea commmunis conclusio,ne procedat in rustico & muliere,vt tradit Cagn. hic, nu. 99 dicens quòd tunc non ligabit eos iuramentum,vel ad maiorem securitate relaxabitur,citat Alex.& Dec.consulentes in simili circa tales personas iurantes:adde Ias.consi.133. lib. 4. soci.nepo.consi.144.lib.1.adducitque tex.notab.in l. cum de indebito,ff.de proba.quem non semel adduxi in præceden.partibus,arguit etiam à præsumpta ignorantia talium personarum:quod posset multis confirmari,quorum aliqua breuiter retuli supra 4.cap.1.par.nu.29.sed magis in terminis id colligi videretur ex Bal.hic,nu.7.& nu.12.dum inquit, rusticum & mulierem non excludi à remedio huius l. licet expresim ei renunciauerint facit quod cum Aret.notat Ias.in l.si quis cũ aliter,col.fi.nu.23.ff.de verb.oblig ad idem in iuramẽto alios citat Cagnol.in d.l.si quis maior,nu.39.Et ita in terminis notauit Imol.in c.cum contingat,quem sequitur capi.decis.159. nu.22.& Corn.consi.72.nu.7.lib.3.in id etiam conducit glo. c.cum causa,de emp.& vend.Ego vellem, vt hæc limitatio à

nemine

nemine improbaretur,habet enim æquitatem,occurritque frau dibus,quæ facile fieri possunt in eas ignaras personas: sed vereor ne stricto iure corruat ea limitatio ex vi iurisiurandi: cum talis limitatio scripta non reperiatur, & iura ipsum minorem à suo auxilio ætatis excludant,nec rusticus & mulier in hoc articulo æquantur minoribus, quos specialiter excipit glo. nostra in sequen.membro,item Bal.d.nu.12.non repetit in iuramento æquiparationem quam circa renunciationem tradiderat nu.7.Tandem contra eam limitationem vrget d.l.1.C.si ad uer.vend.vbi læsus erat minor & miles,excluditur tamē vigore iuramenti:miles autem æquiparatur rustico & mulieri quoad iuris ignorantiam,d.l.cum de indebito.

7 Limitant tertio plurimi eandem communem opinionē, ne procedat,quando iurans manet læsus multo plus vltra dimidiā: quam læsionem solent DD appellare enormissimā, quæ autem parum excedit dimidiam partem iusti precij,simpliciter appellant enormem:ita specifice Cag.hic,n.100.in fine,& generice idem,nu.88.& in d.l.si quis maior,nu.36.& late Ias.consi.133. lib 4.& Cur.Iun. consi.141.nu.5.vbi dicunt communem, & Aimo consi.221.in fin. & in his terminis ad l.nostram tradit Capi.decis.159.quod in q.transactionis notant plures quos retuli supra in ea q.1.par.cap.4.nu.26.& ita in terminis in læsione enormissima iudicauit Rota ut tradit Chassador.d. decis. 1. de emp.& uendit.& granatense pretorium, ut tradit Couarru. lib.2.resolu.cap.4.nu.5. In simili & generaliter sunt innumera cōsilia DD.utriusque iuris mirè uariantium, an decisio d.Auten. sacramēta puberū,&d.c.cū cōtingat,& c.quāuis pactū,procedat,qn̄ non tm̄ enormis,sed enormissima læsio contingit? de quo latius & melius fortasse,quám alibi agit Couar.in d.c.quāuis pactum, tertia par.§. ul.vbi curiosè refert & resoluit.

Sed omissis alijs, in hoc specialiter videtur receptius ex proximè relatis, non obstare iuramentum venditori vel emptori enormissimè læso scilicet multò plùs supra dimidiam,in quo retineo quod dixi in eadem traditione DD.in q.transactionis, eam opinionem maxima æquitate foueri, sed ius scriptum repugnare videri: nullibi enim talis distinctio traditur,nec in vlla iuris parte maior læsio expressa fuit ad rescissionem, quàm in hac l.sic etiam res obscura tenebrosior redderetur,si spectādum esset an læsio excedat dimidiam:deinde an multum an parum supra dimidiam: dum autem scrib. in id adducunt tex.i

l.si

l.si superstite.C.de dol.uidenda sunt quæ ad eam l. explicandã tradidi supra d.c.4.1.par.in q.transactionis:& ibi dictis addendum est,quòd eam l.notat Soci.consi.10.nu.6.in fi. lib.3.

8 Nec mihi unquã placuit multorũ differentia inter enormẽ & enormissimã læsionẽ,quia iure non probatur,tũ quia ex hac l. satis pôt appellari enormissima,quæ dimidiã excedit,qđ ẽt sua detur ex l.domũ.ff.de cõt.emp. Vnde ad impetrandã relaxationẽ a iuramẽto,sat iusta cã uidetur cũ læsio est supra dimidiam, non ut directo & absque relaxatione quis audiatur: hac media ut tutiori uia retenta inter magnas DD. uarietates. Plures.n. distinguunt inter enormen & enormissimam, alii in enormissima,seu longe ultra dimidiam non requirunt relaxationem, in enormi seu q̃ parũ excedit dimidiam,requirũt:alii,q̃bus magis accedo,in omni læsione liberationẽ a uinculo iuramenti exigunt,q̃ uarietas colligitur ex relatis a Cag.hic,n.88.& 97.&n. 109.& seq.ab eod.in d.l.si q̃s maior.nu.36.Tho.decis.66.nu. 49.& 50.Late Afflic.decis.312.& latius Capit.decis. 159.late Pan.in c.cũ contingat.nu.21.& 23.Fel.in c.in p̃ntia.n.8.& ibi Dec.n.36.de proba.Alex.cons.125.li.1.Soc.consi.115.n.6.li. j.Dec.cons.180.& cons.203.n.6.& cons.379.col.fi.ubi addit Dec.magis cõem esse opi.ut ob enormiss.læsionẽ iurans audiatur absque relaxatione,qđ ẽt tradit Chass.cõs.ult.Io.de Amic. consi.73.n.42.Bolog.cons.44.& plures citati a Cag.hic.n.88 & 98.& Chass.in consue.Burg.rub.7.& 12.nu.37.char.273.latius Ias.plures referens & hanc cõem asserens cõs.133.n.8.li. 4.Sed tutius est,ut relaxatio petatur,nec aliter audiatur læsus, ut colligitur ex Pan.& in d.c.cũ cõtingat,& ex multis consiliis cornei male relati a Chass. ubi sup. colligitur ex Ias.d. cons.ex Iaco.in auth.sacramenta puberũ,ad fin.& plures relati a paris. cõs.45.n.52.li.j ubi hãc dicit cõem opi.& colligit ab eod.cõs. 99.n.10.eo.lib.Ipse tñ cũ p̃ceden.magis sentit cõs.75 col.2.li. 3.& absolutionẽ prius petendam tradit Silua.cõs.13.nec aliter extra Rot.sentit chassa.in d.decis.& ita longo usu obseruatum colligitur ex Affl.d. decis.nu.11.In terminis nostrę q.facilius audietur læsus non obstante iuramento,q̃a erat læsio de p̃nti ex tp̃e cõtractus:non ita in casu d.c.quãuis pactũ,qñ renunciatur hæreditas nõ delata,sed in futurũ deferenda,tunc.n.licet Dec. & plures sup.citati admittant filium uel filiam,nõ ita admittitur in prax.contrariumq; iudicari in senatu Paris.tradit Mol.ad Alex.cons.29.n.6.li.3.licet nõ omnino id p̃bet Coua.d.loco.

Secunda

9 secũda inspectio huius q. erat in minoribus.25.annis & tũc resoluit glo.ex tali promissione iurata,minores censendos iure maiorum,ad effectum,vt iuuari nequeant auxilio restitutionis, maneat tamen eis remedium huius l.& sic iuramentum in hoc proposito supplet ætatem,sed non tollit remedium maioribus competens,nisi expressim renunciatum fuerit auxilio ætatis & remedio læsionis:quæ resolutio recepta est ex Bar. nu. 10. Bal.n.12.Alb.n.9.postCin.6.q.Sal q.11.Pau.n.15.& ita Ful. n.6.& cõiter scribentes secundum Cremen.ex n.177. cagnol. ex nu.103.q.9.glo.& DD.in d.c.cum causa,& ibi Anto.Bur. nu.42.eandem dicit communem Pau.in auth.sacramenta puberum,nu.10.& ibi Iacobin.nu.43.& Ias.nu.55.& Aim. alios referens consi.188.nume.3.Couarru.in d.c.quamuis.3.par.§. vlt,nu.6.Alex.consi.89.nu.11.li.2.Panor.consi.31.lib.2. Hiero.consi.feu.127.nu.7.& nu.15.Socin.consi.38.in fin.lib.4. Andr.Alcia.in l.1.§.si quis ita,nu.50.ff.de verbo.oblig.Et cum hæc sit communis opinio in minore iurante, iam cauebis à Math.Afflic.lib.3.feud. de pac.iur.fir.§.in glo.4.nu.3.fo.125 Et sic in minore fit distinctio,vt vides,secundum glo. & DD. vtriusque iuris, vt ex renunciatione restitutionis & læsionis omni remedio excludatur minor.idque ex Barto.& alijs cõiter intelligitur,non solum quando expressim renunciat minor auxilio ætatis,& læsionis,sed etiam quando promittit,quòd nõ contraueniet auxilio ætatis,nec ex alia causa:& ita Bar.hic, n. 11.dicitque receptum.Dec.consi.403.col.6.Aimo alios referens d.consi.188.nu.3.& Boer.consi.30.nu.11. Panor. in c. cum cõtingat.nu.23.de iure iur.& ita intelligenda est l. parti. ti.5 part.5.l.56.in fin.ubi nouissime Grego.lup.refert & sequitur quod sup.ex multis traditum est in læsione enormissima Aduertendumque est,quòd d.l parti. in minore renunciante cum iuramento tantum loquitur vbi renunciatio simplex est, ideoque,inquit, minorem tunc nõ excludi à remedio huius l. nec plus habet.quicquid eam aliter referat Couarru.vbi supra.

10 Est autem nimis controuersum apud scribẽ.an minor iurãs excludatur à remedio restitutionis,vbi de eo certioratus non fuit.Dinus enim consi.5.per plures nec leues rationes verius & æquius probare conatur,minorem audiendum, nec ab auxilio ætatis remouendum,nisi constet de eo certioratum fuisse,quam opinionem defendit cin.hic.6. q.probauitque Ioa.andr.quem refert Bal.hic,nu.11 & Alber.in d.auth.sacramenta puberum,

eamque

eamque probauit Cape. Tholos. q. 49. Eandem opinionē probarunt Salic. Butr. & non pauci quos refert Alex. & latius Iaſ. nu. 33. in l. ſciendum, ff. de uer. obli. audacter Molin. in 2. conſilijs Alex. ſtatim citandis. Sed contra Dinum conſtanter tenet Bar. hic & alibi ſæpe. late Alex. conſi. 27. nu. 3. lib. 1. idem cõſi. 112. nu. 2. cum ſeq. lib. 2. Boer. d. conſi. 30. nu. 11. concludentes cum Bar. non requiri talem certiorationem, & hanc dicit communem Pau. in d. auth. ſacramenta puberum, nu. 10. & ibi Ial. nu. 56. & Fabia. de emp. & vend. q. 8. nu. 6. Segura. in l. filiusfa. ff. de uerb. obli. cagno. hic, nu. 107. & ita practicari aſſerit Aufre. in d. q. capel. & Soci. conſi. 38. in fin. lib. 4. & quam plures genericè relati à Tiraq. in prin. l. ſi unquam, num. 130. Sed cum Din. quamplures etiam refert Tiraq. in eod. loco, nu. 146. adeo ut uix conſtet in tanta varietate, quæ ſit receptior opinio. Ego autem non dubito, ſtante l. 1. & auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſus vendiri. maximèque ex deciſione iuris pontificii circa obſeruandum iuramentum, non poſſe recedi ab opinione Bar. Iura enim apertè eam uim tribuunt ſoli iuramento, nulla ſpectata certioratione minoris, cuius ignorantiam & imbecilitatem præſupponunt, plus tribuendo obſeruationi iuramenti, quàm fauori ætatis: nec eam reſtrictionem admittunt illa iura. Quæ obſeruanda fore à iudicibus, quādiu à ſummis pontificibus & monarchis non mutantur, neceſſitatis eſt, iuxta l. 1. C. de legib. l. proſpexit, ff. qui & à quibus. An autem e republica ſint ea iura, quæ ex iuramento excludunt minores & mulieres, filioſque & filias familias, aliaſque perſonas fraudi obnoxias, perpēdant ſacrati ac ſeculares principes, noſtræ. n. tenuitatis non eſt, in ipſorum cõſtitõnes inuehi, quod in ea materia audacter fecit Cin. ad d. Authen. & pra. pap. in forma libel. pro dote grauiter ēt Conna. li. 5. c. 5. ad fi.

11 Apud Hiſpanos autem lege regia Ordin. lib. 3. titul. 1. l. 6. & apud Luſitanos Ordinatione lib. quarto titulo tertio conſtitutum eſt, ne in regno ullus fiat contractus in quo iuramentū interponatur quod ſi fiat, nullius ſit momenti, tabellio quę ſcribēs iuramētū officio priuet, quas ll. aliaſue irritātes cōtractū iuratū, ſūt qui putent nō valere ex traditis per Iaſ. in d. authen. ſacramenta, ad finem, & Alex. conſ. 125. lib. 1. Afflic. lib. 3 con. Neapol. rub. 5. n. 38. Cur. ſen. conſ. 43 Ruin. conſ. 194. li 1 & Chaſ. conſ. Burg. rub. 4. §. 7. fo. 165. col. i. Vital. i trac. clauſ. pag. 760. & 780. cum ſequen. dubitat Fortun. de vltimo fine.

iur.nu.267.Qua in re scriben.vbique adducere solent tex.& gl. in l.adigere,§.fi.ff.de iure patro.tex.& glo.in l.fin.ff. qui satisd. cog.vbi iura ipsa ciuilia tollunt iuramentum:& glo. colligit,eã legem habere vim apostolici, & ita eam glos.d.§.fi. extollit & explicat Ang.Aret.in §.eque, col.3. & sequen. Insti.de mand. Ias.in .d.Auten.sacramenta,nu.81.Ias.in d.l.fi.nu.23. late Aufrerius in Cle.1.de offi.ordi.reg.4.num.7.fol.48.ego aduerto fragile nec satis aptum esse argu. glo.& DD. ex illis iuribus & similibus:ipsi enim probare nitũtur an leges & consuetudines principum secularium possint tollere vim iuramenti seu illud prohibere. ratio autem dubitandi & negandi eam potestatem, est,ex qualitate rei quæ ad ius canonicũ,& pontificiam potestatem spectat:quæ consideratio non vigeat apud cõditores earum legum tam iureconsultorum quàm principum sub quibus illi floruerunt.Omnes enim Ethnici erant,& vtrunque gladium sibi vendicabant. Imo & nouiores Cęsares catholicam fidem agnoscentes , nimium circa religionem & ecclesiastica suas constitutiones extendebant , vt liquet ex primis titulis.C. magisque ex C. Theodosiano , notat Alcia. in l.iubemus C.de sacros.ecclesi.temerarium autem esset in regno obijcere nullitatem in constitutiones Regias,cum a catholicis principibus promulgatæ sint:prohibitumque ne de earum validitate dubi-
12 tetur,facit l.sacrilegij,C.de diuer.rescrip.

Ad quas constitutiones vtriusque Hispaniæ, consuetudinem que Burgundiæ aliamque relatam a Chas. & Afflic. vbi supra, nouam declarationẽ scripsit Segura in l.1.§.si vxori,ff.de acq. pos.vt procedant in contractibus per se validis de iure, non in ijs qui absque iuramento non valerent,vel facile rescindi possent.eandem declarationem probat Anton. Gome. in lib.de
b contrac.char.106.col 4.sub c.de restit. min.& Couar.in d.c. quamuis pactũ,1.par.§.3.n.8.& in simili id notat Guiliel.in c. Rainutius,verbo,duas habens,n.247. ꝓ qua opin. nihil allegatur ꝙ vrgeat,nec ad eã iure ꝓbãdã facit pragmatica particularis Hispaniæ,quã adducit Ioã.Lup. in rep. c. per vestras §.vlti. n.30.sic ad idem posset colorate induci apud Lusitanos Ordinario libr.4.titu.44.§. fina. quam aliqui expendere solebant. Sed bene cõsiderata nõ probat,nec admittit iuramentũ in contractibus reprobatis:tantumque refert,qualiter iure canonico possent validari.ꝓ Segura et videretur posse induci tex. in l.si qs libertatẽ,ff.de manum.test.sed nec ea ꝓbat si rectè expẽdat.

b Vbi sic,iudicatum testatur. sequitur nouissime duennas reg. 335.nu. 20.in fin.

Contra

Contra uero magis urgent fundamenta prius in contrariũ adducta à Segura, præcipue quòd etiam in contractibus inualidis uiget eadem ratio dictæ prohibitionis, uel timor periurii, uel ne iurisdictio ob iuramentum deuoluatur ad forum ecclesiasticum, Alex. conf. 63. nu. 2. lib. 3. Imo uidetur quod leges & consuetudines tunc magis tendunt ad uitandos eos contractus qui iure improbantur & uigore iuramenti erant custodiendi. In quo principes illi prudenter subditis consuluere, quod proprium regum munus censetur l. optimam, C. de contrah. & commi. stip. c. Regum officium, 23. q. 5.

13 Ad easdem leges & quæstiones utilis articulus est (quem in praxi agitatum uidi) an mentio fidei uel bonæ fidei pro iuramento habeatur, ut irritet promissionem iuxta prædictas ll. Hispaniæ? Et pro parte affirmatiua urget tex. in c. ad aures, ꝙ met. ca. ibi, *iuramento uel fide interposita*, quem commendat Ias. in §. item si quis postulante, nu. 54. Insti. de actio. & ita colligunt Feli. nu. 7. & alii in c. querelam, de iureiur. & Math. Afflic. decis. 389. Sed melius tradit D. Couarru. in d. c. quãuis §. 2. 1. par. uersi. nono, ubi cum Caieta. egregie resoluit, in dubio præsumendum, quod quis promittit per fidem humanam, quã nobiles, uel qui se tales iactant, suam fidem astringere solent: quæ præsumptio iuuatur à consuetudine, iuncta l. semper in contractibus, 35. ff. de regul. iuris quod cessaret, ubi quis fidem Christiani exprimet: cessabit etiam, ubi non simpliciter fides, sed bona fides exprimeretur: qa tũc uerba magis referuntur ad ueram & catholicam fidem, quàm ad particularem ueritatem loquentis: tum quia in his terminis magis uiget d. Ordinatio, à qua facile recedendum non est.

14 Ex pdictis ad q. gl. circa renũciationẽ cũ iuramento liquet, difficilime posse tũc læso succurri, ex quo nõ uidetur sustineri posse ꝙ dixit Bal. quẽ refert & sequitur Afflic. decis. 80. n. 6. dicẽs posse iudices p capturã facere, ut partes qbus taliter iuratũ ẽ, iurm̃ remittãt: sed id iuri cõtrarium uidetr: nihil. n. magis repugnãs q̃ uiolẽtia in iudice, l. meminerint C. unde vi. Itẽ remissio p uim nõ poterat effectũ iuris sortiri l. 1. cũ sequ ff. quod met. cau. l. si per impresiionẽ, C. eo. Probatur hoc magis, qa nõ põt iudicibus licere contra iura clara uim iuramenti abrogare. c. cũ inferior, de maior. & obed. possetque iuste replicare is, cui iuratum extitit, ius sibi quæsitum ex iuris sanctionibus, ideoque non uideri dolo facere, cũ iure suo utitur scd'm iuris regulam.

15 ex glo. & recepta differentia inter iuramentum maioris & minoris patet, hoc casu in minore iurante facilius cessare remediū restitutionis seu auxilium ætatis, quàm remedium cōe ex hac l. quod cum aliis colligit Pau. cas. hic, nu. 15. rationem afferens ex illo vulgari, quod adduci solet ex l. eius militis, §. militia missus, ff. de mil. tes. facilius scilicet tollit remedium iuris specialis quàm communis: facit glo. notab. l. 2. §. 1. uerbo, consensus, ff. de iudic. quod multis ornat Galiau. in rep. l. centurio, ff. de vulgar. & pup. Sed in contrarium vrget glo. celebris & recepta in l. postquam liti, verbo, *nulla* C. de pact. vbi sublato omni remedio non tollitur restitutio: sequuntur & commendant DD. ibi & Ias. in l. eleganter, nu. 8. ff. de cond. inde. extollitque eam Balbus de præscrip. 2. par. 6. par. nu. 42. ornat Aymo cons. 201. nu. 35. non meminit Soci. cons. 1. lib. 2 nu. 30. uersi. & tenendo. Idem Soci. cons. 242. col. fi. lib. 2. nec meminit d. glo. hispanus Xuar. in l. post rem iudicatam, fol. 145. col. 1. & sequen. secundum priorem editionem, nec Tiraq. in eo lapsus, de retr. ligna. §. 35. glo. 4. num. 41. Est autem solida & notabilis resolutio ex mente Dec. in d. l. postquam liti, vt glo. ibi procedat ex defectu intentionis: lex enim generaliter loquens excludendo, non uidetur extendi ad minores uel similes, qui ex iusta causa excipi solent in iure, argu. gl. in l. si quādo, C. de silentia. alias si ad potestatem spectes, facilius tollitur ius singulare q̄ commune, d. §. militia, cum aliis q̄ contra d. glo. vrgere viderent, & cū DEC. tradit Gome. in reg. de nō tollen. iur. quæsi. q. 6. ꝙ in simili explicaui in Authen. nisi tricennale, ad fin. C. de bon. mat.

16 Sed in hoc proposito minoris promittentis cū iuramento ꝙ non veniet aduersus contractū, in ea ratione labi uidetur insignis Castr. Non. n. tollitur restitutio & auxilium ætatis, quia debilius remedium sit, vt Cast. putabat. Nam si bene perpendas, potentior est restitutio q̄ remediū huius l. cum in restitutione veniant fructus, non obstāte titulo & bona fide, in actione autem ex causa læsionis non repetantur fructus, & alia quæ plene deduximus in c. præceden. n. 11. Item restitutio ob minorē læsionē datur, & sic in renūciatione minoris cū iuramēto nō cēseatur renūciatū restōni vt debiliori, sed magis (ex mente Bal. n. 12. Sal. q. 21. post Bar. & Cin.) eo ꝙ cōtrahēs cū minore uerosimiliter nō aliūde timebit eū venire posse aduersus cōtractū, nisi ex auxilio ætatis, cui iura sępissime succurrūt. Idq; suadet

det reg.l.plenum,§.equitij,ff.de vsu & habi.l. ex militari, ff.de mil.test.& ideo in tali renunciatione iuridicum fuit intelligere,quod præcipue renunciari intendebatur remedio ætatis,cuius timor magis præsens erat: atque ita hoc casu retorquetur ratio gl.in d.l.postquam liti,cum resolutione Dec.quod etiam sentiunt Bal.Sali.hic, dum circa glo.adducunt text.in l.1.C.si maior fac.in 5.C.vbi maior confirmans alienationem rei suæ factam tempore minoris ætatis,censetur tantum remittere remedium,quod ex causa ętatis ei competebat: non remedium commune huius l.quod ibi expendunt Alb eric.& Salic.

17 Ex qua resolutione nostrę gl.& proxima explicatione, apte & insigniter infertur non posse sustineri quod tradit Roman. sing.551.vbi dicit,quod si quis promittat pœnam,si minor impugnauerit actum, & minor petat in integrum restitutionem aduersus eum actum,non tenebitur promissor: ad quod adducit tex. (quem extollit)in l.3.ff.rem rat. hab. Et ita cum Rom. tradit Galiaula in l.4.§. cato,n. 75.& Hormanot. Dec. ibi nu. 373.cum Roma.Tiraq.in l.si vnquam,in fi.pag.penul. vers.& hanc,arguens ex eo,quod rescisso principali contractu per restitutionem minoris, corruere etiam debeat promissio illa quasi accessoria,vbi alios adducit,maxime in simili consilium Ancha.quem refert & sequitur Soc. cons.215.lib.2. & chas.in consue.Burgun. rub 4.§.5. nu.52.char.143. Ego vero non dubito eos omnes perperam aduertisse ,eorumque traditionem iuri contrariam esse:magis enim dicendum est stipulantem seu contrahentem in ea specie sibi principaliter cauere voluisse aduersus restitutionem,quam magis timere verosimile erat attēta qualitate personæ minoris,de cuius facto securum se reddere intendebat.Quod satis probatur ex glo. nostra cum recepta resolutione proxime explicata:probatur ēt quia aliter maneret sēp talis ꝓmissio nullius fere momēti,cōtra iuris regulas.Probat magis retorquēdo argm̄ Tiraq.incaute arguentis quasi de principali ad accessoriū,cū in ꝓposito cōtrariū iure cōstitutū sit:nēpe intercedētē ꝓ minori nō liberari,licet ipse minor ꝑ restōnē actū rescindat,l.in cāę,14.ff.de min.l.1.C.de fideiuss.mi. Itē cū illa ꝓmissio a tertio fiat nō cēsēt accessoria, vt fere ī terminis tradit gl.recepta per tex.ibi in l.& si is, C.de prędi. min.

18 Nec obstat tex.(a Rom.& alijs male adductus) in dicta leg. 3.ff.rem rat.hab.ibi enim agens nomine minoris nihil promittebat circa conuentionem vel causam principalem, sed tantum

de rato cauebat: quæ cautio interponitur cum de mandato dubitatur, iuxta tradita in l. 1. C. de procur. idque tantum respicit ea cautio, vt cōuentus securus reddatur, ne is cuius nomine agitur, nullitatem postea obijciat ex defectu mandati. Quibus præsuppositis respondet I.C. in ea l. promittentem sub ea forma non teneri, si minor postea in integrum restituatur, eo quod tunc promissor præstat quod promisit. Non enim ex defectu mandati impugnatur id, quod ipse gessit nomine minoris, qui restitutionem impetrans potius asserere videtur cauentem de rato non falsum, sed verum procuratorem fuisse. Aliter enim restitutio necessaria non esset, ac proinde nihil succedit, ex quo promittens teneatur: quod plane colligitur ex gl. Bar. & Paul. ibi: colligitur etiam ex Bar. magisque ex Alberi. in l. minor, per tex. ibi, ff. de euict. & tradit eleganter Areti. cons. 100. nu. 1. licet alibi nonnulli male percipiant glo. d. l. 3. inter quos Anch. in c. mandato, nu. 4. de procur.

19 Ex gl. & DD. in ea q. minoris vendentis iurantis (si bene aduertas) satis colliges, minorem læsum in venditione duplex habere remedium, particulare restitutionis ex ætate, & commune ex hac l. si læsio sit vltra dimidiam. Si enim minor læsio sit, restitutio tantum seu auxilium solum ætatis competit. Ex quo infertur lapsum fuisse magnum Bar. in l. 1 C. si aduer. fis. vulgari fundamento putans, minori læso vltra dimidiam, non posse dari restitutionem, cum habeat hoc remedium commune, ex reg. l. in causæ, la. 2. ff. de minor. & cum Bar. Ang. in d. l. Cōtra Bar. vero est recepta opinio, imo quod minor vel ecclesia, licet vti possint remedio huius l. audiri tamen debeant per viam restitutionis, vt melius probat Bal. in d. l. 1. & ibi Iacobi. a San. Georgi. dicens ita communiter tenere modernos cum Bal. & ita cōtra Barto. bene aduertit Cagnol. hic, nume. 105. qui omnes male cum Bartol. citant glo. in d. l. 1. quæ magis videtur hoc sensisse. & ita secure Salic. in l. si quidem, C. de præd. minor. & Panor. (neminem pro, nec contra referens) in c. cum dilecti nume. 5. de emp. & vendi. secure Gozad. cons. 44. nu. 14 Et ita receptum est, remedium huius l. non tollere restitutionem, vt (his non relatis) tradit Couarru. lib. 1. resol. cap. 3. nu. 11. versi. tertio Ex quo liquebit male consuluisse Aymon cons. 151. nu. 6. & cons. 7. nu. 2. & nu. 12. dicens, quod præcise tunc agi debet ex remedio huius l. nō restitutionis: in quo etiam labitur Cor. cons. 72. nu. 7. vers. nam si excederet. Ad vulgare autem argumentum

mentum

mentum Bar.respondet Bal.& nemine relato Panor.vbi supra, quod hic plenius succurritur per restitutionem: ideoque tunc cessat argumentum ex d. regu.quod remedium commune tollit restitutionem,ex traditis ab eodem Bar. in l.in prouinciali, ff.de nou.oper.nunci.facit glo. in l.fina.C. si aduers. rem indi. Soci.cons.177.lib.1. eleganter.Panor.in c.ex parte, de rescr. probaturque euidenter hæc conclusio,quia hæc l.generaliter, & noue condita in fauorē læsi, nihil mutat circa personas, vel causas,quibus antea restitutio concedebatur:iuxta reg.l.præcipimus,C. de appella. quod etiam comprobatur ex traditis à Zas.lib.1.responsorum,cap.20.vbi ample ornat d.reg.l.in causæ,circa concursum horum remediorum.

20 Circa minorem læsum in vendēdo insignis est traditio gl in l.si quidem,C.de præd. min. vbi inquit distinguendum fore,an minor lædatur in vendendo,cum non expediret vendere, & tunc per restitutionem pręcise rem auocet,quod Bar.& omnes approbant,multa iura ita intelligentes. An vero lædatur in precio,& tunc inquit glos. electionem esse emptoris conuenti, vt suppleat iustum precium, vel rem restituat: quam distinctionem,pro maiori parte sequitur Bar.ibi, & in l. 1. C.si aduersus credit or.vno tantum excepto, quod vbi læsio minoris fuerit in uiliori precio Bar.inquit, quod restitutio erit ad precium,nec dat electionem emptori.Salic.autem in d.l.siquidem,omnino probat traditionem gl.asserens, ex æquitate negandum non esse emptori eam electionem, ne compellatur rē habere pro precio quo noluit: & ita cum glos.Bald. ibi.Idem uero quod Bar.ibi tradit idem Bar.in l.si res,§.primo per text. ibi,ff.de iur.dot.ubi Fulgos.in totum sequitur distinctionem d. glos.cum electione emptori danda:quia & tex.ibi in tali læsione precij electionem uiro tribuit, qui emptori comparatur.l. quoties,& l.plerunque,ff.de iur.dot.Nec Bar. aperte contradicit,licet de electione mentionem non faciat:ita etiam Iacobi. ibi dicens ita tenere canonis.in cap. constitutus, de in integ. resti.ubi Panor.expressim ad finem & ita Alex. in l.non interest,C.quod met.cau.& tanquam receptū cum glos. tradit Gozadi.cons.44.nu.12.& nu.14.& hispa.Xuar. alleg.21. col.fin. ubi tamen solum Bar.sequitur, non facta mentione electionis emptori dandę. Imo uidetur sentire pręcise tunc supplendum precium minori læso.Sed alij putant Bar.omnino cum glo. sentire,& ita Soci.dicens glo.magis communiter approbari cons.

57.nume.47.libr.4.quos non videtur percepisse Aymo consil. 7.n.2.Et secundum prædicta consuluit Cuma. cons.180.ad fi. & ita glos.l.patri,28.§.1. verbo, *oporteat*,ff.de minor. & inde Bar.& prædicti omnes colligunt modum libelli,adduntque nõ nulli corruere libellum,si aliter formetur: ita audacter & quasi receptũ tradit Aymo d.cons.7.col.1.ex ijs quæ de forma libelli in hac materia solent dicere DD.per c.cũ dilecti,de em.& ven.

21 Non defuere tamen ex antiquioribus,qui contra glo.tenuerint, asserentes quod minor læsus in precio per restitutionem rem præcise auocet, preciumque restituat, & ita Alber.ibi & Cinus post Richar.& cum Cin.ita tradit Paul.Castr.in l.non interest,num.4.C.quod met.cau. & in praxi ita iudicatum tradit Fulgo.in d.l.si res,§.1.ff.de iure dot.& ita præcise notat Bal.in l.1.C.si aduers.fis.Ego etiam magis puto quòd ita iudicabitur, omissa illa stricta differentia glo.& Bar. & hæc opinio videtur magis è mente iuris:nam iura agentia de minore restituendo ob læsionem in vendendo,indistincte loquuntur, semper significando,per restitutionem præcise rem auocari. Et ita contra gl.& Bar.pro Richar.& Cin.fortissime videtur ꝓbare tex.in l. ꝙ si minor,§.restitutio, & l.patri,§.itẽ ex diuerso,ff.de minor. Verba .n. eorũ iuriũ de læsione in vẽdẽdo,nõ minus exprimũt læsionẽ in ꝑcio,q̃ læsionẽ ob vẽditionẽ, cũ vẽdere nõ expediebat.Idẽ sẽtit tex.in l.tutor,49.§.1.& magis ꝓbat tex.not. in l. pe.ff.de min.vbi ex lęsiõe idistincte distractio ipsa reuocat̃.Idẽ fortissime & iudicio meo expssimi ꝓbat tex.in c.1. de in inte. rest.vbi sũmus Pontifex agit de alienatione rei ecclesiasticę, in qua inquit interuenisse læsionem ex modicitate ꝑcij: deinde respõdet,ꝙ ad exẽplũ minoris res distracta ꝑ restitutionẽ auocabit̃.Expressa igitur videtur decisio illius tex. q̃cq̃d inuoluat Pano.post gl.in d.c.constitutus, ad fin.eod.tit. Et in hũc sẽsũ accipi põt tex.in l.si fine,33.§.interposito,ff. de admi.tuto.Ibi enim agitur de min.restituẽdo ad rescindẽdã vẽditionẽ, & secure respondetur,rẽ ipsã restitui cognita fraude: q̃ verba non minus referũtur ad læsionẽ in ꝑcio, q̃ ad actũ vẽdẽdi, qñ non expediebat vendere:Denique oẽm casũ restitutionis indistincte exprimere vñr.ex q̃bus veriorẽ arbitror hãc opi. cõtra magis cõem,nec in praxi vidi,nec audiui obseruari distinctionẽ gl.

22 In hunc sensũ ẽt videt̃ accipiendus tex.in d.l.nõ interest,C. ꝙ met.cau.Gloss.enim & cõiter scribẽ. intelligũt in ea l.duas esse partes diuersũ ius continentes, in prima agi de compulso

per

per metum ad uendendum, cùm vendere nolebat, in ſecunda de compulſo vendere pro minori precio: in prima agnoſcunt omnes, remedium dari ad reſcindendam totam venditionem in ſecunda putant tanquam diuerſum ſtatui, non reſcindēdam fore diſtractionem, ſed ſupplendum iuſtum precium ſecundū Bar. Pau. Alex. & alios ibi, Ego verò ex iuribus de minore læſo agentibus proximè adductis, intelligo idem dicendū in alienatione per metum: vt ſic compulſus poſsit agere ad reſcindē dam prorſus venditionem, & res ſibi præciſè reſtitui debeat: quod ſuadetur iuridica ratione, ne metum paſſus inuitus uideat rem ſuam penes eum qui vim intulit. Suadetur etiā, quia non parum lucraretur vim inferens, tandem inuito venditore rem retineret, licèt iuſtum precium ei ſuppleret argu. l. ſi cui fundus, ff. de leg. 2. Item ex communi declaratione illius l. maxima fraudibus via aperiretur. Potēs .n. & facinoroſus ſpectaret tempus, quo aliquis uendere velit, in idque illum uerbis allicet, ut poſtea uim adhibeat, ſciens rem nō eſſe auocandā: ꝙ pernicioſum Reip. eſſet. Nec in his parū attēdi debet intereſſe voluntatis ad reſcindendum actum in pœnā doloſi, ſeu vim inferentis, quod videtur ſenſiſſe glo. in d. l. non intereſt, uerbo, *ab alio*, & uerbo, *maiore*, nec tex. ibi vllo modo contrarium ſentit: imò in fine magis hunc ſenſum probat, cum inquit, improbè factum in priſtinum ſtatum reponi debere, vt non tantum de precio ſupplendo, ſed de tota alienatione reuocanda ſentiat. Eſtque mihi veroſimilius, ꝙ in d. l. nō ſit differentia facti, nec iuris inter primam partem & ſecundā cōtra glo. & omnes ibi ſed potius, ꝙ ſecunda pars affertur in exemplum primæ.

23 Qua opinione retenta, non obſtat argu. Bar. & Salic. & Panor. & aliorū pro glo. arguentium ex regula reſtitutionis, vt reſarciat id, in quo fuit læſio: replicatur enim cum Richar. & Cino, quòd iura in propoſito magis iubent, ut totum negocium reponatur in priſtinum ſtatum, quæ repoſitio verius & proprius fieri dicet, cū omnino reſcinditur alienatio, & res minori vel metū paſſo reſtituit, & ita euidēter probat I.C. ī d. §. reſtitutio, l. ꝙ ſi minor. & l. penul. ff. de minor. & d. c. 1. de in integ. reſti. Nec obſtat tex. (quo mouetur glo. & Bar.) in d. l. ſi res, §. 1. ff. de iure dot. ibi nāque ſingulare ius eſt in cauſa dotis: nec id refugium dicatur. Eſt enim uerum & receptum, ut plenè deduxi in 1. cap. 1. par. & in 4. cap. d. par. nume. 3 ?. ad finē, quo prēſuppoſito aduerto, ꝙ eo caſu ius dedit electionē marito,

rito, an velit supplere precium, an restituere rem: quæ electio non datur conuento à minori petente restitutionem. imo præcise iubetur, vt alienatio rescindatur, omniaque in pristinum statum reponantur. Magis vero ipsa electio datur minori læso vt tradit Igneus in l. dudum, nu. 68. C. de contr. emp. In eo autē tex. datur electio viro, quia de rigore iuris, maxime eo tempore, ex læsione in precio nullum remedium dabatur, Et ita cessat argu. illius tex. quo decepti videntur tot insignes DD. cum gl. & consequenter idem tex. multo minus adduci debuit à Bar. Alex. & alijs ad d. l. non interest, C. quod met. cau. Non enim aduertunt, quòd in d. §. 1. l. si res, electio datur viro, quia non erat in eo culpa, nec de iure competebat eo casu vllum remedium: at in d. l. non interest, ingens erat culpa metum inferentis l. extat, ff. quod met. cau & in eum actio dabatur iure cōmuni & sic non erat vllo modo danda electio metum inferenti, cum id fauor sit, iuxta l. nostram & d. l. si res. §. 1. & l. 1. §. si quis in fraudem, ff. si quid in frau. patro. Nemo autem ambigit, non esse fauendum vim inferēti: quę omnia fortasse veriora, sunt nec alibi explicata.

24 In eadem materia minoris læsi in vendendo magna inest difficultas male hucusque explicata: iura enim varie loquuntur, DD. vero non sibi constant. Nam I. C. in l. patri, 28. §. item ex diuerso, ff. de minor. inquit, quod minor venditionem rescindēs per restitutionem rem cum fructibus auocat, preciumque restituat, quatenus locupletior ex pecunia factus, sit. Tex. etiā in l. vnica, C. de reputatio. inquit, minorem restitutū restituere teneri quicquid ad eum peruenerit: & ita videntur ea iura requirere, quòd emptor probet, precium versum fuisse in vtilitatem minoris, Tex. autem in l. quòd si minor, §. restitutio, ff. de min. regulariter obligare videtur minorē, vt precium emptori restituat, cum aduersus venditionem restituitur Tex. vero in l. si fine, 33. §. interposito, ff. de admin. tuto. inquit minorem cum curatore vēdidisse, posteaq; agnita fraude iñ integrum restitutū fuisse, & videt̄ releuare minorem à restitutione precij, nisi probetur illud versum in eius vtilitatem. Sic etiam accipi potest d. l. vnica c. de reputati. ibi, *in lucro* & ibi, *ad eum peruenit*, maxime iuncta reg. l. si pro patre. §. versum. ff. de in rem verso. Et ita dici posset, tex. in d. §. restitutio, intelligendum fore ex prædictis iuribus clarius loquentibus: quam cōclusionem secure colligit Cuma. in d. §. interposito, notans ex litera, quod emptor probare

re debeat precium versum in vtilitatẽ minoris, quando minor aduersus venditionem restituitur: nihil tamen pro, nec contra affert Cuma. qui meminisse potuit, contrarium receptum videri ex glo. Bar. & alijs. in l. prædiorum, C. de prædijs mino. dum ad id distinguũt inter nullitatem & restitutionem, vt inf. proxime. Huius vero communis opinionis nõ immemor Fulg. in l. 1. ver. occurrebat, C. si aduersus credit. aperte concludit etiam in restitutione nõ teneri minorem preciũ emptori restituere nisi emtor probet illud versum fuisse in vtilitatem minoris.

25 Glo. autẽ in d. l. prędiorum, C. de præd. mino. (vt dixi(aperte distinguit inter restitutionem & nullitatẽ: vt quando minor restituitur aduersus venditionem, non releuetur à restitutione precij, nisi probet illud male perditum, vel inutiliter consumptum & ita Bar. & cõmuniter DD. ibi ad quam opinionem circa onus probandi. se refert glo. in d. §. interposito, verb. probetur & ibi Bar. Diuersum autem uolunt glo. Bar. & alij in nullitate, quando scilicet res minoris distracta fuit sine decreto, & solennitate: vt tunc emptori incumbat onus probandi precium versum fuisse in vtilitatem minoris; quod in nullitate satis probat tex. ibi, & in l. si prędium, versi. emptor, eo. tit. & in l. penul. §. fi. ff. de reb. eor. eamque resolutionẽ & differentiam vt receptam tradit Ias. in l. nam postea, §. si minor, nu. 21. ff. de iure iur. commendans glo. d. l. prædiorum, & ita Soci. cõsi. 115. col. fi. lib. 1. & Riminal. in §. fin. nu. 61. Insti. quib. alie. lic. Vides igitur glo. & DD. communiter distinguere inter nullitatem & restitutionem, vt in hac minor probet precium non fuisse versum: in illa probet emptor precium versum fuisse in vtilitatem minoris. Vides etiam Cuma. & Fulg. non relatos, secure in restitutione idem probare, quod DD. tradunt in nullitate. Sic ad singularem opinionem contra glo. & DD. resoluit Moli. in lib. de vsur. q. 37 nu. 285. dicens, non esse differentiam (circa onus probandi precium versum, vel perditum) inter nullitatem & restitutionen. id tamen dicit Moli. ad diuersum finem, magis in fauorem emptoris, cum vterque Raphael id dixerint in fauorem minoris.

26 Non leuis igitur difficultas, varietasque apparet in hoc frequentissimo articulo. In quo aduerto in primis, non videri tutam rationem differentiæ, quam sentit glo. & cum ea Bar. & DD. communiter in d. l. prędiorum, dum aiunt. quod in nullitate emptor censetur agere quoad precium quod sibi restitui vult in restitutione autem minor in totum agit ac proinde vnusquisque

que

que probare d ebeat fundamentum suæ intentionis: quod rece ptissimum inquit Rimi. in d. loco. Sed ea rõ corruere videtur in vtroque membro, si cõsideres, in restitutione minorem agere ad sui commodum: fundamentumque suæ intentionis solum esse probare, quòd viliori precio vendiderit, vel, quod non expediebat vendere: vnde cum alterum eorum probauerit iam satis facit iuris regulæ. l. 2. ff. de probat. & cõsequenter ea regula iam non videtur onerare ipsum minorem, sed emptorem. Sic in nullitate non videtur solida ratio glo. & DD. quia emptor eidem iuris regulę circa onus probandi satis facere videtur probando precium semel ad minorem & curatorem peruenisse: maxime secundum opinionem Ang. in l. vtrum, ff. de petit. hæred. de qua plene diximus in c. pręc. ex. nu. 64. Potest etiam contra glo. & DD. in membro restitutionis considerari, quòd fortasse minor vendidit, preciumque accepit, nec rem adhuc tradidit, vt sępe contingit. In quibus terminis si venditio valuit minor sola restitutione iuuari potest: emptor autem in causa actor erit, quia precium dedit, nec rem habet, & cõsequenter non videtur magis vel minus fauendum minori ad hunc effectum in nullitate, quàm in restitutione, contra glo. Bar. & omnes in d. l. prędiorum & alios vbi supra pro vtroque Rapha. Imo & in restitutione non semel succuritur amplius minori, quàm per viam nullitatis vt aduertit Pano. in c. ad nostram, n. 8. de rebus ecclesiæ. Aduerto item contra glo. in d. l. prædiorum, male ab ea quoad restitutionem citari tex. in d. l. patri §. item ex diuerso, ff. de minor. ibi enim I. C. non obscure sentit, onus probandi tunc nõ minori, sed emptori incumbere: melius autem adduxisset tex. in d. l. quòd si minor, §. restitutio, vt supra admonuimus.

27. Aduerto etiam in ea re non sibi cõstare DD. si cum iudicio legantur: nam Bar. qui eãdem differentiam inter nullitatem & restitutionem maxime sequitur in d. l. prædiorum contrarium in effectu probat in l. 1. C. si aduer. credito. & cum eo communiter scriben. dum inquit, quòd si minor restitutionem petens probauerit se læsum in uendẽdo, emptor probare debet preciũ uersum fuisse in vtilitatem minoris: & ita Bal. ibi, nume. 5. Salic. nu. 3. idemque tradidisse Iacob. But. inquit Paul. ibi in fin. & ita tanquam receptum tradit Iacobin. ibi nu. 6. & ita Alberi. in d. l. 1. C. si aduersus credit. referens ex Butric. eandem doctrinam Bar. & ita intelligunt tex. in d. l. patri, §. item ex diuerso. Videbis etiam apud Bar. & Alberi. & prædictos, quòd minor nõ

tenebitur

tenebitur probare aliquid circa precium non versum in eius vtilitatem, nisi quando allegat læsionem ex eo tantum, quòd precium amiserit, non vero quando allegat læsionem in vendẽdo. Secundum quam resolutionem agnosces in effectu scribentes concludere, quòd in restitutione aduersus venditionem, minore probante se læsum in vendendo, vel in viliori precio, iam emptor probare debeat precium à se datum, versum fuisse in vtilitatem minoris: & ita non manebit contra communẽ, sed in effectu secundum eam, id quod in proposito tradit Fulgo. in d.l.1. Vnde ex Bar. Bal. Salic. Alberi. Fulgo. Pau. Iacobi. post Butric. in d.l.1.c. si aduer. cred. & ex Cuman. in d.§. interposito, dices receptius esse ut emptori incumbat onus probandi preciũ versum fuisse in vtilitatem minoris restitutionem ex læsione obtinentis: quod etiam secure vt receptum tradit paul. in l. vnica, nu.1.3. C. de reputatio. Mirum tamen est, nullum ex iis aduertere in contrarium nimis vrgere tex. in d.§. restitutio, l. quòd si minor, vbi I.C. regulariter emptori fauet, vt precium sibi restituatur: maxime cum excipit causam emptoris soluẽtis adolescenti, quem sciebat pecuniam perditurum. Qua propter recte superius diximus, iura in hoc varie loqui: & DD. magis variare.

28 Vnde ad d.§. restitutio, responderi posset, vt supra diximus nu.24 vel aliter, quòd ibi soluit emptor non soli minori, sed cum authoritate curatoris: quo casu magis excusatur, quám si cum solo minore gerat, vt in alio articulo notat Bal. hic, nu.12. versi. potest. & colligitur ex l. clarum, C. de auto. præs. Secus si soli minori soluat: & ita procedat tex. in d.§. item ex diuerso, l. patri. nam tunc videtur vigere ratio d.§. restitutio, quod emptor scire debuerit, minorem perditurum, vt sentit glo. in d.§. restitutio. Sic etiam magis succurretur emptori, quãdo soluerit minori industrioso, & rem suam bene administranti, vt colligitur ex Alber. in d.l.2. nu.2. C. si aduer. cred. Pau. in d.l. unica, nu.3. C. de repu. Iacobi. in d.l.1. in fine, C. si aduer. cred. & ita saluabitur quod ut nouum tradit Molin. in d. lib. de usur. q.37. nu.285. versi. alioquin. conducunt notata in l.1. c. qui & aduer. quos. Dum autem supra diximus minorem posse restitui non solum quando læsus fuit in uendendo uel in precio, sed etiam quia pecuniam solutam perdidit, id cum iudicio intelligas, quando emptor fuit in aliqua culpa non soluendo cum omni iuridica solẽnitate, alias ex casu uel culpa alterius non daretur restõ in emptorem ut

vt recte tradit Bar.in d.l.fine,§.interpoſito,ad finem, ff.de adminiſ.tuto. quo non citato idem probat Moli.in d.q.facit reg. l.verũ,§.ſciendũ,ff.de mino.

29 Ex pdictis & ex clara litera d.l.pdiorũ,C.de pdi.min.euidentiſsime apparet,ſuſtineri nõ poſſe q cõtra gl.Bar. & ſcrib.non tm̃ tentauit,ſed ẽt aſſeruit Moli.in d.lib.de vſur.d.q.37.n.285. gl.n.& DD.veriſsime agnoſcunt,qđ vbi res minoris diſtrahitur abſque decreto, & ita minor ex nullitate rẽ auocat, ita demũ emptor ab eo precium recuperabit,ſi illud probet verſum fuiſſe in vtilitatem minoris.Molin. autem audacter contendit id eſſe inteligendum,quando emptor non ſolum precium,ſed etiã vſuras ex eo prætendit: quod ſi precium tantum velit, non teneatur probare illud verſum in minoris vtilitatem, quod etiam ſentit Alcia.in d.l.certi condictio,§.quoniam,n.11.dum citat d.l.At hoc non eſt interpretari, ſed directim contra illa iura loqui,ſcilicet contra d.l.prædiorum & l.ſi prædium, C.eod.& l.penul.§.ſi.ff.de reb.eor.& l.ſi fine,§.interpoſito, ff.de admin. tuto. & ſic non eſt in hoc recedendum a communi, maxime attento eo quod proxime num.27.probauimus in reſtitutione. Cum iudicio tamen colligẽs ex ſuperioribus, non ſibi conſtare ſcriben.in hac materia, nec efficaciam habere rationes glo. & DD.in d.l.prædiorum,vt ſupra,nu.26.

30 Ex quibus neceſſario agendum eſt de intellectu d.l.1.& tit. C.ſi aduer.cred.cum Bar.& omnes poſt glo. ex ea l.& tit.fundamentum ſummant ad præcedentia,quæ ſine hoc non conſtarent.Imper.in d.l.1.creditorem minoris ita alloquitur. *Cũ profitearis cum minore 25.annis te contraxiſſe, nec doceri potuiſſe prætorem,ex eo contractu minorem locupletiorem eſſe factum,intelligis eum merito in integrum reſtitutum.* Hoc in effectu habet d.l.1.cui annectitur l.2. in qua Imperator alloquitur minorem, & refert,pecuniam ab eo fœnori acceptam, in quo ſicut in præcede.reſpondet,minorem reſtituendum, niſi probetur, pecuniam verſam fuiſſe in rem minoris: glo.in d.l.1. refert antiquiores nimis vacillantes circa intellectum l.& tituli: principaliter opponentes de tex.in l.nam poſtea,§.ſi minor, ff.de iur.iur.vbi I.C.tradit,minori incumbere onus probãdi ſe læſũ, qđ ẽt alijs iuribus habetur.Nec minor difficultas reſultare videtur ex ijs, quæ dicta ſunt in præced. cap. ad opinionem Ang. in l.vtrum, ff.de peti.hære.ex nu.64.cum multis ſequen. Augetur mihi difficultas ſpeciatim ad d.l.1. ex eo quod ibi ſimpliciter fit mẽtio

de

de contrahente cum minore, nec aperitur quod fuerit causa mu tui, & sic potuit esse ex diuersa causa: vt ita reddatur dubia com munis interpretatio de qua statim. Item si causa esset uenditio- nis, in qua minor læsus fuisset, magis obstaret tex. in d. §. resti- tutio, l. quòd si minor, vbi quoad precium restituendum empto ri, regulariter magis ei fauetur absque onere probandi pecuniã uersam in vtilitatem minoris: & ita maior uidetur difficultas d. l. 1. & tit. quã eam fortasse expresserint DD. Illud vero agno scendum videtur ex d. l. 1. non tantum vbi contractus minoris fuit nullus, sed & ubi minor restituitur, onus probandi pecu- niam uersam in eius vtilitatem, aduersario incumbere contra glo. & DD. in d. l. prædiorum, pro eisdem alibi male sibi con- stantibus, vt deduxi proxime nu. 27.

31 In ea difficultate omissis alijs solutionibus, resoluit gl. quod d. l. 1. & titulus, C. si aducr. credi specialiter intelligatur in credi tore sub usuris mutuante: vt diuersum sit in alio creditore non fœneratitio & ita Cin. Bar. Bal. Alberi. Pau. Ang. & communi- ter DD. secundum Fulgo. & Iacobi. ibi, Alex. in l. ciuitas, nu. 11. ff. si cer. per. Dec. in l. singularia, nu. 21. ff. eod. Ripa. in l. si is qui bona, nu. 12. ff. de pign, soci. cõsi. 115. nu. 26. lib. 1. Ias. in l. nam postea, §. si minor, nu. 21. ff. de iureiur. Afflic. lib. 2. con stitu. rubr. 3. nu. 20. Mauritius (quẽ olim vidi) in tracta. re- stitu. capi. 211. & sequen. idque à DD. receptissimum esse tra- dit Moli. d. q. 37. de cuius opinione statim agemus. Sed quãquã hoc receptum sit apud scriben. non pauci contradicunt, intelli- gentes d. l. 1. & ti. etiam in creditore sine vsuris & ita Sali. ibi nu. 3. versi. quæro. vbi tamen male refert DD. ita tenere contra glos. cum DD. aperte in eo sequantur glo. Et ita genera- liter eam l. & titulum in quocunq; creditore intelligit Imol. in c. 1. col. 7. de depo. vers. sed iuxta, cum Inno. cõtra plures ad mu tuũ factum plato vel ministris ecclesiæ, & his nõ relatis, ita in telligit Curt. in d. l. nam postea. col. fi. nu. 7. ff. de iureiur. pon- derans Mathasil. notab. 58. vbi indistincte de omni mutuo intel ligit, & commẽdat d. l. & ita in omni mutuo secure intelligit Ioa. Plat. in l. 1. vers. hoc aũt, C. de vẽde. reb. ciu. Sic ẽt. Alci. (ne- minem referens) in l. ciuitas, nume. 16. ff. si cer. peta. & Molin. ad diuersam opinionem in d. lib de commerc. q 37. num. 280. Sed ipse hoc dicit fauendo creditori cõtendẽs nihil referre, an gratis, an sub fœnore mutuet: respondens ad d. l. 1. & 7. eo mo- do, de quo statim. Alij uero generaliter eam l. intelligentes, cõ cludunt

cludunt pro minori vel ecclesia, vel Repub. vt in mutuo etiam gratis, incumbat creditori onus probandi pecuniam versam fuisse in vtilitatem minoris & similium: ideoque dixi intellectũ Molin. tendere ad singularem opinionem, nón tamen nouus est in se, licet ipse neminem pro eo adducat.

32 Ego à primis annis studij mei in iure ciuili semper existimaui non esse ueram communem interpretationem d.l.1. postea que in progressum studij gaudebam apud graues authores proxime citatos, videre d.l. generaliter intelligi in omni creditore & maiori deliberatione eum intellectum verissimum puto. Hoc autem suadetur ex rubri. generaliter scripta de creditore & sic de omni, iuxta l. si pluribus, & ibi Bar. ff. de leg. 2. l. si seruitus, ff. de serui. vrba. pręd. Eadem inductio similiter fit ad literam d.l.1. quæ indistinctè loquitur de contrahente: roboratur etiã ex l. sequen. dum loquitur de creditore sub fœnore: vt credi de beat, alium fuisse casum l.1. ne incontinenti detur magna super fluitas. Eadem interpretatio magis suadetur, q̃a tempore illarũ legum non reprobabatur fœnus: & consequenter non erat, cur talis creditor, vt odiosus excluderetur l. eos, C. de vsur. Probatur vero magis ex tex. in d. §. restitutio, l. quòd si minor. vbi I. c. distinguit inter pecuniam solutam minori ex venditione, & pecuniam ei mutuo datam, non obscure requirens generaliter in hac, vt creditor probet eam versam in minoris vtilitatem ad quem tex. magis aduertere debuerunt scriben. maxime Imol. & Plat. proxime citati nu. pręceden. Probari efficaciter videtur eadem opinio & interpretatio, si negocium cum iudicio ex omni parte consideretur: finge enim minorem sine curatore; tunc si pecunia ei mutuo detur: obligatur minor, sed restitutio priuilegiata ei conceditur: & negari actionem aduersus eum dicebat I. c. in l. patri, §. 1. & ibi glo. ff. de mino. Si minor curatorem habet, & sine eius authoritate contrahit, non obligatur, nec actio contra eum datur, l. 3. C. de in integ. resti. Si cum eodem curatore non ideo minus restituitur, l. 1. & 2. & sequen. C. si tut. vel cur. interue. Si curatori nomine minoris mutuetur, non aliter actio in minorem datur, nisi quatenus pecunia versa probetur in rem minoris, l. si in rem C. quand. ex fac. tuto. Atq; ita omni casu probari videtur hæc interpretatio & conclusio ad d.l.1. C. si aduer. cred.

33 Ex præcedentibus satis probatur d.l.1. & tit. C. si aduer. cred. generaliter procedere in omni creditore ex causa mutui non

tantum

tantum in fœneratitio: vt creditor probare debeat pecuniam versam fuisse in vtilitatem minoris,& ita in mutuo probat tex. in d.§.restitutio,l.quod si minor. Ex quibus colligitur non obstare tex.in d.§.si minor,l.nam & postea, de quo opponebant glo.& DD.Ibi enim particularis casus traditur, cui rō tex.congruit,vt videbis apud Fulgos.in d.l.1.ad finem. Inde compe- ries(si cum iudicio aduertas) non constare oppositionem,nec respōsiones DD.ex d.l.1.ad d.§.si minor. imò solutiones alio tendunt. Ex traditis etiam superius agnoscent cordati grandem difficultatem in eo articulo minoris vendentis cum solẽnitate,vt cesset d.l.prædiorum, C.de præd. min.ita tamen, vt ex læsione vendendi,cum non expediret, vel ex viliori precio minor restituatur: tunc enim si inspiciatur resolutio glos.& DD.in d.l prędiorum, videretur dicendum,quod minor restitutionem petens teneretur probare, pecuniam perdidisse,idq; videri posse receptum ex supra dictis,n.25.& 26.sed ex eisdẽ Bar.Bal.& alijs in d.l.1.c.si aduer.cred.& ex Pau. in d.l.vnica, num.3.c.de reputat.aperte colligitur contrarium.Imo quod, minore probante se lęsum in cōtractu,emptor nō posit pecuniam a se datam repetere, nisi probet eā versam in minoris vtilitatem,quod nimis iuuatur ex l.si fine,§.interposito,ff.de admi.tuto.secundum quam sententiam noue & vere ampliabitur tex.in d.l.1.c.si aduer.cred.vt nō solum procedat in creditore ex causa mutui,sed etiam in emptore prætendente pecuniam,quam dedit pro re minoris ex læsione restitutionem obtinentis:& ita notabiliter amplientur iura superius adducta de venditione rei minoris absque solēnitate,quibus cauetur,onus probandi pecuniam versam incumbere emptori. Igitur vt emptor sibi caueat, debet soluere cū authoritate & iussu iudidicis authorantis ipsam venditionem:iuxta reg.l.ait prætor, §.permittitur,ff.de minor.

34 Ex eisdem infertur(si cum iudicio aduertas) secum pugnare Molin.in d.lib.de commer.q.37 ipse enim nu.280.recte dixerat,d.l.1.& tit.C.si aduer.cred.procedere in creditore etiam sine vsura,in fine uero,nu.præceden.& nu.281,in fine:& magis nu.285.sui immemor subdit, quod ideo creditor vel emptor probare tenetur in ea l.& similibus,pecuniā uersam in rẽ minoris,quia creditor non solum precium a se datum,sed etiā usuras & interesse uolebat:hæc pugnantia esse nemo non uidebit. Sic labitur idem Molin. ibidem, cum violẽter intelligit

tex.in d.l.prædiorum,C.de præd.mino. quando emptor non solum precium sed & eius vsuras prætendit,cum ea l.indistincte loquatur:& ita verius intelligunt glo.Bart. & communiter DD.vt supra deduxi.Sic etiam non videtur tutum quod tradit idem Molin.d.q.n.281.dicens quod minori,non creditori incumbet onus probandi in mutuo,quando non soli minori, sed cum curatore ei creditum est: si enim minor curatorem habebat,tunc non datur actio creditori mutuanti sine curatore,sicut contrahenti cum pupillo,d.l.3.C.de in integ.resti. Si vero minor curatorem non habebat,vel si habebat cum eius authoritate mutuatum fuit, adhuc stat decisio d.l.1.C.si aduer.cred. vtroque enim casu pariter restituitur, vt per totum,C.si tutor vel cur.interue.& vtroque casu viget ratio I.C.in d.§. restitutio,l.quod si minor:scilicet quod mutuum fit voluntarie. Nec hi casus separantur.

35 Tutius vero est quod tradit Molin. in d.q.nu.281. quatenus distinguit inter mutuum consulto in causam necessariam acceptum,& mutuum sine causa:vt in primo nõ restituatur minor, si casu pecunia perdatur: in secundo restituatur, etiam si casu, non tantum sui facilitate pecunia perdatur. Sed debuit Molin. adducere glo.claram & ibi Sal.in l.2.C.de fil.fam.min.vbi glo. vult,quod etiam si minor a principio consulto & in causam necessariam mutuum acceperit, restituetur tamen, si postea non casu,sed lubrico ætatis pecuniã amittat, & ita intelligit aliqua iura quæ ibi citat:ad quę aduertas,quod glo.non debuit miscere mutuum & alios contractus, cum in mutuo sit particularis ratio in fauorem minoris contra creditorem volũtarie mutuãtem,vt supra deduxi, ex tex.in §.restitutio,l.quod si minor. Et secundum hęc dicendum erit, quod vbi minor eiusque curator mutuum accipit in causam necessariam(quod de iure licebat ẽt sub vsuris.l.3.§.consequitur,ff. de contra. & vtil.act.tut.) tunc necessario limitabitur d.l.1.C.si aduer.cred. & iura superius adducta,dum onerant creditorem, vt probet pecuniam versam in vtilitatem minoris:ea namque procedunt, cum minor restituitur,vt ipsa iura loquuntur:restitutio uero præsupponit læsionẽ a principio,quæ cessat ubi in causam necessariam mutuum accipitur:& ita minor probare tenebitur pecuniam male perditam, cum non nitatur ex alia læsione, nisi ex amissione pecunię: in quibus terminis Bar.& reliqui in d.l.1.C.si adue.cre. resoluũt, ꝙ minori incumbit onus probandi amissionem:quæ explicatio

rationem

rationem habet, & iuris regulis congruit. Hic multa omitto cum intellectu l. in pupillo, ff. de resolutio. de quibus plenius ago in commentar. restitu. Hæc iungenda sunt, ijs quæ diximus in præceden. cap. ad fi. circa probandum, an res semel peruenta præsumatur durare, uel non. Quæ omnia vtilißima sunt, nec alibi fortasse ita resoluta.

36 Vt vero hoc cap. in articulo magis proprio huius l. concludatur, discuciendum est vnum a DD. hic omissum, alibi etiam nõ satis explicatum. Legitur enim apud aliquos, remedium negari læso etiam enormiter, quando ipse bis cõsensit, ob vigorem geminati consensus, ita Dec. consi. 216. ad finem, quem sequitur Chassan. in consue. Burg. rub. 7. §. 12. nu. 37. versi. aduerte, foli. 273. col. 4. & Couarru. in c. quamuis pactum, 3. par. §. vltimum, 6. versi. octaua conclusio, & Mantua lib. 1. loco. capit. 6. & Rubeus consi. 133. nu. 9. pro qua opinione nihil solidum, vel in specie adducitur, sed tantum arguit Dec. ex generalibus, quæ de vigore geminationis tradunt scriben. in varijs locis, post Romã. in illa vberrima repet. §. de viro, l. si vero, ff. solu. matr. 31. falle. Feli. in c. si cautio, de fid. instru. ex nu. 39. Hipol. in l. 1. §. quæstionum, ff. de quæstio. Curt. sen. consi. 49. n. 83. Ias. in §. de cõstituta, insti. de actio. Ripa in l. si insulam. nu. 77. ff. de uerb. obliga. plene Corse. in tracta. de potesta. reg.

Ego autem uerius arbitror contrarium dicendum fore: imo ꝙ geminatus sensus læsi regulariter nõ tollat remediũ huius l. ꝓut si post primũ cõtractũ a læso, ut cõfirmet, uel iterũ cõsẽtiat, ipseq; id faciat: uel si post iniquã diuisionẽ, separatim intercedat cõfirmatio partiũ, & in similibus. Adhuc enim cõcurrente læsione ultra dimidiam manebit remedium huius l. tũ ob eius generalitatẽ, talẽ restrictionẽ nõ admittit: tũ qa ex cõtraria opinione daretur maxima occasio fraudibus, facillimeque eluderetur remedium huius l. quod uitari debet: tum quia eodẽ errore, eademque facilitate læsus iterum consentiet, iuxta tex. in l. doli 19. uersicu. idemque, ff. de nouatio. Hæc autem uerior opinio colligi põt ex respõso Cor. cõs. 140. li. 3. inspecto pricipio & cõclusione: i quo ẽt cõtrarius sibi fuit Dec. ut refert Aimo dubitans cõs. 114. in fine, & consi. 151. n. 31. ubi ẽt refert Rom. & Soci. ita uerius consulentes, qui tamen id non satis exprimunt in locis ab eo relatis. & ita securius potuisset consulere Gratus consi. 71. nu. 3. & nu. 25. lib. 1. Nec contradicit Panor. consi. 71. in 2. dubio, libr. primo quem male refert Man

tua vbi supra. Imo si diligenter inspiciatur, magis probat nostram opinionem cum ibi stante iuramento tantum contradicat. Nec obstabit quod inquit Bar. in l. Iulianus §. si quis colludente, ff. de ac. emp. contrarium enim verius probaui in commentar. l. 1. 3. par. num. 36. versi. nec puto C. de bon. mater. & hæc addes ijs quę in q. transactionis diximus supra in 1. par. capitu. 4. nume. 32.

TERTIA PARS L. SECVNDAE

C. de rescin. vend.

CAPVT SECVNDVM.

SVMMARIVM.

1 *Traditur differētia inter læsionem in precio, de qua agit hæc lex, & læsionem in quantitate rei*

2 *In eadē re traditū verior ratio differētiæ inter eas læsionis species.*

3 *Tractatur de venditione ad corpus, & venditione ad mensurā, in quo nimis variant scribentes usque ad nu. 6.*

7 *Plene & vtiliter tractatur de effectu, & differentia resultāte ex cognitione vēditionis ad corpus vel ad mēsurā, usq; ad n. 9.*

10 *Agitur de intellectu l. Iulianus, §. si Titius, ff. de acti. emp.*

11 *Explicatur l. qui fundum, §. qui agrum, ff. de cont. empt.*

12 *Agitur de ueriori intellectu l. si duorum, ff. de acti. em. & n. 13.*

14 *Explicatur tex. in l. si seruum, §. 1. ff. de acti. emp.*

15 *Reiicitur argumentatio DD. ex iuribus loquentibus de falsa demonstratione relicto adiecta.*

16 *Agitur de intellectu l. qui fundum, ff. de euict.*

17 *Explicatur eleganter tex. in c. per tuas, de donat.*

18 *Resoluitur circa præcedentia vtilis differentia inter emptorem & uenditorem.*

19 *Tractatur de læsione per dolum cum exemplis, & explicatione aliquorum iurium, & nume. 20.*

21 *Agitur de uendente uel emēte, qui scit aliquā constitutionē breui ꝑmulgādā circa rē uel mercē: et aliqua similia usq; ad n. 25*

26 *An emptor dicatur malæ fidæ possessor, quando uenditor manet læsus ultra dimidium, usque in finem.*

TERTIA PARS L. SECVNDAE

C. de resc in. vend.

CAPVT SECVNDVM.

1 
ST in materia huius l. alius articulus utilitate & difficultate insignis: constat enim ex decisione huius l. & c. cum dilecti, & c. cum causa, de emp. & uend. læsis in precio ita demum succurri, quando læsio est ultra dimidium iusti precij. Aliud uero genus læsionis est non in precio uel æstimatione, sed in quantitate, & substantia rei prout si res inueniatur minoris quantitatis uel mensurę. In quibus terminis inquit glo. in c. per tuas, uerb. *inuenerunt*, de dona. succurrendum fore contrahenti, si talis læsio apparuerit in minori rei quantitate, etiam si læsio uel diminutio rei modica sit: & ita Panor. ibi, nu. 4. & Anan. consi. 98. ad fin. & Cremen. hic, nu. 163. in 9. limi. & Cagnol. nu. 177. & Anto. Burg. in d. c. cum causa, nu. 50. & Boer. decis. 50. nu. 4. Quam distinctionem inter lęsionem in precio, & læsionem in quantitate rei, cũ ratione Panor. in d. c. per tuas, extollit Mantua. lib. 1. locor. ca. 6. in fine.

2 Rationem differentiæ inter ea genera læsionis assignat Panor. in d. loco, ex eo quòd deceptio in quãtitate rei non ita perpendi potest. sicut lęsio in precio, & æstimatione: quã rationẽ sequuntur nouiores, vbi supra: quæ tamen non uidetur satisfacere, cum plurimi rerum ęstimationem ignorent, eamque ignorantes imprudenter contrahant, Alij ex alijs causis etiam sciẽtes enormiter læduntur, quibus etiam remedium huius l. nõ negatur, secundum uerioremm sententiam, quam contra uulgarem opinionem probaui supra in 2. cap. 1. par. Item ea ratio Pano. soli emptori cõgruit, & ita nõ cõplectitur lęsionẽ utriusq; contrahẽtis. Vnde cogitabã meliorẽ fortasse rationẽ colligi posse attẽto ꝙ ubi læsio tantũ ẽ in precio, uterque contrahens satis facit ijs, quæ conuenta sunt. Vẽditor enim rem integre tradit, emptor precium conuẽtũ dat: & sic utrinque implẽtur cõuẽta: ideoque non facile fuit læsis in precio succurrere nec ius antiquum succurrebat conditoribus autem nouioris iuris hu-

manius visum fuit, vt saltim interueniente hac enormi læsione succurreretur. Quando autem res minor reperitur, quam conuentum fuerit, non spectatur maior vel minor læsio, sed indistincte succurritur etiam iure antiquo: quia venditor non implet promissum ex sua parte, vt in l. 2. & in l. seruum, §. 1. & l. ex empto, ff. de act. emp. Maior enim censetur defectus substãtiæ seu quãtitatis rei, quam precij, vt colligitur ex Bal. hic, col. 1. in 6. oppo. dum adducit l. domum, ff. de contrah. emp. Et ita sustinetur prædicta differentia glo. & Panor. & aliorum vbi supra; licet eã improbet Couarru. in 3. c. practi. qq. n. 8. vers. 13.

3 Ad percipiendam hanc differentiam læsionis in precio, & in quantitate rei, examinandus est vtilis & difficilis articulus, quẽ tractat Cagnol. hic a nu. 177. vsque ad num. 191. melius vero Couarru. in d. loco. Qua in re receptissima traditio est, vt venditio vel concessio aliquando dicatur ad corpus, aliquando ad mensuram: inter quę constituunt DD. grandes differentias, appellantque alienationem ad corpus, quando venditio vel concessio incipit a nomine designante certam rem cum suis confinibus, vel alio modo idonee expressam. licet enunciatiue adijciatur certa rei quantitas. E contrario autem dicitur venditio vel concessio ad mensuram, quando contrahentes incipiunt a quantitate seu numero rei, & postea adijciunt confinia. Exemplum primæ inspectionis est, si vendatur fundus certus, vel suis confinibus designatus, addaturque cum esse centum iugerum, & postea maior vel minor numerus iugerum inueniatur. Exẽplum secundæ inspectionis est, si vendantur quinque iugera terræ in certo agro: in primo enim exemplo principaliter habetur ratio ipsius rei, seu corporis declarati: in secundo numeri vel quantitatis, vt tradit originaliter Oldra. consi. 197. eiusque discipulus Ioan. Andr. ad Specu. titu. de emptio. & vend. quos sequuntur innumeri relati a Cagn. hic, latius a Couarru. in d. cap. 3. practi. qq. Molin. ad Alex. consi. 120. lib. 2. nu. 8.

4 Sed in eadem re nimis variant scriben. nam Bar. in l. Iulianus, §. si Titius, ff. de act. emp. tradens quomodo dicatur vẽditio ad mensuram, aperte ad id requirit, vt singulis iugeribus vel numeris separatum precium assignetur: quod si vnicum precium pro iugeribus vel numero exprimatur, vult Bar. quod alienatio dicatur ad corpus seu speciem, non ad mensuram: & ita Bal. in l. sicut, nume. tertio C. de act. emp. Sed tam ex antiquis, quam ex nouioribus magis communiter colligitur, venditionẽ

dici

dici ad mensuram, cum partes ab ea vel a numero incipiunt, et si pro toto numero iugerum, seu pro omnibus partibus iunctim vnicum precium assignetur: nec requirunt, vt singulis iugeribus vel mensuris diuersum precium exprimatur, vt colligitur ex Oldra. in d. consi. ex Bal. in rub. C. de contrah. emp. num. 21. Alex. in pluribus consil. vt per Molin. ad eum d. cons. 120. lib. 2. per Dec. consi. 500. Afflic. decis. 68. cagno. hic, nu. 179. couarru. in d. capitulo tertio maxime nu. 5. uersi. septimo, quod satis probat I. C. in l. quod sæpe, §. in his, ff. de contrah. empti. Quod autem Bar & Bal. dixerunt, saluabitur, vt licet venditio vel concessio incipiat a corpore, si tamen precium exprimatur pro singulis mensuris, seu pro numero, tunc censeatur ad mensuram, cum citra eam numeralem distinctionem precij dicenda foret alienatio ad corpus, vt colligitur ex relatis a Couarru. d. loco. & Soci. in l. demonstratio, nu. 10. versi. caue tamen, ff. de condi. & demonst. Salic. in l 2. nu. 3. c de contr. emp. Pau. in l. si seruum, §. 1. ff de actio. emp. Felin. in c. significante, num. 7. versi. & caue, de rescrip. & capit. decis. 14. nu. 5. & ita debet intelligi Ias. cons. 55. in fin. lib. 1. ita Soci. consi. 32. nu. 1. versic. aliquando & secundo lib. 4. & Cagn. hic nu. 186. quicquid plures inuoluant, & Anton. Burgen. d. c. cum causa, nu. 50. in fine, vbi tandem ita sentit cum Pau. in d. §. 1. l. si seruum, quem male reprehendit Cagno. hic, putans eum contradicere. Huius rei principalis effectus est, an si maior quātitas reperiatur, debeat emptor supplere vel augere precium, de quo infra.

5 Manet igitur ex Oldra. & innumeris in ea re maximum esse discrimen, a quo inceperit conuentio, an a corpore, an a mensura: in eo autem aliquę sunt species, in quibus non discordant scriben. in alijs mire uariant. Concordant omnes, quando uenditio sic concipitur, ut uendatur certus fundus suis limitibus declaratus pro unico precio, licet postea addatur, quod est centum iugerum, & talem alienationem uel concessionem appellant ad corpus: nec augendū esse precium, licet plura iugera reperiantur. Sic concordant ecōtrario, quando incipitur a quantitate uel mensura, prout cum uenduntur certa iugera in tali campo uel terra maxime exprimendo precium pro singulis iugeribus, etiam si terra uel campus suis limitibus designetur, ut per Soc. nep. cō. 42. li. 2. & Soci. filiū cōs. 32. li. 4. Discordāt scrib. in casu mixto, quando contrahentes incipiunt a re, & continuo exprimitur modus uel quantitas: deinde adijciuntur

confinia, prout uendo fundum tusculanum triginta iugerum, qui habet tales limites uel talia confinia: in qua specie uariarũt maxime recentiores. Parif.plene & elegãter conf. 64. lib.1.cõtendit eam uenditionem censendam ad corpus, non ad mensuram, & ita Ruinus conf.83.lib.1. Soci.nep.consi.42.& 43. lib.2.& cũ eis Couarru.d.lib.praǙi.qq.cap.3.nu.3.uersi. quarta species, ubi citat consi.Soci.& Pau.& Imol.qui non uidentur id satis probare.Contrarium respondit Cur.Iun.conf.131. & Dec.consi.500.quibus accedit Cagn.hic.nu.182.ut uenditio in ea forma dicatur ad mensuram, & ita regulariter iudicãdum cum ante declarationem confinium expressa fuerit quantitas vel mensura rei, quod aperte voluerunt Panor.& Firmiã. relati à Parif.d.conf.64.nu.22.& nu.55. Et ita resoluit Anto. Capi.decis.14.nu.2.dicens ita fuisse à multis explicatum,& ita Alex.ad Bar.ĩ l.Iulianus, §.si Titius, ff.de actio. emp. & Boer. decis.50.nu.5.& 6.& non obscure Soci. conf. 32.nu.1.lib. 4. Qua in re variauit Alex.vt tradit Parif. d.conf. num.57.

6 Similis uarietas est inter DD.in ea re: nonnulli enim tradũt quod venditio dicetur ad mensuram, etiam si a re uel à corpore incipiatur, quando numerus vel mensura exprimitur simul in eadem clausula, prout vendo fundum tusculanum triginta iugerum, uel bubulcarum, vel torturarum. vt DD. loquuntur: secus si numerus uel mensura exprimitur relatiue in diuersa clausula, prout uendo talem fundum qui habet triginta iugera, quia tunc dicunt venditionem censeri ad corpus vel rem, non ad mensuram, Et ita consuluit Paulus quem sequitur Antonius.Burg. in d. capitulo cum causa, nume.51.vbi citat Cardin.& Feli. idem dicentes & ita colligitur ex Paul.in l.si venditor, ff. de act. emp. quem sequitur Dec.conf.347.Cur.Iun.d.consi.131. Socinus consilio 32.lib. 4.sed contrarium dicit verius Couarru.d.loco, & plene Parisius Ruin. Soc. nepo. in dictis consil. & videtur satis colligi ex Bartolo in d. l. Iulianus.§.si Titius,& Baldus in rubrica C.de contrahen.emptio.nume.21.Afflic.decis.68.qui omnes vel ex professo tradunt, vel secure sentiunt, nihil facere, an mensura exprimatur in eadem clausula, vel separata: & in eisdem terminis uenditionem dici ad corpus, non ad mensuram.Plures tamen allegantur contra Paulus. in hac specie,qui tantum loquuntur,quãdo mensura ponitur cũ relatiuo, et sic in diuersa clausula, vt Iaso.in l.cũctos populos n. 4.c.de

summa

ſumma trin. Mihi autem parum probabilis videtur illa tradi tio Pau.dum diſtinguit inter eandem clauſulam vel diuerſam, nec iura in hac materia videtur talem diſtinctionem admittere, cui obſtat reg.l.2.C.commu. deleg.

7 Effectus eius inueſtigationis apud ſcriben. magni momenti cenſetur: quando enim venditio dicitur ad corpus, reſoluunt, quod tota terra ſita intra confinia fundi. etiam ſi quantitas maior ſit, manet vendita. & menſuram expreſſam tunc non cenſeri limitatiue, ſed demonſtratiue adiectam. Si autem venditio fuerit ad menſurã, intelligi eã reſtricte, & formaliter expreſſã, ne plus tribuatur emptori quam talis menſuræ quantitas. Alij addunt, quod vbi venditio fit ad menſuram, cenſetur conditionalis, vt ante mẽſurationem non dicatur vẽditio perfecta, per l.quod ſæpe.§.in his, ff.de contrahen.empti.Pariſ.d. conſi. 64. lib.1.Pau. in d.l.Iulianus, §.ſi Titius, ff.de actio.empti. ſed precedens effectus præcipuus eſt. In quo addunt plurimi, quod vbi res ſeu corpus venditur, non tenetur emptor aliquod precium ſupplere, vel augere, ſi maior terræ quantitas reperiatur, quam ea quæ in menſura expreſſa fuit: dicunt enim augumentum cedere commodo emptoris. Ita clare vult Bal. in d.rub.C.de contreh.emp.nu.12. Afflic.deciſ.68. & ita aperte Pariſ. Ruinus, Loci.nep.in dict.conſi. & Fulgoſ.in l.qui fundum, ff. de euict. nec diſsentiunt Curt. & Dec.ſupra relati in facto contrarium conſulentes. Eorum namque varietas eſt in iudicando. an venditio ſit ad menſuram, an ad corpus ſi.n. ad corpus fuerit, conſentiunt ijdẽ fere oẽs, vt precium non augeatur, ẽt ſi rei quantitas maior appareat: & ad hunc effectum intelligunt doctripam, Oldr. in conſi.ſupra relato, & ita Alex. in varijs conſi. & cagnol. hic nu.178. &.180. & 186. Couarru.in d.capi.3.verſi.11. Soci. in l. demonſtratio, nu.10.ff.de condit. & demonſtr. Capitius d. deciſ.14. nume.tertio. Paul. in dicta.l. Iulianus, §.ſi Titius, & magis in lege.ſi ſeruum, §.ſi modus, ff.de actio.empt. & in lege ſi duorum, in fine.ff. eodem. Et ſic ea videtur receptiſsima opinio in fauorem emptoris.

Qua in re, neceſſario inſpiciendum eſt, an idem dici debeat ẽ contrario ſi minor rei quantitas appareat: & in eo maior eſt, Docto. varietas. Nam Couar. in d.verſicu.11.cap. tertio pract. quęſt. quaſi receptum tradit, vt maior menſura commodo emptoris cedat, minor autem ſuppleri ei debeat, vel in re ſimili, vel in diminutionem precij: ad quod citat Paulum in

duobus

duobus locis, inquibus id non ita reperio: nec satis id explicat Alex.consi.7.lib.4.sic etiam Soci.nep.in consi.ib. allegato magis contradicere videtur: & apertius Soci.ibi citatus in d.l.demõstratio, nu.10.vbi aperte resoluit, par ius esse emptoris & venditoris: vt sicut emptori cedit commodum, si quantitas rei maior appareat, nec tenetur precium supplere, quando venditio fit ad corpus: ita etiam e contrario, si minor rei quantitas appareat, non debeat ei precium minui, nec rei supplementum fieri idque concedit Soci.nep.d.consi.42.nu.19.lib.2.dicens, ita esse de mẽte omnium DD.in hac materia. Et ita expressim Corn. consi. 59.lib.4.nu.2.ibi, *quod accedit uel deperit, ascribitur commodo uel damno emptoris*: & ita secure ut receptissimum sentit Cagn. hic nu.179.ibi, *siue maior siue minor*, & nu.180.ibi, *siue plus aut minus cedit pro eodem precio*, & apertius num.188.vbi ex mẽte DD.concludit, uenditorem tunc non teneri ad supplendum, quod deest in re vẽdita ad corpus, non ad mensuram, nec etiam diminuendum esse precium emptori: vt contrariorũ eadem sit disciplina, & ita Boer.decis.50.nu.6.& Soci.consi.32.nu.1.lib.4.idq; ex Salic.& Alber.agnoscit Paris.d.cõsi.64.nu.32. Idque iuuatur ratione seruandæ æqualitatis inter emptorem & venditorẽ iuxta doctrinam Tex.notab.in l.6.ff. de peric. & commod.rei vendi. Et ita hoc longe receptius uideri potest.cui opinioni cõsonat iuris regula secundum naturam.

Cõtrarium autem (vt vides) semper in fauorem emptoris cõcludit Couarru.ubi supra: quod etiam uidetur sentire Capitius d.decis.14.nu.3. Et pro his non parum urget argumentum à diuersitate rationis, quæ quidem in proposito tota est pro emptore contra uenditorem, qui magis scit, uel scire debet quantitatem rei, quam distrahit iuxta l.quisquis, infra hoc tit. & reg. l.6.ff.de usucap.pro suo, quod argumentum aliqualiter agnoscit Corne.consi.59.ad fin.& Paris.d.con.64 nu.39 & nu. 50. Et ita aperte Paul.in l.si duorum, uersi.in tex.ff.de actio.emp.

9 Dolenda profecto est tanta scriben.uarietas in articulo frequentissimo, in quo ad minorem fraudem, minusque detrimentum utriusque partis aduertendum semper est ad quantitatem precij, ut inde cognoscatur, an emptor supplere debeat quando res maior apparet, ut ex Corne. Dec. & multis tradit Couarruui. in dicto capitu. nume. tertio. uersi. hæc uero: & ita Afflic.dict.decisio.sexagesima octaua; id uero exemplificarem, quando ex consuetudine loci certum esset precium iugeris,

ut

ut tunc pro ſingulis ſuppleatur precium. Temperabitur etiam eadem varietas ex coniecturis,& clauſulis,de quibus per Anani.videndum conſ.98.& in eo propoſito aliæ clauſulæ attendi debent modò pro emptore, modò pro venditore,ut latius tradit Pariſ.d.conſ.64.nu.28.& nu.34.lib.1.Mihi uero in ea varietate & difficultate tutius uidetur, ut ſi res notabiliter maior appareat,etiam ſi uenditio non fuerit ad menſuram ſupplere debeat emptor precium pro augumento:facilius autem minui ei precium debeat, ſi minor rei quantitas appareat ob aliquam culpam,quæ tunc in uenditore, non in emptore eſt.Et ita procedet quod inquit Paul.in l.2.in fin.C.de peric.& commo.rei vendi. quem non bene referunt nouiores ſupra citati: ibi enim apertè vult Paul.quòd licet venditio fuerit ad corpus, debeat tamen emptor ſupplere precium. ſi res maior reperiatur, ſicut minui precium debet, ſi minor quantitas rei appareat.Quæ opinio Pauli ſingularis eſt ad omnes præcedentes: licet enim Paul.uelit, non magis fauendum fore emptori, q̃ venditori, & contrariorum eandem fore diſciplinam in propoſito, ut plures dixerunt, id tamen inquit ad diuerſum effectum, ut ſcilicet nec augmentum nec diminutio incommodũ, uel lucrum afferat emptori aut uenditori, ſed res debeat ſemper ad ęqualitatem reduci: quod comprobatur ex doctrina l. 1.ff.ſi quis caution. ubi Paul.& Iaſ.notant aſſumendam ſemper eſſe interpretationem, quæ utrique parti tutior & æqualior eſt.Et ita in propoſito cordate arguit Dec.d. conſ.500.n. 12.uerſ.& ſupra dicta, & nu.ſequen.oſtendens, æqualius eſſe utrique parti, & minus præiudiciale, ut non maior, nec minor quantitas vendita cenſeatur, quàm in contractu expreſſa fuerit.Cui Pauli Caſtr.opinioni adderem, ut ſi fortè minimum ſit rei augmentum, uel minima rei imminutio in uenditione facta ad corpus, non audiatur emptor uel uenditor,quãdo res diſtracta magna eſt, ex doctrina I.C.in l.res bona fide ff.de contrah.emp.& l.ſcio, ff.de in integ.reſtit.quas ll.explicauimus ſupra in 1.cap.1.par.

10 In his adducuntur plures ll.quaſi expreſſæ à DD. maxime Pariſ.Ruin.Soc.Nep.Couarru.& aliis doctiſ.viris quæ tamen diligenter conſideratæ fortaſſe nõ probant concludenter unã nec alteram opiniõem.Primo enim tex.in d.l.Iulianus,§.ſi Titius, ff. de actio.emp.non probat quod multi notant, lucro emptoris cedere, quicquid plus reperitur in quantitate rei,

quàm

quam in uenditione expressum fuit. Ibi enim agitur de augumento extrinseco, quod solet cedere commodo emptoris, sicut & periculum, & I.C. ibi ponit casum particularem cum distinctione, an uenditor sciuerit, an ignorauerit. Item DD. in eo tex. non sibi constant. quia intelligunt cum glo. emptionem ibi fuisse ad mensuram: secundum quod nullum augmentum deberet cedere commodo emptoris, nec diminutio eius damno, ut ipsi resoluunt in hac materia: ideoque Fulgos. ibi & Costalius neminem referens, & melius couarru. in d. loco, intelligunt in d. §, fuisse venditionem ad corpus, non ad mensuram: ibi enim numerus iugerum separatim expressus fuit Vel aliter ad eum tex. dici potest quod ait Fulgos. ad l. si in uēditione, §. 1. ff. de peric. & comm. rei vend. vt aliquando venditio dicatur ad corpus, tamen venditor teneatur præstare modum agri, quem expressit, & ita intelligit d. §. si Titius, fortasse distinguens an leuiter, an serio ad conuentionem partiū expressa sit rei quantitas, ut altero casu præstari debeat, in altero non, argu. eorum quæ notantur in l. si quis nec causam, ff. si cer. peta. Id verò cognoscetur ex præfatis uel præambulis cōuentionis. iuxta reg. l. Titia, §. idem respondit, ff. de uer. oblig.

11 Sic in eodem articulo citatur tex. in l. qui fundum, 40. §. qui agrum, ff. de contrah. emp. quasi ibi statuatur, emptorem supplere debere precium, quando rei quantitas maior reperitur, & ita eum indistincte notat Pau. Castr. in d. l. 2. in fi. C. de peri. & commo. rei uend. Sed ille tex. magis in contrarium adduci posset, tum quia loquitur, quando precium ad singula iugera exprimitur: tum quia speciatim conuentum fuerat, ut eius quod admensum fuisset, certum precium solueretur. Nec facile dabitur fortasse alius tex. qui ita faueat emptori. Species autem & ratio dubitandi illius tex. fuisse uidetur, quod ibi expressa fuerat certa quantitas iugerum, postea maior reperta fuit, dubitaturque, an pactio certi precii ad singula iugera extenderetur ad alia, quæ supra numerum expressum reperiuntur: respondet tex. quod sic. Dubitari autem poterat argu. l. si de certa, C. de transac. l. emptor, §. Lucius, ff. de pact.

12 Alius tex. ut expressus à multis adducitur in dictis locis in fauorem emptoris, ut eius lucro cedat, si res maior reperiatur, quàm in conuentione expressum fuerit is est tex. in l. si duorū, 43. ff. de actio. emp. in uersi. nec enim, & prima facie nō aliud significare uidentur uerba tex. ut per Parisi. d. consi. 64. nu. 38.

Ea

pauli est, non Vlpiani, vt constat ex libris emendatis: quod etiam periti ex stilo eorum facile dignoscent. Casus ibi fuit de vendente & emente simul duos fundos: & inquit I.C. separatim de modo seu mensura cuiusque fundi pronunciatum fuisse & contigisse: vt decem iugera in altero de fuerint, in altero abundauerint: disputat I.C. an venditor excusetur in fundo mi noris quantitatis, cum in alio plus præstet, arguitque ad partes: tandem concludit rectius, esse vt lucrum cum damno pensetur. Inde colligunt aliqui ex supra citatis, regulariter lucro emptoris cedere, si res maior reperiatur, quasi ibi in diuersis re bus dubitatum fuerit, ex eo quòd augmentum alterius ad emptorem pertineret idque colligunt magis ex d. uersic. *nec enim* vbi id pro iuris regula adduci putant. Ego autem puto Iureconsultum talem regulam nō asserere, sed magis contrariam: si enim quod plus esset in re, cederet lucro emptoris, non satis fecisset venditor quod deerat in altera re, cum eo quod in altera abundabat. Disputatum autem fuit, an & ad quid teneretur venditor: sed concluditur, eum excusari ob compensationem. Nec obstant verba d. versi. quæ ita habent. *nec enim id quod amplius in modo agri inuenitur, quam alio quin dictum est, ad compendiū uēditoris, sed emptoris pertinet. & tūc tenetur uenditor cum minor modus inuenitur.* Quæ uerba ex precedentibus intelligo prolata in argumentum excusandi venditoris eo casu: ut, I.C. ibi ad partes arguit: non autem quod ea uerba inducant regulam pro emptore: sēsus autem sit quod ibi instabat emptor contra venditorem, ipse autem se excusabat, eò quod in altero fundo plus inerat, id quod non sibi retinebat, sed emptori cedere volebat: hic vero sensus magis congruit, attento versi. preced. in quo affertur exceptio, vel ratio vēditoris. Et sic ea omnia verba in exceptionem venditoris afferuntur.

13 Ex quo interpretandi modo explicari etiam poteiūt alia uerba eiusdem l. in præceden. versi. ibi, *an non faciat dolo qui iure perpetuo utitur*, glo. ibi refert ea verba ad emptorem, an dolo faciat: Pau. & alij torquentur, & varie intelligunt: nec aliquid afferunt, qnod congruat illis verbis. *iure perpetuo*. Ego vero cō tra glo. & plures accipio ea verba in vēditore: sic enim incipit I.C. in d. versi. præcede. *Sed an exceptio doli uenditori profutura sit*, tunc autem continuatur argumētum & dubitatio Iurisconsulti, quasi non inique faciat emptor iure perpetuo utens, idest, doli exceptione, quæ in iure, & ab eodem I. C. paulo

perpetua

perpetua appellatur ut in l.pure,§.fi.ff.de doli exce. Alii meliora afferant, si nostra damnauerint.

14 In eadem materia adducitur tex.in d.l.si seruus,§.si modus ff.de actio.emp.quem inter alios citat Pau.Castr.in d.l.2.in fine,C.de peri.& commo rei vend.tex,generaliter inquit, quòd venditor tenebitur,si modus agri minor inueniatur: Pau.in d.l.indistincte intelligit etiam si venditio fuerit ad corpus, non ad mensuram: atque etiam si unicum precium expressum fuerit pro tota re, non ad singula iugera, & ita intelligit Fulgos. in d.§.non leui argumento, ut per eum ibi.Glo. autem in d.§. & plures intelligunt, quòd singulis iugeribus assignatum fuit certum precium.Ego generaliter tex.intelligo, ne litera generalis restringatur, ne etiam diuinatorius sensus applicetur:tum ex multorum authoritate & æquiori opinione, ut licet dubitetur, quando res maior reperitur, an id cedat lucro emptoris, non tamen dubitetur, quãdo minor reperitur:quia nulla culpa emptori, fraus autem venditori uerosimilius imputari potest, ut supra nu.8.ad finem, idque suadetur ex generali regula in eisdem terminis l.2.& in l.ex empto, ff. de actio.emp. in hoc contractu ex doctrina Iureconsultorum, ut interpretatio fiat pro emptore contra venditorem, l.Labeo 21. ff. de contrahend. emptio.

15 Omnes etiam in hac materia arguunt à iuribus quæ maxime in ultima voluntate dicunt,falsam demõstrationem non uitiare,ita Oldra.d.cons.& omnes post eũ, quod videbis apud Soci.in d.l. demonstratio, & apud omnes supra citatos. Sed ea argumentatio tot tantorumque patrum nec apta nec efficax uidetur. nam in hac materia actus semper valet, & effectum habet: ideoque non est necessarium argumentari ex d. regula ad actum sustinendum.Item d.l. demonstratio, & iura similia non dicunt, quòd si plus seu maior quantitas reperiatur,q̃ testator dixerit, totum cedat lucro legatarii: & secundum hanc considerationem patet, DD.in proposito non bene adducere tex.in l.si seruus,§.qui quinque, ff. de leg.1. & tex.in l.quidam testamento, ff.eodem, quem adducit Oldrad.& alii supra citati & Alex.cons.8 lib.4.sed is tex. loquitur in diuersis terminis,nẽpe vt designatio loci, vnde legatum soluatur, non reddat illud conditionale, vt notant Bar. & alii inibi Ias. in l.quæ dotis,nu.41.ff.solu. matr. Iacobin. commendans, in l.si fideicõmissũ,§.tractatũ,n.7.in fine, ff.de iudic. Nec inter

doctos

doctos negari debet, quod prædicta iura in multis procedũt specialiter in relictis & vltimis voluntatibus in quibus testantis tantum voluntas, non legatarii attenditur, in contractibus autem reciprocis duorum voluntas spectatur, & tenor conuentionis, iuxta tex. in l. in conuentionalibus, 52. ff. de uerb. oblig. & ita non omnino improbari debet quod dixit Imola in d. cap. per tuas, ad finem, de dona. quem sequuntur Dec. & Cur. d. cõs. Alii autem dicunt differentiam Imol. communiter reprobari, ipsi tamen interrogati circa dicta iura vltimarum voluntatum non possent negare quod dixi, multa illic haberi, quæ ad contractus trahi nequeunt: vt etiã mediocriter prouecti agnoscẽt.

16 In eadem materia adducitur tex. in l. qui fundum, 45. ff. de euict. cui maxime innititur Paris. d. cons. 64. lib. 1. num. 42. vt lucro emptoris cedat, quando res maior apparet, quàm in contractu dictum fuerit: & ita ibi notat Fulgos. sed glo. ibi satis respondet, non male interpretando tex. & cum ea Cur. d. consil. Vere enim in d. l. satis colligitur, quòd emptor non tantum emit certa iugera, sed etiam totum, quod intra fines continebatur, nec aliter fortasse empturus fuisset: vnde si ex finibus emptis aliquid euincatur, iustissimum fuit actionem emptori præstare, ex reg. d. l. 2. ff. de acti. emp. & ex traditione Fulgos. in l. si in venditione, §. i. ff. de peric. & comm. rei vend. Quod equidem diuersum est à precedente tractatione, maximè secundum ea quæ mox dicemus nume. 18.

17 Omnes etiam in ea materia adducunt tex. in d. cap. per tuas de dona. vbi non solum in contractu mere onerοso, sed etiam in donatione remuneratoria suppleri iubetur, quod deerat numero expresso. Ex DD. autem supra citatis aliqui accipiunt illum tex. quasi loquatur in concessione ad corpus: alii ad mensuram, & ita varie eum flectunt ad præcedentia. Sed litera euidẽter indicat, donationem præcessisse quatuor modiorum, & ea quæsitũ fuisse ius donatario, secundũ regulã l. fi. C. de vsucap. pro don. l. perfecta, C. de dona. quæ sub mo. Vnde nimirum si postea deficiente parte illius numeri vel mensuræ debeat suppleri iuxta modum donationis, per dicta iura, & precisa uerba l. si quis argentum, §. finali. C. de dona. vt bene sentit Imola in d. cap. per tuas nume. 9. & ita textus ille separandus est ab aliis in hoc proposito adductis.

Non omitto, quòd circa textum in d. ca. solet dubitari quomodo ibi ualuerit donatio rei ecclesiastice, & cõmuniter ibi & alibi

alibi resoluitur, valuisse ob causam remunerationis. Vnde colligunt scriben. in varijs locis, posse ordinarios ex tali causa donare & distrahere, quod maximam fraudibus viam aperiret ad dissipāda bona ecclesiastica: ideoque melius ibi sentit Imol. nu. 4. expendens verba tex. quatenus habet, eam donationem factam de mandato papæ: & ita retorquetur contra communem allegationem, vt plenius deduxi in commentar. l. 1. in 3. par. char. 120. versi. nec obstat. C. de bon. mater. Nam in sūmo pontifice quoad ecclesiastica, vel in re quoad secularia non atenditur communis solenitas, vel regula prohibitoria, vt notat paris. post alios in cap. ad audientiam, de præscrip. & capitius decisio. 16.

18 Tandem in hac vtilissima materia aduertendum puto, differētiam constituendā videri inter obligationem supplendi precij ex parte emptoris, quando res maior apparet, quam dictum fuerit in contractibus, & inter ius retinendi augmentum quod intra expressos fines reperitur: vt sic dici possit, quod abundat, etiam venditum censeri, sed precium supplendum fore: quod colligi potest ex pau. cast. in d. l. 1. in fine, C. de peri. & commo. rei vend. Alij enim id non ita exprimunt, licet plures de precio supplendo tractent. Nec dicas modicum esse talem effectum: cum emptor necessario obtinere debeat totum quod in re empta abundat, nec venditor soluto ei precio, possit illud sibi retinere, Quod in iure, & inter homines, cum voluntatem, & necessitatem respiciat, magni momenti censetur, iuxta reg. l. nec emere. c. de iur. delibe. &, l. fi. cum glo. ff. de vsu & habit. cum etiam interesse censeatur non semel, carius emere, l. si cui fundus, ff. de leg. 2. Id autem existimo voluntati emptoris relinquendum, cum venditoris culpa sit exprimere minorem quātitatem rei, quam distrahit, vt supra dictum extat. Nec emptor cogi debet plus emere, quàm conuentum fuerit: minus etiam cogi debet intra limites & fines sibi demonstratos vicinum habere ipsum venditorem vel alium, cum non aliter emisset nisi putaret se possessurum totum illud intra confinia declarata in venditione, argu. tex. in l. quod sæpe, §. fi. ff. de contrah. emp. tex. notab. in l. cum eiusdem, 34. versi. *non nisi omnes*, ff. de ædi. edic. Preferendus etiam est qui maiorem rei partem habet, per tex. & Bal. in l. sancimus, § ne autem, c. de dona. cum ijs quæ eleganter videbis in predictis commentarijs l. 1. in 3. par. char. 142. col. 4. C. de bon. mater.

Sæpe

19 Sæpe diximus in discursu huius l.cum Cin.Bal.Pau. Cremē cagnol.& aliis hic & glo.& DD.in c.cum dilecti, de empt.& uendit.decisionem huius l.procedere,quando læsio tantum est in precio:si enim uēditor uel emptor in dolo fuerit,datur alteri eorum actio uel exceptio ad emendandum dolum,non specta ta hac quantitate læsionis. Distinguitur autem inter dolum dantem causam contractui, & dolum incidentem in contractum:& in prima doli specie distinguitur inter contractus bonęfidei.& contractus stricti iuris:quæ omnia longam postulabant tractationem,de qua non pauca scripta habemus,sed iam properandum magis est. Debent igitur contrahentes aduerte re,an possint dolum probare, qui indiciis & coniecturis probatur l.dolum.C.de dol.Exemplum uero uel species doli ad rescindendum contractum uel supplendum iustum precium colligitur ex notab.traditione Pau.in d.l.item si precio.§.fi.ff.loca.de qua supra in 4.cap.2.par.nu.19.fo.112.de rustico afferente librum homini docto,uel gemmam perito artifici, quorum fidei crediderit.

20 In quo exemplo ex traditione Pau.in d.loco,non uidetur tutum,quod tradit doctiss.& digniss.Cardinali.Caietanus in summula,uerbo,emptio.2.dicens,tunc emptorem scientem ualorem gemmæ securum fieri,si protestetur rustico, se uelle cum bona conscientia emere: quasi tunc culpa sit rustici admoniti non inquirentis rei ualorem,subdens quòd emptor non tenetur rustico ueritatem explicare,quam ipse ab aliis scire potest. de quo non immerito dubitauit Cagno.hic nu.21.Ego autem (saluo iudicio sacræ Theologicæ facultatis) reiiciendam puto eam opin.Gaiet.cum & in foro exteriori talis deceptio reprobetur secundum Pau.in d.loco:minus ergo probari debet in foro conscientiæ Nec enim christianus candor admittit, sub illo uerborum aucupio simplicem rusticum fallere, qui ex illis uerbis conscientiam prætendibus magis decipi potest argu.l. ea quæ commendandi,43.in fine, ff.de contr.emp.& l.1.uersi.1. in fine,ff.de ædil.edic.ibi,*palam & rectè pronunciando*, nec rei ueritas ex illa uerborum cautela immutatur, l sicut C.ad l.Cornel.de fals.facit l.1.C.si min.ab hered.se abstin. quoad forum enim interius minus ualere debet color vel fucus.

21 Aliud exemplum doli ad succurrendum emptori colligitur ex tex.in l.si vina,15.uersi.planè,ff.de peric.& commo.rei ibi, *cum intelligeret uenditor nō duraturam bonitatem eorum usque*

in eum diem, quo tolli deberent, nec admonuit emptorem, tenebitur ei quanti eius interesset admonitum fuisse. Glo. ibi intelligit, venditorem asseuerasse bonitatem rei duraturam & teneri de falsa assertione: cum glo. transeunt Alber. & Fulgos. ibi. Sed litera euidenter indicat teneri venditorem, si falso asseuerauit: nec minus teneri, si sciens rei bonitatem non duraturam, id tacuit, & ita verius sentit Salic. ibi. & aperte id notat Bal. ibidem quod iuuatur ex tex. in l. quæro, ff. de actio. emp. ibi *nec certiorauit emptorem*, id enim dolus appellatur, in l. Iulianus, §. idem Iulianus, ff. de actio. emp. & ad hoc illum tex. in l. si vina, notat Roman. sing. 281. & Hippol. de fideiuss. nu. 88. sed prius eundē tex. dicit notab. Bal. in l. 2. C. de peric. & commo. rei vend.

22 Ex illis iuribus colligebant antiqui & Bar. in d. l. quæro, ꝙ si aliquis de consilio regis vel ciuitatis, scit, propediem taxandū fore preciū, frumēti uel uini, & sciēter id carius vēdat tenebitur, restituere uel minuere preciū iuxta id quod postea publicatur, & ita Bal. in d. l. 2. C. de peri. & com. rei vend. pau. in l. 1. de act. emp. §. fi. Rom. & Hip. proxime citati. idē Hip. in l. statu liber, nu. 17. ff. de quæstio. Bar. & pau. in l. contra legem, ff. de legi. Afflic. decis. 399. nu. 9. Couarru. in reg. peccatum, 2. par. §. 4. fol. 37. Qua in re non inepte Hippol. hoc intelligit quando publicāda est constitutio intra breue spacium tunc enim versatur fraus, non ita in constitutione longius differenda, quia tūc poterit emptor interim distrahere, & sibi cauere. Similiter ꝙ inquit pau. Roman. & alij de magnate, vel alio de consilio regis, vel reipu. intelligas id dictum gratia exempli, & frequētioris euentus. Sed à paritate rationis idem dicendum videtur, in alio cui id reuelatum fuerit, quod generaliter tradit Bal. in d. l. 2. C. de peric. & commo. rei vend. & cum eo Afflic. d. loco.

23 Sed Fulgos. (quem alij non referunt) in d. l. quæro, contra Bar. & omnes contendit, præcedentem traditionem iure non subsistere, nec in praxi seruari, dicens quod astutia & diligētia contrahentis debet ei prodesse, arguit etiam ex illo vulgari, licere contrahentibus in precio se decipere, nec male respōdet ad iura quibus DD. fundantur: loquntur enim de intrinsecis, vel partibus rei venditæ: non de extrinsecis & accidentalibus. Sed adhuc non videtur recedendum à recepta opinione, quæ specialiter á DD. traditur in constitutione publicanda, in qua particularis ratio vigei, ne quis ex lege omnibus vtili cum alterius iactura inique locupletetur: & ita DD. specialiter argu

unt

unt ex dicta lege contra, & l. fraus, ff. de legib. quod magis procedit in consiliario vel officiali ita callide in rem suam publica consilia vertente,& multo magis ea calliditas dānāda erit ad forum cōscientiæ,ex traditis a D. Soto, de iusti. & iur. lib. 6. q. 3. arti. 2. facit ad hæc, quod refert Valer. Max. lib. 8. c. 2. in prin. sed vide Bal. limitantē in c. cōstitutus, n. 12. de rescri.

24 Ex quibus infertur ad quæstionem mercatoris carius vēdētis tempore inopiæ talium rerum, scientis propediem venturas naues afferentes abundantiam, uel econtrario si mercator sciens non esse venturas merces, quæ solēt ad locū afferri emat omnes quæ in loco sunt, iuxta precium tunc commune, & postea vendat carius. In his enim & similibus alia inspectio est quoad strictum forum conscientię,& summe bonitatis & charitatis,& tunc non censetur sincere facere, qui eo compendio vtitur honestum post ponendo. quod colligitur ex Cicerone lib. 3. offi. Diuersa inspectio est quoad exteriora iudicia & tribunalia: ea enim diligentia negociatiua non deceptiua est, ex notab. doctrina Bal. hic col. 1. in 3. oppos. & ita iudicatum tradit Fulgos. in d. l. quęro, & ita eleganter deducit Alexan. ab Alex. li. 6 de geni. dieb. c. 1. Quod etiā aliqualiter admitit alea vel sors mercaturę arg. l. si ea lege, C. de vsur.

25 Ad pręcedentia de dolosa dissimulatione, vel simulata assertione, est egregium responsum Alex. consi. 242. lib. 6. quod ipse putat indubitabile: plures autem cōtra Alex. fortasse respōdebunt: casus ibi erat, quod gestor vel procurator episcopi locauit redditus & iura episcopatus: & conductoribus ostendit librum debitorum & iurium, concludit Alex. nullum recursum dari conductoribus, etiam si magnam diminutionem reperiant, si procurator non asseruit omnia contenta in libro esse vera & exigibilia. Sed ex præcedentibus contrarium videtur tutius: satis enim asserere videtur, qui librum ostendit, secundum notata per gloss. Barto. Paul. Iaso. in lege prima §. editiones, ff. de eden. Innoc. in c. cum venerabilis, de exce. & ibi Felin. nu. 23. notanter Hispan. Xuar. alleg. 17. col. 2.

26 Ad multa superius tradita in discursu horum commentariorum,& in materia huius l. memorandum est, quod emptor non dicitur malę fidei possessor etiam si venditor lęsus maneat vltra dimidium iusti precij, si dolus ex parte emptoris non interuenit, quod satis colligitur ex decisione huius l. personali actione ex humanitate tantum succurrentis. Colligitur etiam

ex l. dolus, infra eod. & notabiliter ex Bal. hic col. 1. in 3. oposi. idemque volunt scriben. in varijs locis vt sæpius ex supra deductis deprehenditur: & in terminis notat elegâter Panor. in c. per tuas, col. 3. nu. 8. de dona. & eo non relato probat egregie Couarru. lib. 1. resolu. cap. 3. nu. 5. vers. imo vt vltimatim, colligiturq; ex sæpe citatis uerbis I. C. in l. in causæ, §. idem Pomponius, ff. de mino. l. item si precio, §. fi. ff. loca. Quoad forum interius seu conscientiæ à dominis Theologis multa traduntur, quæ apud eos videri & ab eis audiri possunt. Luculenter etiam tradit D. Nauarrus in c. nouit, 6. notab. ad fin. Hoc vero conducit maxime ad quęst. fructuum, de qua supra in 4. capi. secundæ par.

27 Nec omitto unum quod memorandum fuerat in q. de qua supra in 4. cap. 1. par. nu. 1. de emente rem minus dimidia iusti precij, eamque statim locante vēditori, vel ei in emphiteusim concedente: aliquando enim poterit talis contractus vsurarius & nullus esse, vt tradit D. Azplicueta Nauarrus in suo excellentissimo Manuali confessorum, pag. 280. nu. 130. secundum nouiorem editionem salmanticnam. Adde etiam in simili ad eam q. quod tradit Cagnol. in l. 2. nu. 167. C. de pactis inte emp.

TERTIA PARS L. SECVNDAE.

C. de rescin. vend.

CAPVT TERTIVM.

SVMMARIVM.

1 *Examinatur plenissime traditio glo. hic, an res tantum, an etiā precium in obligatione sit: in quo referuntur variæ opiniones & emendantur multa à DD. incaute tradita usque ad nu. 5.*

6 *Traditur in eadem q. singularis opinio Fulgos. quæ noue & vrgenter comprobatur.*

7 *Ostenditur contra omnes, & grād em contentionem scribēn. nullius esse momenti, & nu. 8.*

9 *Probatur nō esse ineptū agēdi modū in hac materia simpliciter rē petere nō alternatiue cōtra quā plures, & nu. 11.*

12 *Probatur cum Barto. tutius & melius esse in hac materia alternatiue agere, & explicatur illud uulgare, quod sententia debet esse conformis libello.*

Z Traditur

13 *Traditur non uulgaris opinio ut sustineatur libellus, in quo uenditor uel emptor lesus petat se in integrum restitui.*
14 *Explicatur in eodem themate particula quadam l. 1. infra si maior fac.*
15 *Agitur plenissime de intellectu c. cum dilecti. de emp. & uend. & probatur contra innumeros in casu illius tex. non fuisse libellum ineptum, nec eo nomine resultasse nullitatē iudicij vel sententiæ & reprobantur multa à DD. tradita, usq; ad nu. 22.*
23 *Agitur de traditione, ad quam sæpe citatur glo. in princ. Instit. de oblig. de nullitate ex libello inepto.*
24 *Tractatur vtilis q. ad praxim huius l. & de intellectu l. habebat ff. de instit. cum aliis vsq; in finem.*

TERTIA PARS L. SECVNDAE C. de rescin. vend.

CAPVT TERTIVM.



1 IN q. de re perēpta penes emptorem (quam examinauimus supra in 1. cap. 2. par. nu. 36.) dixit, glo. in materia huius l. venditore læso manente solam rem distractam esse in obligatione, supplementum vero precij in facultate soluendi: in quo mire variant vtriusque iuris interpretes, diuisamque tradunt scholam Canonist. & Legist. Plurimi enim opinionem Accurs. sequuntur vt sola res in obligatione dicatur: alij contra, tam precium, quam rem esse in obligatione asserunt. Nec deest longe diuersa opinio Fulgos. hic nume. 9. non relati, qui magis contendit, solum precium esse in obligatione, restitutionē rei in facultate: putantq; oēs ex ea differētia & inspectione grādes effectus resultare: cum glo. est Bal. hic n. 14. q. 11. & n. 19. q. 15. & Sali. q. 14. n. 18. & n. 22. dicēs opinionē gl. cōmunē esse, & pau. n. 16. & Molin. eādē cōmunē dicēs ī cōsue. paris. §. 22. n. 42. & Couarru. lib. 2. & resolu. c. 4. col. penul. Anto. Gome. de cōtrac. cap. 2 fol. 11. col. 3. & cum glo. est Goza, cōs. 44. n. 10. & Cagno. hic n. 16. & alij, quos ipsi referūt. Cōtrariū cū Ioā. Andr. tenet Panor. in c. cū dilecti, ad fi. de emp. & vendi. dicens, & ita communiter tenere Canonistas

vt in hac materia tam precium,quam res in obligatione esse dicatur:& ita Creme.sing.84.& late Bero.in d.c. cum dilecti,nu. 75.& 79.& Ripa in l.quod te,nu.11.ff.si cer. pet. Vacillat autē Panthal.hic,nu.191.& Imol.in c.cum causa,n.25.de em.& vē.

In ea varietate solet allegari Bar.pro opinione Canonistarū contra glo.hic,& ita eum citant Molin.& Couarru. vbi supra, Cremen.& Cagnol.hic,& alij alibi. Ego autem verissimum puto Bar. tenuisse opinionem glo. vt colligitur ex ipso nu.13. neque contradicit,cum postea nu.16.in forma libelli consulit,vt formetur alternatiue.Id enim inquit ad tollendam dubitationē, & quia ea alternatiua petitio procedit ex electione, quæ conuēto competit,iuxta decis.huius l.& sic authoritas Bar.;cū gl.est. 1

1 Glo.autem pro sua opin.adducit text.in l.si res,§.1.ff.de iur. dot.vbi in versi.Marcellus,habetur,quod si in æstimatione serui dotalis mulier læsa fuerit , mortuo seruo non tenebitur vir ad iustam æstimationem,sed tantum ad preciū, quo seruus æstimatus fuit. Tunc autem inductio illius text. colligi debet ex eo, quod æstimatio in dotalibus facit emptionem , l. plerunque, & l.quoties,ff.de iur. dot.& sic in venditione iam videtur text. ille probare,re perempta penes emptorem, nihil deberi venditori,nisi precium cōuentum,& eo soluto cessare obligationem: quasi nō iusta æstimatio,sed res ipsa in obligatione fuerit.Quæ inductio cōfirmatur, quia si vtrūque esset in obligatione,re perempta videretur manere obligatio iusti precij,vt regulariter in iure habetur in alternatiuis,l.stichum,95.in prin. & in §.1. ff.de solu.Huic argumento non satisfacit Panor.nec Berous in d.c. cum dilecti.Alberi.hic,nu.11.respondet,in d.l.si res,esse speciale ius in re dotali, eo quod si res æstimata non fuisset, periret vxori cuius erat.quæ tamen responsio parum valet, cum aliud non afferat,nisi fingere casum,quo ibi cessaret venditio,scilicet deficiente æstimatione,sicut etiam in proposito absque precio non esset venditio, & res periret domini periculo. Sed d.l.non videtur recte adduci ad decis.huius l.cum ibi non spectetur læsio vltra dimidiam,& inter coniuges exactissima ęquitas consideretur,vt deduxi in 1. capit.1.par.per tex. & gl. in Authen. de æquali.dot.& Alberi.in l.si circūscripta,C.solu,matri.Item ad argu.d.l.colligitur responsio ex Pau.hic, n.16. Fulgos.n.10. Cremen.n.196.vers.tu autem,& Couarru.vbi supra,& alijs bene sentientibus,ad casum rei peremptæ parum referre, an vtrūque sit in obligatione nec ne, quando precium debetur respe-

ctu rei,

ctu rei, vt in l.electio, 26.§.si is quem, ff. de noxal.

3 Pro opinione glo.solet etiam citari tex.in l.miles, §.decem, ff. de re iudi. cui non satisfacit Pano.in d.c.cum dilecti, n.9. Berous autem nu.59.vers. pro opinione, comminiscitur rationem quandam differentiæ inter actionem huius l. & noxalem, de qua in illo tex. Sed melius respondebitur quod in casu huius l. non reperitur decisa hæc dubitatio: in casu autem actionis noxalis aperte iuris conditores id expresserunt. Ratio autem fortasse fuit, quia damnum passus non poterat aliud petere, nisi quod sua intererat, nempe damni æstimationem, cum actio ex iure agentis mētiatur, l.1.§.1.ff.si pars hære.peta. Iuste autem l. succurrit conuentis actione noxali, ne seruorum malitia vltra eorum valorem dominis damnosa esset, §.1. Instit.de noxal. Non potuit igitur serui deditio in obligatione principaliter considerari: sed infra ostendetur argumentum de actione noxali non seruire ad opinionem glo. magisque vrgere pro singulari opinio. Fulgos.

4 Pro opinione autem (quæ Canonistarum appellatur) quod res & precium æqualiter sint in obligatione, ponderatur tex. in d.c.cum dilecti, quasi ibi iudicium & sententia corruerit, eo q̄ alternatiue actum, & iudicatum non fuerit: adduntque plures Papam id declarare voluisse ad tollendam dubitationem gl. & DD. Inferius verò ostendemus longe diuersum esse sensum illius tex. Arguunt etiam ex c.cum causa, eod.tit. vbi in hac materia ponitur sententia alternatiua: vnde colligunt præsumptionem, quod ita actum fuerit. Quæ argumentatio parum valet, quia non constat an eodem modo actum fuerit: & licet ita actum fuisset, non sequitur id pro forma requiri, nec in libello, nec in sententia. Nec valet alia inductio aliquorum arguentium, quòd non procederet petitio nec sententia alternatiua, si vnum tantum esset in obligatione. Id enim falsum est in iure, vt ꝓbat ex Bar.hic.n.16.tradit Anto. Burg. in d.c.cū dilecti ad fin. & probatur ex §.1.Insti.de offic.iudi. & ex dicto.§. decem, l.miles.ff.de re iudi. quę iura ostendunt posse alternatiue iudicari etiam in casu, in quo vnum tantum est in obligatione, alterum in facultate soluendi, & ita cōsuluit legis lator: qđ æque ad libellū applicatur. Nec enim in agente vel iudicante culpari potest talis alternatiua, in qua exprimitur id, quod de iure committitur electioni conuenti, cui alternatiua ipsa nullum incommodum affert.

5 Miror etiam August. Bero. in d. ca. cum dilecti, nu. 76. nimis anxium se ostendere ad conciliandum tex. in d §. 1. Instit. de offi. iud cum §. decem, l. miles, ff. de re iudi. quasi ex diametro aduersarentur, variasq; affert conciliationes, sed inani labore: cum iura illa similimam decisionem habeant. Nec enim I.C. (in d. §. decem) negat sententiam posse tunc ferri alternatiue, vt reus æstimationem præstet vel seruum: imo id permittit aperte in princ. ibi, *decem, aut noxæ dedere condemnatus*, nec contradicit in versi. at iuditium. Ibi enim tantum inquit, non posse iudicem facere, quod iudicium solius noxæ deditionis nullum sit, idest, non posse iudicem facere, ne reus tūc electio nem habeat soluendi ęstimationem, vel noxam dandi. Quod parum obscurum non videtur percepisse doctissimus Ripa ibi, nu. 3. Ex quibus arbitror, in actione noxali procedere petitio nem alternatiuam, cum in sententia id iure decisum sit in d. §. 1. Instit. de offic. iud. In libello enim eadem ratio est ex supra deductis: quicquid contra sonent verba Pau. & aliorum in d. §. decem, & Cin. hic, q. 13. & deterius Bero. in d. ca. cum dilecti, nu. 79. in fi. nec iuris regulæ ferunt, vt iudicium corruat ex libello alternatiuo ad separata: in quibus notum est, vtile per inutile non viciari, Barto. Alex. & alij in l. 1. §. sed si mihi, ff. de verb. oblig. & ibi circa libellum tradit Ias. nu. 14.

6 Dixi superius, solum Fulgos. contra omnes tētasse, quòd læso venditore non res, sed precium principaliter dicatur in obligatione: quod ipse aliqualiter colorat. Sed pro eo considero, quod venditor principaliter intendebat precium consequi ab emptore: vnde actio principaliter ad precium censenda videtur, secundum ea, quæ notauimus supra in 2. par. rub. c. 2. n. 24 Quod iuuatur ex cā ipsius actionis, quę procedit ex lęsione in precio: & sic precium principaliter respicere videtur, argumēto doctrinæ, quæ colligitur ex I.C. in l. qui id quod, ff. de dona. Pro Fulgos. etiam potest subtiliter induci tex. in d. §. decem, l. miles, ff. de re iud. vbi in obligatione principaliter esse dicitur id, quod pertinet ad resarciendum damnum agentis. Sic in proposito similior est satisfactio in precio, quā in restōne rei, cū & læsio in precio fuit. Vnde videretur pro Fulg. dicendū, qđ supplemētū pcij in his terminis magis sit ī obligatione q̄ ipsa res.

7 Retulimus, & melius fortasse quàm alibi explicauimus aliorum opiniones & fundamenta in hoc articulo. Mea vero sententia, tota ea DD. altercatio minimi, vel nullius momenti est: cùm

cum Bald.hic,nume.14.& reliqui omnes, maxime Panorm.in d.c.cum dilecti, putent ex resolutione eiusdem contentionis grandes effectus resultare. Quod contra eos omnes ostendo: nam ea inspectio principaliter applicabatur ad q.gl. de re vendita perempta apud emptorem, in qua etiam sequentes opinionem glo.agnoscunt, liberari emptorem, si res apud eum sine eius culpa perierit:siue res ipsa tantum, siue res & precium in obligatione dicatur,vt supra in 1.cap.2.par.nume.36.cum sequent.vbi id probaui receptius apud scriben.& apud Hispanos decisum l.parti.Alius posset cōsiderari effectus in eadem altercatione,nempe quoad formam sententię, in qua etiā satis probatur ex proxime dictis nihil referre,an vnum, an vtrumque sit in obligatione, ex text. in d.§. primo. Institu. de offic. iudi. & d.§.decē,l.si miles,ff.de re iud.Quibus iuribus probatur,posse sententiam proferri alternatiue ad rem, vel ad precium,etiā si alterum tātum sit in obligatione. Alius effectus versari posset quoad formam libelli seu modum agendi, in quo etiam euidenter ostenditur,nullum discrimen, nullumque effectum consistere in tota ea altercatione: idque colligitur ex supradictis.

8 Nunc verò id magis probabo,quia siue vna, siue altera opinio teneat,nihil impedit libellū & iudiciū ꝓcedere, vt tādē videt agnoscere Bal.(male sibi constans)num.19. & notabiliter Ant.Burg.in d.c.cū dilecti.ad fi.Si enim teneat opinio gl.ꝙ sola res sit in obligatione,ꝓciū aūt in facultate soluēdi, adhuc sustinebitur libellus alternatiuus in hac materia,vt rectissime sentit & consulit Bar.hic,q ꝓbauit opinionē gl.& tñ cōsulit,vt libellus seu petitio cōcludat alternatiue. Obiter aūt hic aduertas,Bar.loqui cōsulēdo,nō quasi id necessariū vel de forma sit ꝙ memoro,qa fere oēs male accepisse vidētur verba Barto.vt paulo inferius deducā.Quod autē retēta opinione gl.procedat libellus alternatiuus,efficaciter probatur ex d.c.cū cā,arguēdo de sententia ad libellum:nihil enim impedit petere,quod secūdum ius potest iudicari:nec tūc improbari pōt desideriū agētis ex doctrina l.desideriū,C.depo.a cōtrario sēsu:agnoscēda tñ'ē aliqualis differētia inter libellum & sententiam,vt infra.Probatur eadem opinio ex recepta theorica,vt libellus, & iudicium sustineatur ex parte apta, licet alia impertinēs adiecta fuerit,vt supra diximus cum Ias.in l.1.§.sed si mihi,nume.14.ff.de verb. obligatio.de quo sunt iura & DD. vt per Alexand.consil. 105. in fin.lib. 3. Probatur magis, quia tunc alternatiua non affert

incer-

incertitudinem,cum eius electio conuento detur:imo non est, quid tunc imputari debeat actori,cum talis alternatiua,quodã modo necessaria sit ob eandem electionem,quam lex aduersario tribuit. De iure enim alternatiua petitio admittitur, quod eius certitudo pendet a facto,seu voluntate cõuenti l. 1.§.quia autem.& ibi Bar.& Rip.ff.quor.lega.tex.& scrib.in l.vbi autẽ, 75.§.qui illud,ff.de verb.obli.Alex.cons.182.col.1 lib.2.& in proposito Anto.Burg.in c.cum causa,col.1.nu.3. Aufrer.in q. capel.469.conducunt quæ refert Hispan.Gome. de contract. capitu.vndecimo nume 40.

9 Similiter retenta opinione (quæ Canonistarum appellatur) vtrumque esse in obligatione, rectius contra quamplures dicetur,procedere libellum,& iudicium, in quo agens simpliciter rem petat,vt rectissime,& cum iudicio resoluit Bal.hic nu.19. quod non tam bene senserat nu.14.Quod maxime suadetur ex ratione,quam sentit Bal.d.n.19. quia scilicet is agendi modus nihil conuento adimit, cui electio salua manet. Satis vero est, apte factum narrare,ex quo ius ellicitur cuius veritas ex verbis agentium non mutatur,l.sicut,C.ad l.Cornel.de fal.Nec enim ad actorem spectat forma sententiæ, cum in iudicio, iudex & agens diuersæ personę sint. Et ita resoluendum omnino est,in hac materia procedere libellum præcisum, vel alternatiuum,& vtroque modo iudicium sustineri,vt bene sentit Bart.nu.16.& colligitur ex Bal.d.nu.19.ex Salic.q.19. Et vtroque modo agi posse,tan quàm receptum tradit Gozad.cons.44.nu.11.idemque pr obare videtur Cagno. hic nu.116. Chassad, de empt.& vend.decis.1.ad fin.sentit Ripa.in l.edita, nu.17.C. de eden.& Anto.Gome.de contrac.cap.2.fol.11.col.3.eaque opinio verior, & receptior censenda est; & iuuatur ex reg.l.1.C. de for. subla.vt scilicet rei veritas,non formula attendatur: facit l.fi.§. fin.ff.quod met.cau.& quæ de sustinendo libello,& iudicio tradunt Alexan.& Ias. in l. sed & si possessori,§.item si iurauero,ff. de iureiuran.

10 Ex qua veriori,& rece ptiori resolutione cauebis ab Aemil Ferreto in d.l.vbi autem,§. qui illud, nu.4.ff.de verrb.obli.vbi incaute scripsit,omnes DD.in hac materia necessario requirere,cum ex supra dictis constet, id de consilio, non pro forma tradi, Vndę cauebis a simili errore Rober. Maran. in specu. iudicio 6.p.nu.81.vbi etiam incaute dixit, corruere libellum & iudicium in hac mate ria, si pręcise,non alternatiue agatur, idq; putauit

putauit ab omnibus receptum. Inde etiam inferes contra Ant. Burg. in d. c. cum causa, nu. 4. ad fin. ibi, *casus insolitus*, vbi præsupponit in hac materia regulariter non procedere libellum, nisi alternatiue concipiatur. Infertur similiter cauendum esse a Cin. hic q. 13. dum stricte putauit, non procedere in hac materia libellum alternatiuum, sed tantum præcisum: in quo aliter sensit idem Cin. in l. maioribus, quem ibi sequitur Fulgos. C. commu. vtri. iud. Sed magis cauebis a Pano. in d. c. cum dilecti, ad fi. & a Bero. ibi dum asserebāt, pro forma requiri hunc libellum alternatiuum: nec ea opinio debet communis appellari, quicquid ibi dicat Burg. nu. 12. qui tamen ad intellectum tex. ibi melius sentit, vt infra. Et ita cauebis a Pantal. Crem. hic, nu. 199. Inde etiam cauebis similiter ab Aymo Craue. consi. 151. col. prima. qui etiā quod de consilio tradunt Barto. & alij, pro forma accipiebat. Hinc etiam cauebis ab alijs in hac materia dicentibus quod si læsus agat præcise incidet in pœnā plus petentis: in qua opi. erat Hosti. in summa de empt. & vendit. nu. 7. & alij quos sequitur Imol. in d. c. cum dilecti, nu. 10.

11 Ex eisdem inferes friuolam esse concordiam, quam tanquā in magna contentione tradebat Imol. in d. c. cum causa, n. 25. dicens quod opinio canonist. seruabitur in terris ecclesiæ, opinio autem Legistarum, in terris imperij: vel alteram in iudicio ecclesiastico, alteram in seculari: quod etiam ad conciliationē tantæ litis probabat Berous in d. ca. cum dilecti, nu. 79. contra quos verius asseretur, nullam in hac re litem esse debere apud doctos, idemque ius omnibus terris, omnibusque iudicijs seruādum fore. Ex quo etiam prorsus reijciēda erit differentia, quam in hoc tradunt plures inter ius pontificium, & cæsareum, ita cauendum erit a Zaneti. differentia 216. Sit igitur vera & recepta resolutio, vt in materia huius l. procedat libellus tam alternatiuē, quam præcise conceptus.

12 Consultius tamen est, vt libellus, seu petitio alternatiue formetur, iuxta electionem, quæ de iure datur conuento, vt recte dixit Bar. hic, & cum eo Ange. Areti. in §. si quis agens, Insti. de actio. & plures supra citati, & ita praxis obseruat, vt ego sæpissime vidi. Et de praxi gallica asserit Molin. in consu. Paris. §. 22. nu. 42. char. 209. vbi tamen non percepit mentem Bar. putās eum non de consilio, sed de forma necessaria loqui, vt etiam putauit Cagnol. hic, nu. 116. & Cremen. nu. 192. & 199. & plures alibi. Sic videmus, quod duplex titulus ad cautelam allegari po-

ri poteſt, Feli. in c. in noſtra, col. 2. verſ. titulus, de reſcrip. libet alibi dubitet idem Felin. vt tradit inſignis Nauarrus in repe. c. accepta, 3. oppo. n. 3. pag. 67. de reſt. ſpo. conducunt quæ tradit Dec. in l. 1. C. de Carbo. edic. Infertur etiam non eſſe abſurdũ, nec iuri repugnans, vt libellus in hac materia formetur ſimpliciter ad rem, ſententia autem feratur alternatiue ad rem, vel ad precium: quod in ſimili colliges ab Afflic. deciſ. 32. contra plures in dictis locis, perperam & craſſe accipiẽtes illud vulgare, quod ſententia debet eſſe conformis libello, quaſi iudicis arbitrium, & poteſtas recedere nequeat a deſiderio actoris: cum etiam vulgares ſciant, eam regulam ſolum reſpicere, ne iudicetur de re in iudicio non tractata, iuxta l. vt fundus, ff. communi diuid. quam multis limitationibus ornat Feli. in c. licet, de ſim. Iaſ. in l. vinum, ff. ſi cer. pe. & ita eam regulã declarat Bal. quem vide, in l. fin. nu. 6. C. de fideicom. libe. Bal. in l. 1. nu. 11. & 12. C. ſi plures vna ſen. & Sebaſtia. Van. de nullita. pag. 317. n. 96.

13 Infertur ex eiſdem, ſanius ſuſtinendum fore libellũ in hac materia, ſi læſus ſe in integrum reſtitui petat: non enim verborum formulis inhærendum eſt, cum ſenſus, & rei veritas conſtet, licet aliter ſentire videatur Aymo conſil. ſeptimo. nume. duodecimo. Noſtra autem opinio ſatis probatur ex ſupra dictis. ſimul etiam ex opinione eorum, qui remediũ huius l. reſtitutioni comparabant, vt deduxi in 2. par. c. 4. nu. 4. vbi cõtrarium probaui, quicquid etiam colligitur ex glo. & DD. in l. in contractibus, C. ex quibus cauſis maiores: nam verum & receptum eſt, verba impropriari vt libellus, & iudicium ſuſtineatur, ſecundum late notata ab Alex. & Iaſ. in d. §. item item ſi iurauero, l. ſed & ſi poſſeſſori. ff. de iureiur. & alibi ſępe ſcriben. facit nota. regula l. ſi quis intentione, ff. de iudi. Nec omnino incongruit appellare in integrum reſtitutionem, id quod deciditur in hac l. quocumque enim modo ſatisfiat agenti, iam dici poteſt in integrum reſtitutus, arg. l. qui reſtituere, ff. de rei ven. ſed in terminis eſt tex. (quo aliqui perperam arguere poterũt) in l. dolus, in fin. infra hoc tit.

14 Ex eiſdem infertur ad intellectum tex in l. 1. C. ſi maior fac. in fi. lib. 5. (de quo ad q. fructuum late egimus ſupra in 4. ca. 2. par.) quem tex. ad formam libelli in hac materia adduxit Bart. hic nu. 16. in fi. licet ex Bal. & alijs ibi non male colligatur, Imperatorem ibi potius a loqui excipientem, quam agentem: vt etiam tradit Cagnol. hic nu. 116. Aduerto autem, quod tex. ibi

magis

magis sentire videtur, conclusionem agentis, vel excipientis ex hoc remedio simplicem, vel præcisam fuisse: iudicē verò informat Imperator ibi, vt alternatiue aduersarium condemnet: ita enim suadetur ex verbis illius l. ibi, *quod præsidis prouisione fieri conuenit*, & ibi, *in arbitrium eius ponere*. Ex quibus cessant multa, in quibus DD. anxie & inepte torquentur.

15 Ex quibus altius infertur ad veram interpretationem tex. sępissime citati in d.c. cum dilecti, de emp. & vend. in cuius explicatione DD. parum sibi constant. Casus ibi fuit, quod canonici Beluacen. uendiderunt siluam quandā abbati & fratribus Cariloci: postea Canonici contra emptores egerunt, dicentes se enormiter lęsos vltra dimidium iusti precii: simulque allegantes venditionem a quibusdam eorum factam ignorante capitulo: causa commissa fuit Decano Remen. de cuius sententia ita tex. habet, *cum ei per testes constitisset quod prædicti fratres siluam minus dimidia iusti precii comparassent, pronunciauit venditionem non tenere: & siluam Beluacen. ecclesiæ adiudicans canonicos in possessionem induxit. Quia verò in arbitrio emptoris est, si uelit supplere iustum precium, aut venditionem rescindere, cū res minus dimidia iusti precii comparatur, sententiam ipsam tanquam iuri contrariam irritantes, possessionem monachis iudicauimus esse reddendam*. Putauit Ioā. And. text. illic decidere altercationem DD. supra tractatam, an res tantum, an etiam precium sit in obligatione: & sentire tex. vtrunque in obligatione: tandemque intelligit, sententiam ibi fuisse nullam ex eo, quod Canonici læsi egerūt simpliciter, seu pcise, cū agere deberēt alternatiuē: quam interpretationem probat Panor. in d. cap. nume. 4. & Imol. nu. 16. eaque apud Canonist. videtur magis cōmunē dicere Burg. ibi nume. 12. & magis Berous ibi nu. 34. & Cremens. hic, nu. 192. & 199. & Aymo in multis consilijs superius citatis, speciatim cons. 7. nu. 2. Alij intelligunt libellum ibi ineptum fuisse, & sententiam super eo nullam, eo quod petebatur, vt venditio nulla pronūciaretur: ita Bald. hic nume. 18. & Fabian. de emp. & vend. q. 8. nu. 23. & Soci. cons. 146. nu. 13. lib. 1. Hispan. Auendan. 1. respon. col. penul. Hi ergo in eo concordant, vt libellus in casu d.c. fuerit ineptus, & ob id sententia fuerit nulla: variant autem in explicanda ineptitudine libelli. Alij verò generaliter & indistincte eundem textum summe commendant, vt ex ineptitudine libelli corruat iudicium & sententia, non explicantes, quo nomine libellus ibi ineptus fuerit: ita

ita Felin.in c.in literis,nu.5.de offic.delega.& ibi Dec.ad fin. idem Dec.in rub.de appella.nu.12.Alex.cons.79.nu.3.libr.2. Sebastian.Van.de milita pagin.296.nume.23.qui alios citant.

16 Alij intelligunt libellum in casu illius tex.non fuisse ineptũ, nec ex eo corruisse sententiam: quam dicunt nullam fuisse, eo quod ob læsionem iudicauit Decanus venditionem nullam,& rem venditori restitui fecit, cum ex hac l. pateat venditionem tunc valere,& electionem emptori dari. Vnde colligunt sentẽtiam ibi videri latam contra ius expressum & ideo nullam fuisse:ita Butrius ibi,quem sequi videtur Imol. col.5. nume.17.& Cagn.hic,nu.116.vers.ad d.ca.& ibi Burg.nu.62. Vides igitur magnam DD.varietatem,& Ioa.Imol.non sibi constare.Magis etiam variat Burg.ibi,si eum attente legas nu.22. vbi vnum dicit,& nu.26.vbi aliud,& nu.31. & 33. & 62. qui etiam ab alijs magis recedens tentauit,in casu illius tex.sententiam non fuisse nullam,sed iniustam,ponderans verbum,*irritantes*.Notissimum enim est, longe differre sententiam nullam ab iniusta,vt in l.1.ff.quæ senten.sine appel.rescin.& l.2.C. quando prouo. non est necesse.Sed argumentum Burg.ex d. verbo,*irritantes*, efficax non est,vt bene respondet Bero.ibi nu.40. In eadẽ varietate parum etiam sibi constat Cagno.hic num.116.& 117. modo intelligens,ineptitudinem fuisse in libello,modo in sententia.Inter defectũ verò vel vitiũ libelli & processus,& defectũ seu uitiũ sniæ multũ interest:maxime ad dignoscendũ,an ex eisdẽ actis iudicandum sit,secundum nota per gl.Bar.Pau.in l.prolatam,C.de senten.& inter loc.omn.iud.& alibi sæpe scriben. In quibus omnibus magnam inesse difficultatẽ inquit Berous in d.c.nu.78.vbi ipse nu.44.&46.dicit se alium intellectũm cogitasse,quem omitto:quia si bene inspiciatur,non differt a deterioribus supra reiectis.

17 In ea DD.varietate circa intellectũ d.ca. videntur ipsi scrib. quasi spõte plures difficultates subire voluisse,quarum maiorẽ partem vitare facile potuissent. Nec dubito, falsa commẽtitia esse omnia,quę de ineptitudine libelli tradunt innumeri supra citati, & alij sæpissime. Quod satis ostenditur ex litera d.c.in quo nulla mentio est de forma libelli: ideoque non erat diuinãdum, nec insistendum quasi pro difficili circa id, quod in text. non constat. Probatur hoc magis contra Ioan.And.Panor.& plures primo citatos, quia licet libellus ibi fuisset simplex vel præcisus ad rem,non ideo corrueret iudiciũ:vt cũ Bar.probaui mus

mus supra nu.9. Similiter quamuis agens peteret venditionē declarari nullā, non ideo corrueret sentētia recte prolata ex supra deductis. Ostenditur hoc magis contra eos omnes in eo, quod de libello comminiscuntur: quia ex litera constat libellū rite formatum fuisse, tam circa læsionem, quam circa nullitatem ex defectu consensus capituli. Receptum enim est, posse simul agi ad rescindendum, & conditionaliter ad declarandum nullum, vt in hac materia tradit Aufrer.ad Capel. Tholos.q. 469.& Burg.in c.cum causa, nu.3.de emp.& vend.glo.& Pau. in l.i.C.quando prouoc.non est necess.

18 Reijcienda ergo sunt quæ DD.ad eum tex. comminiscuntur de ineptitudine libelli. Quoad sententiam vero non satis constat, ibi eam nullam fuisse: & verba tex. varie accipi possunt: & in ea re concludunt aliqui, valere sententiam, qua emptor simpliciter condēnetur ad rem restituēdam, vt tradit Burg.in d.c. cum dilecti, nu.33.in fin.& nu.62.ad fin.& Cagno.hic nu.116. ad fin.quod iuuatur ex notatis in l.miles, §.decem, ff.de re iudi. potestque ea opinio comprobari, eo quod talis sententia continet alteram partem alternatiue huius l. & ita ex parte competente sustineri poterit ex doct. Innoc.in c.in præsentia, de renunc. quem sequuntur plures relati a Rip.in l.si ventri, §.in bonis, nu.13.ff.de priuil.credi. Sic etiam pro validitate talis sētentiæ facit quod notat Bal.in l.fi.nu.1.& nu.3.C.de fideicom mis.liber. Si autem instes ex verbis d.c.ibi, *iuri contrariam*, responderi potest, aliquando valere sentētiam iuri contrariam, si error contra ius expressus in ea non sit iuxta l.2.C. quando prouoc.non est neces.cū alijs. Maxime quod in materia huius l. quando ex læsione condemnatur emptor præcise ad rem restituendam sublata electione regulariter ei competente, vt ex superius dictis non semel colligitur.

19 Reiectis igitur falsis & diuinatorijs. tutius dicendum videtur in d.ca.nihil tractadnum de ineptitudine libelli: an verò sententia ibi nulla fuerit, petendum fore ex iuris regulis & veris traditionibus, vt si eo casu iuris error in sententia expressus fuisset, nulla reddueretur, secus autem si error in sententia non exprimeretur: & quia tunc sententia non esset nulla, sed iniqua secundum iura & receptas sententias. Ad literam verò d.c. verius videtur, quod sententia ibi nulla fuerit, quia videbatur cōtinere expressum iuris errorem, ut colligitur ex verbis tex. supra relatis, maxime dum Papa inquit, decanum ibi Pronunciasse,

se, vēditionē non ualere ob læsionē vltra dimidiā, q expressim & aperte erat cōtra hāc l. & l. dolus, inf. eod. Atque ideo rectissime inquit tex. sententiam fuisse iuri contrariam.

20 Ex qua declaratiōe colligit differētia inter libellū & sētētiā in hac materia: libellus. n. simplex uel præcisus, imò & petens contractū declarari nullū procedit, nō ita sententia, iuxtà proximè deducta. colligitur etiam, quòd si iudex in sententia expressim referat probationem læsionis, ex qua inferat venditionē fuisse nullam, sententia ipsa nulla erit: quia cōtinet errorem expressū contra hanc l. & d. c. licet Burg. & Cagn. vbi supra, indistinctè contradicere videantur. Nec obstant fundamenta, quæ pro eis adduxi: procedunt enim quando ex tenore sententiæ non deprehenditur talis error, licet ex alijs partibus actorum colligi possit: nec saluāda sunt verba sententiæ in casibus rarissimis cū amplissima & certissima regula electionem in hac materia reo tribuat: quod colligitur ex doctr. Bar. in l. 2. nu. 1. ibi, *unde si aliqua causa specialis est, debet specialiter exprimi*, ff. si quis in ius uoca. non ier. Bar. in l. lucius, in fin. ff. de ijs qui notan. in fam. Alex. in l. si is ad quem, nu. 11. ff. de acq. hæred. Dec. in ca. consuluit, nu. 5. de appel. Panor. in c. sicut, nu. 21. versi. quartus de re iud. Felin. in cap. super literis nu. 17. de rescr. Ias. in l. properandum, §. siue autem, nu. 10, c. de iudic. Satis ergo contra formam huius l. iudicaret qui conuentum præcise condemnaret: cum verba sententiæ strictè intelligantur, iuxta doct. Bar. in l. iulianus, nu. 5. ff. de condict. indeb.

21 Ex eadem vera interpretatione iam patet non probari in d. c. vnum, quod scrib. inde colligebant, quòd iudex appellationis non possit reformare sententiam nullam ex ineptitudine libelli, agnoscentes posse iudicem id facere, vbi nullitas est ex alia causa, per l. fi. ff. quod cum eo, & ad hanc specialitatem ex ineptitudine libelli extollunt tex. in d. c. vt per Panor. ibi, nu. 4. qui addit non tantum sententiam, sed totum processum tunc corruere: & ita Bal. hic, nu. 18. dicens tex. in d. c. esse meliorem de iure, & ita Alex. cons. 79. col. 1. lib. 2. Feli. & Dec. ad fin. in ca. in literis, de offic. deleg. quam resolutionem extollit & receptā inquit Cagnol. hic nu. 148. Sed tota ea traditio sine fundamēto videtur, euidenter enim deducitur ex supradictis in d. c. nihil probari de nullitate ex ineptitudine libelli. Item si vera esset regula, quam DD. præsupponunt in nullitate ex alia causa, multò magis procederet in vitio circa formulam libelli: argu. l. 1. c. de

form.

form.subla.& l.fin.§.fin.ff.quod met.cau. Nec regula, quã DD. præsupponunt, tuta videtur: si enim sententia nulla fuerit ex ali quo vitio actorum, nunquam à iudice appellationis absque no ua solennitate validabitur, vt sentit Paul. & ibi plenius notat Aret.col.1.in fi cum sequen.in l.si is ad quem, ff.de acqu.hære. facit reg.l.eos, in fin.princi.C.de appel, quòd causa defertur ad iudicem appellationis secundum terminos, in quibus erat penes iudicem à quo Pau.in l.ab executore, nu.3. ff. de appellati. Boer.decis.73.

22 Nec obstat tex.à DD.vbique malè citatus, in d.l.fi.ff.quod cum eo, quem ad d.regulam notant Bar. & alii ibi.Bar. in l. si expresim, col.fi.ff.de appel.Guido papa decis.436.nu.11.Dec. in rub.de appel.nu.12.colligentes ex d.l.fin. iudicem appellationis ex noua causa posse reformare, & validare sententiam nullam. Aduerto enim, quòd in d.l. fin. prima sententia non fuit nulla, nec ullus defectus erat in processu, sed rationes uel fundamenta iudicis nõ concludebant. Imperator autem ibi ex actis & probatis meliorem rationem expresit, vt glo.ibi rectè sensit: quòd ostenditur cõtra summarium Bar. & contra alios, quia in d.l.non succeßit noua causa in secunda instantia appellationis: eadem nanque causa in actis inerat. Et ita cessant multa; quæ DD.colligunt ex d.l.fin.& aliud ad quod etiam notant eandem l.quòd si in sententia exprimuntur duæ causæ, altera, falsa altera uera, sustinetur ex uera: ad quod ex eadem l. plures refert Tiraq.in tract.de causa in 21.limi. nu.6. Verius autem colligitur ex d.l.fin.(si litera bene expendatur) grandis cõprobatio ad receptam opinionem, quod si mandans scit mandatarium excedere fines mandati, ualidentur gesta à mandatario vt sentit pau.Cast.in d.l.fi. quod omittendum non fuit supra in 1. cap.2.par.nu.18.vbi de hoc egimus.

23 Ex supradictis ad tex.in d.c. infertur contra plurimos supra citatos: non esse eum tex.notandum pro glo. in princip. Instit. de oblig. verbo, secundum, ibi. *per competentes actiones*. Ex qua colligunt scriben.nullam esse sententiam latam super inepto libello, & ad hoc eam glo. sæpe adducunt DD. quam ornat Ias.in l.1.nu.5.ff.de offi.asses.& Afflic.li.2.consti.neap.rub. 10.nu.44.Feli.in c.in literis, n.u.5.de offic.deleg. Dec. in c. ex parte, 2.col.pen. versi.decimo, eod.tit. pro qua glo. plures no tant d.c.vt per Burg.& Berõ.ibi, & prius Roman.in l.1.§.occi sorum, nu.14.ff.ad Sillania. Sed ex supra deductis parum tuta ui

detur ea traditio: ne formulis plus iusto tribuatur: ne etiã lites differantur, vtque rei ueritas magis attendatur: & ita non uidetur in eo sibi constare DD. ut tradit Iaf. in l.1. nu.14. C. de iur. & fac. igno. Nec d. glo. satis probat id, ad quod allegatur secundum Marian. (omnino videndum) in c. dilecti, nu.47. de lib. obla. ubi communem allegationem varie limitat. Ego etiam aduerto, quòd d. gl. loquitur de actione, non de libello: quæ duo longe differunt. Potest enim competere actio efficax, libellus aũt inepte formari, & econtra. sed m no. in l. edita, c. de eden. & circa d. gl. vide omnino Maran. in prax. iudi. 6 par. n. 67. & seq.

24 Conteruut præcedentia ad notab. q. in praxi. Aliquando .n. ex parte venditoris læsi proponitur primò in libello rei vendicatio, qua nihil aliud deducitur, nisi quòd agens dominus est: conuentum autem sine iusta causa possidere: emptor reus ex titulo emptionis se defendit, quæ defensio iuridica est iuxta l. traditionibus, C. de pact. l. vendicantem, ff. de euictio. Deinde venditor replicando impugnat uenditionem ex læsione & remedio huius l. Quæ quęstio in materia huius l. à DD. omissa videtur. In ea vero resoluendum arbitror. primo, quòd emptor conuentus videns actorem mutare libellum & actionem, possit de iure id impedire, compellendo agentem, vt primam causam prosequatur. iuxta Authen. qui semel, C. quomo. & quan. iud. Nec enim permittitur actionem mutare post litem contestatam. l. edita, C. de eden. secundum glo. Bar. & omnes ibi: quod in fortioribus terminis in simili iudicauit Senatus Neap. ut tradit Afflic. decis. 60. Ad idem in hac materia facit decisio Capel. Tholos. q. 469. quod non possit cummulari remedium huius l. cum remedio possessorio. Ad idem urget doctrina Bellame. decis. 168. ubi inquit non posse articulari de non contentis in libello, quia in eis non est lis contestata: quod maxime iuuatur, si attẽdans rei uendicationem, & actionem huius l. maxime repugnare. Illa enim præsupponit agentem dominum, et cõtra quemlibet possessorem datur: hæc autem personalis est & præsupponit dominium à venditore traslatum. Vnde non potest audiri actor contraria proponens, iuxta l.1. C. de fur. ideoq; non admittitur replicatio contraria libello, ut tradit Affl. li.2. feudo. fol. 55. tit. de contro. inter episcopũ & uasallũ nu.6.

25 Nec obstabit quod dici solet, replicationem haberi pro libello, ex glo. in l. quæsitum 31. §. fin. ff. de pecul. & quod notat Bal. in l. fi. q.17. nu. 38. C. de hære. institu. dicens, quòd replica-

tio

tio iuuat libellum. Id enim necessario intelligi debet, quando replicatio non repugnat actioni, seu deductis in libello. Aliter enim dici non potest, quòd replicatio actionem iuuet, vt notabiliter tradit Pau. in l. sub prætextu. la. 1. nu. 3. C. de transac. & & ibi Alex. & alii, idem Paul. in l. si superstite, nu. 2. ad fin. C. de dolo, colligitur ex Bal. in l. petens, nu. 13. C. de pact. cautius igitur sibi consulet emptor conuentus petens statim se absolui, nec admittens, vt venditor agens mutet actionem. Audietur tamen venditor agens, si velit omnino desistere à priori actione, & tantum prosequi deductam in replicatione secundum Bar. et communiter DD. in d. l. edita, vt ibi resoluit Dec. n. 53. dummodo actor prius soluat expensas interim factas, vt per Curtium in eadē l. n. 141. q. neminē allegat. Id uero tradit Sali. in l. postq̄ liti, n. 19. C. de pact. Bar. in l. rura, ad finē C. de omn. agr. deser.

26 Alia inspectio erit in prædicta q. si emptor conuentus non opponat contra talem mutationem, sed potius replicet, & respondeat super læsione deducta à venditore in replicatione: in quibus terminis tutius videtur, quòd venditor agens obtinere possit, & sententia pro eo lata valeat, ex reg. l. de qua re, ff. de iudic. quia tunc cessant fundamenta, quæ obiici possent: quod iuuatur ex decisione tex. notab. in c. 1. de resti. spol. de spoliato respondente articulis petitorii allegati ex parte spoliantis conuenti. In multis enim nimium valet consensus litigantium, ut tradit Afflic. decis. 91. n. 14. Id uero magis cōprobat ex recepta doctrina apud scrib. ut iudicari possit de eo ꝙ à principio nō petebatˉ, si de eo partes in iudicio postea principaliter tractāt, Panor. ī c. abbate, n. 8. de uer. sign. Afflic decis. 95. in fin. ꝙ maxime seruabitˉ in prouinciis, in q̄bus viget constitutio uel cōsuetudo, vt iudicetˉ secūdū veritatē probationis, nō obstante errore processus, ut apud Lusitanos hēt Ordina. lib. 3. tit. 49. & apud alias gētes colligitˉ ex Aymo. cōs. 210. ad finē. ex Afflic. in const. Neapol. lib. 1. rub. 8. num. 49. ex Auendan. in. 1. respons. de quibus vide Maran. in praxi, 4. par. 16. distinc.

27 Maior dubitatio esset, si emptor cōuētus post deductā in libello rei vēdicationē, cui respōdit, se defendēdo cū titulo emptionis, uidēs vēditorē replicare de lęsione ultra dimidiū, nihil respōdeat. Tūc. n. cessāt fundamēta proxime adducta, p actore: nec dici pōt, ꝙ fuit lis contestata circa deducta in replicatione & emptor conuentus potuit confidere de iuris regulis supra adductis: atque ideo non curare de quęstione lesionis,

& iusti precij, sciens non posse actorem obtinere ex deductis in libello, quod videtur probare Boer. decis. 42. nu. 19. qui tamen loquitur, quando probatio est diuersæ rei non deductæ in libello: in quo etiam refert alios iudices contradixisse, quibus suffragari posset traditio multorũ, vt in iudicijs patientia pro consensu habeatur. Bar. per tex. ibi in l. 1. in fine, C. de relatio. Felin. in c. cum in iure, nu. 9. de offic. deleg. videnda tamẽ sunt sequẽtia ex quibus cõponi põt maior pars huius difficultatis.

28 Ad præcedentia conducit decisio & vera explicatio l. habebat, ff. de instito. act. quæ sæpissime citatur. Eius aũt verba breuitatis gratia non refero: casus seu species facti erat, q̃ dñs præposuerat seruum merci olcariæ: & mutuis pecunijs accipiẽdis, quidã pecuniã seruo credidit. putans autem creditor seruũ pecuniam ad merces accepisse, egit ex ea causa, probare tamen non potuit mercis gratia seruum accepisse: tunc autem respondet I.C. in hæc verba, *licet consumpta est actio, nec amplius agere poterit quasi pecunijs quoque mutuis accipiendis esset præpositus, tamen Iulianus vtilem ei actionem cõpetere ait*, Solet ea l. frequentissime allegari, quod agens ex certa causa non obtinet. ea non probata, licet aliam probet secũdũ DD. ibi & Bar. in l. 1. nu. 12. ff. de ede. Pau. in l. deposui ff. de pecu. per tex. ibi cum gl. Alex. in l. diuus, n. 15. ff. de re iud. Boer. decis. 42. n. 17. & sequen. Afflic decis. 60. Bal. in l. 1. n. 11. & n. 12. C. si plu. vna senten. probat tex. & ibi Panor. & Feli. in c. examinata, de iudic. quam regulam copiose ornat Felin. in c. licet causam, ex n. 40. cũ multis seq. de proba. vbi plures tradit limitationes specialiter, n. 42. in 9. & 10. limita. & limita ex Bal. in d. l. fi. q. 17. C. de hære. insti. & per tex. in l. bouẽ, §. aliquãdo ff. de ædil. edic. & per Tiraq. de retrac. in. fine, nu. 99. & per alios. nu. sequen. Ratio autem d. l. & huius reg. colligitur ex Bal. in l. 2. col. 1. c. de proba. Paul. in l. & an eadem, prope finẽ, ff. de excep. rei iud. q̃a scilicet in causa non deducta deest litis contestatio, sine qua iudicium corruit. Alias rationes non ita vrgentes tradit Aymo consil. 210. colum. fin. facit similis ratio: quia si causa quę probatur, non fuit deducta, non videtur valere probatio quasi extra articulos ex recepta doctrina Bal. in lege prima, nume. 8. C. vt in pos. lega. Lanfran. in cap. quoniam contra verbo, *petitiones*, nume. 21. notat Cin. & ibi Paul. l. fi. C. qui legi. perso. & Bar. in l. 1. §. diuus Adrianus, ff. de quæstio. Bar. in l. si quis legatum, in fine, ff. ad l. Corne. de fals. Bald.

conſ.457.lib.4. Alex.conſ.90.nu.7.lib.3. Iaſ.in l.1.nu.9. ff. de offi.aſſeſ.glo.panor.Felin.in c.de teſtibus, de teſtib.& ita obſeruat praxis uel conſuetudo, ſecundum Alberi.in authen.ſed iudex, in fine, C.de epiſ.& cler.

29 Ex ratione autem uel rationibus d.l.habebat, & d.regulæ uidentur pereclitari plures limitationes ex iis, quas ad eam l.& reg.tradit Felin.in d.c.licet cauſam, in ultimis limitationibus et Alex.in d.l.diuus, n.15.& 16.ff.de re iud. & Iaſ.in l. certi condictio, §.ſi numos, & ibi Alcia.nu.17.ff.ſi cer.pet. Aymo d conſ. 210.col.fin. Alex.conſ.61.col.1.uerſ.ſed in caſu noſtro, & nu. 11.lib.1.hiſpanus Auendan.1.reſponſ.n.18.ſaltim reſultat grandis difficultas, ad quã aduerti non ſolet in limitationibus, quas prædicti DD.incaute tradunt. Vbi enim deeſt litis conteſtatio, vel probatio eſt extra deducta, raro ſequetur cõdemnatio: nec fauor cauſæ vel perſonæ agentis uidetur iuſtificare contrariũ, iuxta doctrinam c.ex tenore, de foro compe. Et ita periclitatur alia limitatio, quæ ab aliquibus traditur de fauore miſerabilis perſonæ, ut ex Cuman.& Alex.tradit Soc.conſ.11.in fine lib.3 Vnde nõ videtur tuta alia limitatio quam tradunt DD.ex clauſula *non ſe aſtringens, niſi ad neceſſaria:* quicquid dicat Fulgoſ. non relatus in d.l.habebat, in fine, & alii quos refert Felin.in d. c.licet cauſam, nu.42.in fine, ubi ipſe non immerito contra sẽtit: de qua clauſula agit Iaſ.in §.omnium, n.161. Inſti.de actio. Ex quo etiam periclitatur alia limitatio ſimilis ex clauſula, *omni meliori modo*, quam limitationem tradit Soci.in l.naturaliter §.nihil commune, num.3.ff.de acq.poſ.& plures quos citat Decius in l.petens, nu.5.C.de pact.capitius deciſ.96.nu.8. & de illa clauſula Alex.conſ.112.nu.4.lib.3.Iaſ.in d.§.omnium, nu. 151.Similiter periclitatur alia limitatio ex clauſula, qua petat agens, ius & iuſtitiam in omnibus ſibi miniſtrari. De qua etiam agit late Iaſ.in d.§.omnium, ex nu.147. & in propoſito notat capitius ubi ſupra, & deciſ.10.nu.21.facit deciſio Delphin. q. 263. Sed nunquam putaui talem effectum tribuendum eſſe iis clauſulis & formulis verborum. Eſt enim contra reg. l.1.C.cõmu.de lega.& l.pediculis, §.labeo, uerſic. nec mutat, ff.de auro & arg.leg maxime cum in hac clauſula nihil petatur, niſi quod de iure ineſt, atque ideo extra deducta ab agente non uidetur ea clauſula effectum inducere, & ita tutius procedet quod notat Decius conſ.61.nu.2.in princi.

30 Ad ſpeciem uerò & intellectum d.l.habebat, aduertẽdũ eſt,

quòd ibi certa causa tantum fuit deducta: at in superioribus egimus etiam de alia causa deducta in replicatione vltra deductam in libello, seu in prima actione, & sic d.l. tunc nō satis cōgruit, licet plures DD. etiam in iis terminis eam adducant. Et secundum hanc consideratione non videtur ea l. recte adduci ab Afflic. decis. 60. Ex eadem l. cauebis à Bal. in l. Titia, ff. solu. matr. qui contra eam l. & contra receptas sententias loquitur & cōtra dicta ab eodem Bal. in aliis locis, ut supra retuli & ita labitur Eguinar. Baro in l. illicitas, §. veritas, ff. de offi præsi. Bal. autem in d.l. Titia, decipiebatur per l. scio, ff. de appella. ex qua contrariam regulam colligebat. sed ea l. loquitur in causis expressis ad appellandum: si enim alia postea ex actis colligatur magis idonea, ex ea obtinebit appellans. Diuersum autem est in causa agendi à principio ex rationibus supra deductis, & quia ad fundamentum actionis requiritur causa, non ad appellandum. Bar. in d.l. scio, & ibi alii eam legentes sub l. 1. §. quid ergo, & Paul. in l. cum te, nu. 2. C. de probat. Alex in d.l. Diuus, nu. 16. ff. de re iud. Felin. in d. cap. licet causam, nu. 42. in 7. limit. Quod enim deducitur pro causa agendi in libello censetur substantiale. ut ex Innocen. tradit & commendat Pau. in l. interpositas, & ibi Iaf. nu. 6. C. de transa. quod sentit Bar. in d.l. habebat, unde cauebis à Paul. ibi nu. 4.

Ad d.l. habebat, maior est dubitatio apud glo. & DD. cur. I.
31 C. ibi inquit, quod omnis actio creditoris videbatur vel erat de iure consumpta, & quodammodo ex æquitate audiri postea creditorē: in quo refert glo. ueritatem antiquorum. Aliqui enim intelligebant creditorem egisse specialiter ex causa mercis, quā non probauit, atque ideo succubuisse. Et ita Bar. ibi & scriben. in d. c. examinata, & in multis locis supra citatis nu. 18. sed tūc contra dicebat Azo relatus à glo. dicens, quòd in his terminis de rigore & citra æquitatem audiretur postea creditor, per reg. l. & an eadem, §. actiones, ff. de excep. rei iud. & per alia iura ibi citata. Ideo intelligebat Azo, quòd in ea l. egerat creditor generaliter non expressa causa obligationis: prosecutus autem fuerat illam de causa mercis oleariæ. Ideoque secundum eos ex petitione generali videretur ei obstare sententia semel reum absoluens: & ita intelligebāt ex æquitate audiri postea creditorē quia particularem causam prosecutus fuit, & ita Pau. Castr. ibi, eamque lecturam communem dicit Alber. ibi nu. 3. & in id pōderant aliqui quod tex. ibi refert de errore creditoris, quasi non

aliter

aliter postea audiretur. Sed mihi verior videtur interpretatio Ioan.& Bar.quòd in ea l. creditor statim expressit causam illam mercis,quod satis colligitur ex verbis l.ibi, *putans creditor ad merces eum accepisse, egit proposita actione probare non potuit mercis gratia eum accepisse.* Nec est verosimile, quòd credi tor ageret non expressa causa obligationis:& hæc interpretatio uidetur receptior secundum communem allegationem d.l. ex citatis supra nu.28.Non obstat quod alii ponderant de erro re creditoris, quia I.C.in eo non inducit iuris misterium seu necessitatem,sed factum refert, iuxta doctrinam glo.in l. vnica, C.quando non peten. par. Nec obstant illa verba, *consumpta actio*,& ibi, *nec amplius agere* Recte.n. intelligi possunt,ideo ibi non leuiter dubitatum fuisse: quia in utroque iudicio videbatur eadem causa agendi.Semper enim creditor ex mutuo age bat:sola autem differentia erat,quod in priori expressa fuit qualitas ad mercem oleariam.Quæ qualitas in secũdo iudicio omissa fuit: tantumque de mutuo facta est mẽtio, & secundum hoc est tex.notabilior in utraque cõclusione: in prima,ne obtineat probãs causam deductam,nisi probet eius qualitatem. ibi enim creditor probabat mutuum,sed non qualitatem ad mercem.In secunda etiam conclusione, ut mutatio vel detractio qualitatis adiectæ in primo iudicio faciat audiri actorem, qui in priori iudicio succubuit: quod est egregie notandum ad tradita per Felin.in c.2.de rescrip.ex nu.35.Sed ea maiori examine egebant, cum traditis ab Hippol. in repet. de probatio. ex nume. 439. cum multis sequentibus.

32 Non tamen placet quod Bar.ibi cum Ioa.addit, ut eo casu sit necessaria restitutio creditori agenti ex diuersa causa idonea,contrariumque verius videtur ex Pau. & Fulgo. & Alber. & Castalio ibi,attenta litera l.in qua nullum est verbum restitutionis. Et ita videntur communiter intelligere DD. tradẽtes, quòd actori manet saluum ius agendi postea ex alia causa idonea per tex.in d.c.examinata, de iudi.& ita solet reseruari ius agendi per tex.ibi,& l.Beblius,in fine,ff.de pac. dot.secundum communem allega.Bal.& multorum, ut tradit Corset.in sing. verbo,iudex fol.163.col.4.Ias.in l.1.nu.39.ff.de eden.Ias.in l. 1.nu.8.ff.de offi asses.Feli.in d.c.examinata, nu.15.Dec.cons. 83.Aimo d cons.210.ad fin.Et ita per eam l.Bal. in Authen. sed & si quis,col.pen.uers.illa l.semper, C.de secun.nup.& ad hoc eam l extollit Iacobi.in l.non idcirco,§.1.in fine,ff.de iudi. &

ita contra Bart.ne illo casu necessaria esset restitutio, suadetur ex reg.l.cum quæritur,ff.de excep.rei iud. Apud lusitanos autem summe notandum est, quod licet extet insignis constitutio,vt iudicetur secundum veritatem probatam, non obstante errore processus,adhuc tamen eadem constitutio lib.3.tit. 49.§.quod actor non obtinebit,nisi probando causam deducta in libello,non aliam.Sed addit,quod absque noua citatione continuabitur processus circa causam probatam,quod differt ab ijs quæ DD.tradunt in dictis locis,& Panor. in c.abbate,de verb.sig.& in c.pastoralis,in fine de excep.

Ex prædictis infertur ad intellectum tex.vulgaris, (non tamen bene explicati communiter) in l. illicitas,§. veritas,ff.de offic.præs.in cuius intellectu variarunt antiqui, vt refert glo. ibi:verba tex.ita habent,*veritas rerum,erroribus gestorum non uiciatur:& ideo præses prouinciæ id sequatur quod cõuenit eum ex fide eorũ, quæ probantur,sequi*. Quæ uerba accipiebat M.a gl.relatus,ut iudex debeat iudicare secũdum ueritatẽ,non obstante probatione contraria. Ioan.autem in contrarium, imo quod secundum probata,non secundum conscientiam,uel ueritatem:& ita communiter intelligunt scriben. ibi & alibi.Et ad hoc quotidie citatur ille tex.quem ornat Feli.in c.pastoral. §.quod uero,col.3. de offic.deleg. corn. in l.bonorum, nu.8. C.qui admi.Oldendor.de for.act.cap.6. sed melius quàm alibi tractat Couarru. lib.1. resol.cap.1.ubi nume.4. specialiter. agit de intellectu d.§.exponens uerba illa, *erroribus gestorum*, prout accepit glo.in l.expositiõe:quod sequuti sunt alij ibi relati,& tradit Corras.(uetera ut noua sibi tribuens) lib.quarto Miscel.capitulo 20.memini etiam de hoc legisse Forcatul.in sphera lega.pag.9.Mihi sine dubio est,I.C.in d.§.nihil sensisse de contentione illa,ad quam uarie a glo. & DD.applicatur,an iudex secundum conscientiam, an secundum probata iudicare debeat:sed regulam tradere,ut si in re gesta uel de qua agitur, probetur interuenisse errorem,eo detecto iudex ueritatem sequatur,ut in l.si post diuisionem,C. de iur. & fac. igno.in l.fi. §.item quæsitum,ff. de cond.inde. & in exemplis causę falsæ, & in exemplo l.Imperatores,ff.de proba.ibi *ueritati locum superfore*,Et in scriptis in actis iudiciarijs, si error probetur idonee, secundum notata in c.quoniam contra, de proba.glos.& DD.in l.in exercendis, C.de fide instru.Et in materia titu.C. plus uale. ꝙ agi.Applicari ẽt poterunt uerba d.§.ad decisionẽ

d.

d.l.habebat,& d.c.examinata, & d.l.Beblius,secundum supra tradita.Nec erit ineptum exemplum ex tex.notab.in l.fin.§.fi. ff.quod met.cau.de quo alibi plene ago. De contentione autē DD.ad d.§.ueritas,agit Aulus Gell.libr.14.capitul.2.& D.So to libr.quinto de iusti.& iur.q.quarta artic.secundo.

33 Præcedentibus autem de forma libelli & sententiæ congrue applicatur decisio tex.in l.bouem,§.aliquando,ff.de ędil. edic.ubi habetur, quod licet actum fuerit actione quanto minoris,si tamen mancipium nullius precij appareat,iudicari poterit,ac si actū fuisset redhibitoria:quē tex.ad materiā huius l. extollit Roma. sing.648.colligēs ꝙ vbi agitur ad reformādū, pōt iudicari ad rescindendū & ita illū tex.in suo casu cōmēdat cremens.notab.159.ex quo colligūt DD. notab.limitationē ad reg.de qua supra,quod sentētia debet esse cōformis libello. Similiter & ad reg.d.l.habebat,ff.de institо.act.& cap.examinata,de iudic.& ita notat gl.& DD. in c.licet heli,de simo.Ratio autem tex.est secundum Bar. Alber. quia sub nomine quanto mino.comprehēdit nihil,si nihil ꝓ re daturus erat emptor: & ita Ias.in l.vinū,n.23.ff.si cer.pe.& gl. in l. Iulianus,§.1.verbo,*quāto*,ad fi.ff.de ac.em.Secūdū quā declarationē,patet nō esse tutam generalem traditionem Roma.in d.loco ad hāc l. Nam in nostra materia probatum superius est, sentētiā proferendam esse ad rem vel ad precium, ne conuento occultetur, vel auferatur electio,quę sibi a iure datur.

34 Electio autem quę conuento datur, ei etiam post sententiam vsque ad executionem,secundum Bald.nume.14. Alberi. numer.16.Pau.nu.6.quod generale putant ipsi & alij,quando electio datur a lege secundum Bar.per tex.ibi in l.itē veniunt, §.idem recte,ff.de peti.hære.Bar.in l.stipulationes non diuidūtur,nu.41.ff.de verb.obl.Dec.cons.187.ad finem.Diuersum dicunt in eo,qui obligatus esset ad rem,& haberet facultatem soluendi in precio:quia is eligere deberet ante litis contestationē alias præcisē condemnaretur. per tex.in l.si qui stipulatus,67. ff.de soluti.& ibi scrib.& in dictis locis, & Mathes.id extollēs notab.173.& curtius in l. si pacto quo pœnam, col.2.n.6.C. de pact. not. Bar. Ripa et alii in l. miles, §.decē, ff.de re iud.

35 Sed ni ego fallor, DD.non satis hoc aduerterunt: ea enim traditio & differentia inter electionem à iure & electionem ab homine,procederet, quando sine dubio in materia huius l. sola res esset in obligatione: quod longe controuersum est,ut deduximus

duximus supra hoc cap. item in materia huius l. ante sententiã latam non cõstat, an conuentus ad aliquid teneatur: læsio enim ex probationibus deduci debet, & sic nihil est, quod eligere possit. Sed magis vrget contra DD. quod eorum traditio præ supponit conuentum emptorem simpliciter condemnatum ad rem restituendam, & tunc dicunt, adhuc ei manere electionem: id verò regulariter verum non est, quia sententia pręcisa in hac materia dicitur iuri contraria, d.c. cum dilecti, maxime secundum Butrium & Imol. de quibus supra: & ita lex nostra statuit, vt alternatiue fiat cõdemnatio, & l. 1. ad finem C. si maior fac. in 5. c. præcedente autem sententia alternatiua cessat tota ea traditio DD. ad hanc l. cessat etiã omnino applicatio d. l. si quis stipulatus, ff. de solutio.

36 Ad hęc non omitto quod iudicatum traditur in senatu Parisi. vt emptor conuentus a venditore remedio huius l. eligens supplere precium, debeat illud statim dare: nec audiatur, si velit sibi dari spacium temporis ad soluendum, vel precium quærendum ex distractione rei, vt tradit Rebuf. in 2. tomo ad Cõstitu. Galli. pag. 179. nu. 3. tit. de rescis. contrac. ideoque nisi statim soluat, tenebitur statim rem tradere: id etiam congruit verbis huius l. & iuris regulis, & authoritati rei iudicatæ.

TERTIA PARS L. SECVNDAE C. de rescin. vend.

CAPVT QVARTVM ET VLTIMVM.

SVMMARIVM.

1 *AGitur plenißime in toto hoc cap. de respicientibus probationẽ læsionis, & precii rei distractæ.*

2 *De eligendis æstimatoribus in hac materia, & de sententia lata ex dictis eorum, an transeat in rem iudicatam vsque ad nu. 6.*

7 *Iudex in omni parte iudicii inquiret veritatem precii.*

8 *An inspiciatur punctualiter tempus venditionis, si forte tunc fuit magna caritas.*

9 *De testibus dicentibus rem valere certum precium, & aliquid plus, & aliqua similia nu. 10.*

11 *Testes an debeant aßignare rationem testimonii & nu. 12.*

In

13 *In hac materia non dari iuramẽtum in supplementũ probationis.*
14 *An testes affirmantes præferantur negantibus, & de glo. l. dil, §. si plures, ff. de arbitr.*
15 *De tempore contractus attendendo in hac materia, & aliqua in id vtilia & nu. 16.*
17 *Precium commune non particulare attendi, & in eo unum memorabile nume. 18.*
19 *Precium augeri & minui ex qualitatibus rei & personæ usque ad nume. 21.*
22 *De æstimatione rei sitæ in loco periculoso.*
23 *De re empta cum pacto, ut locetur uel in emphiteusim concedatur uenditori.*
24 *De re empta melioribus conditionibus, & quomodo id dicatur & numer. 25.*
26 *Aliter æstimari possessionem, quàm rem, & nu. 27.*
28 *De æstimatione rei immobilis usque ad nu. 30.*
31 *De æstimatione redditũum & alimentorum ad uitam & nu. 32.*
33 *De vendente carius ob dilationem solutionis, & nu. 34.*
35 *Alia ad æstimatiões rerũ et pbationẽ ĩ hac materia usq; ad n. 40*
41 *In probatione dubia qualiter feratur sententia in hac materia usque in finem.*

TERTIA PARS L. SECVNDAE. C. de rescin. vend.

CAPVT QVARTVM ET VLTIMVM.

a
1


Ar. & Bal. & repetentes hic vltimo loco tradunt ea, quæ magis ad praxim in hac materia videntur spectare. Qui verò mature aduerterint, comperient, omnia quæ theoricã respiciunt, nimis etiam ad praxim conducere, si recte applicentur, vt alias notat Bal. in l. non solum, §. qui primipillum, ff. de excus. tuto ex dictis autẽ in præceden. cap. colliguntur aliqua ad formam libelli & sententiæ in hac materia; nec enim sententia omnino debet proferri ad formam libelli, vt probaui in d. cap. præce. contra plures non bene arguentes ex reg. de. l. fin. C. de fideicomm. liber. et ita cauebis a panthal. Crem. hic, numero 200. Multa alia

a De læsiõis probatiõe nõ nulla non inutiliter scripsit Gomez de contract. c. 2. nu. 52.

alia ad formam agendi in remedio huius l. deducentur ex infra dicendis: maxime circa probandum tempus, iuxta quod valor rei & læsio vendentis vel ementis attendi debet. Id enim ad formam libelli nō minus necessarium appellari poterit, quam ad probati onem & sententiam.

2 Circa probationē valoris & æstimationis glo. hic distinguit aliq aliter inter mobilia, & immobilia ad quæ simul aduertēdū est, q Bar. hic nu. 10. quē sequuntur Fulg. Pau. ad fi. & alij communiter, agit de probatione per æstimatores peritos, qui rem ipsam mature inspiciant, & iudicem informent, & ita Panthal. Cremen. nu. 294. Cagn. nu. 258. Nec obstat arg. Ang. qui dixit hanc praxim Bar. nihil valere, eo quod tales æstimatores declarabunt quod sentiunt secundum præsens tempus: id autem nō sufficit, quia æstimatio referri debet ad tempus conuentionis: cui obiectioni respondet Paul. hic ad finem, & cum eo Cagn. nu. 64. quòd ex præsenti sumetur præsumptio ad preteritum. Ioan. Imol. in d. l. precia rerum, & ibi Alex. col. 2. nu. 6. respondebant, quòd traditio Bar. procedet in estimatoribus tantæ etatis, ut de præterito bene recordentur Ego aduertebam eam obiectionem Ang. nihil obstare: ipse enim & omnes agnoscūt nec negare possunt, probationem valoris & læsionis fieri per testes: quod igitur admittitur in testibus, non minus admitti debet in æstimatoribus. Hi enim quasi testes assumuntur. c. proposuisti, de probatio.

3 Eligentur autem periti æstimatores secundum Bar. & alios: facit l. semel, C. de re mil. Bar in prohe. Diges. & generaliter ad multa tradit Anto. Gom. de cōtrac. 9. col. fi. adde circa eosdē peritos in arte Ioa. plat. in l. 1. C. de discus. si uero non fuerint designati in loco, eligentur à partibus, & iurabunt se recte arbitraturos, tex. notab. & ibi Bal. in l. hac edictali, §. his illud, C. de secun. nup. Bar. in l. si quis arbitratu, col. 2. nu. 7. ff. de verb. obli. Bar. in l. 1. ff. de uent. inspi. Bar. in l. 3. ad finem, C. de pign. Ias. in §. quędam, col. fi. nu. 78. Insti. de actio. plures per Deciū in d. cap. proposuisti, nu. 15. & Feli. in cap. quia indicante, nu. 1. de præscrip.

4 Si partes discordauerint circa eligendos æstimatores, eliget iudex ex traditis à Bar. in d. l. 3. ad fin. C. de pigno. Bal. hic col. pen. nu. 25. cremen. hic, nu. 298. cagnol. nu. 259. qui referunt DD. alibi variantes: hoc etiam ve re eptū tradit Dec. in d. c. proposuisti, nu. 13. tradunt scriben. relati à Ias. in l. iusiurandum, &

ad

ad pecunias,§.qui iusiurandum,nu.6.ff.de iureiur. Feli.in c.super quęstionum,n.11.de offi.dele.facit tex.in l.in venditione in fine,ff.de bon.auth.iud.posși.ibi, *pratorem eligere* : quem tex.ample ornabis ex traditis à DD. in dictis locis. Arbitrium autem iudicis vel partium spectabitur ad eligendum tertium,si duo priores non concordauerint ex Bal.hic col.pen. argu.l.item si vnus,§,fi.ff.de arbi. Ex eisdem variantibus sequetur iudex arbitrium eius,qui sit fide dignior,vel meliorem rationem afferat,arg.l.si plures,ff.de accusatio.glo.notab.in l.cũ quid,ff.si cer.peta.

5 Vbi agitur de eligendis vel assumendis peritis solent DD. regulariter tradere,quod saltim sint duo periti,si reperiri possunt:& ita in proposito notat Cremen.hic n.296.per tex.in §. quod autem,in Auten.de non alien.reb.eccle.per quem generaliter id notat Bar.in l.1.§.fin.ff.de verb. obli. & ibi late Alex. & Ias.nu.11.commendans illum tex.& ibidem tractat Alcia.uidendus,& Dec.in d.c.proposuisti,ex nu.10.Fel.in c.significasti,de homi.Hi autem regulariter de credulitate iurant,ut per Alcia.in d.§.fi.nu.17.Decium in d.c.proposuisti, nu. 10. & ita in materia huius l.notat cremen. hic nu.296.in fine ; de quo dubitari potest. DD.enim loquuntur in aliis casibus, in quibus negocij qualitas non admittit certitudinem:sed circa æstimationem potest dari certitudo secundum commune precium, quod ex usu hominum dignoscitur,iuxta d.l.precia rerum , cũ infra dicendis,& in agri mensore ita notat Feli.in d.c.quia indicante,nu.1.Non tamen cogendi videntur æstimatores,vt magis assertiue declarent,quã se posse dicũt,nec ob verba credulitatis desinet valere arbitrium,l. quid tamen,25.§.2,ff.de arbit.

6 Consecutiue addit solus cremen.hic nu.299.quod sentẽtia lata à iudice ex informatione æstimantium vel peritorum nõ transit in rem iudicatam:vt semper posșit contrarium iudicari si alij peritiores appareant,quod ipse probat ex generali traditione scriben.in d.c.proposuisti.Alex.in l.si ab hostibus,§.fi. ff.sol.matr.Ias.in l.1.§.fi.nu.11.ff.de verbo. obli. Hippo.in l. vnica,n.145.C.de rap.vir.Affl.in cõsti.nea.lib.1.rub.13.n.34.

Sed ego verius puto talem sententiam in hac materia transire in rem iudicatã,nec DD.in hac specie id negãt, licet generaliter in alijs contradicant:in hac autem materia maior certitudo dari potest.vt experientia docet,& dixi nu.5.quo præsupposito retorquentur argu.cremen.Nam illa cõmunis opinio

nio

nio non procedit, nisi in ijs quæ non admittunt certitudinem, vt per Ias. in rep. l. admonendi, nu. 39. sic etiã limitatur in simili vt per Maran. in praxi iudic. 6. par. nu. 121. In hac materia pro nostra opinione vrget, ꝙ in agri. mẽsore notat Feli. in c. quia indicante, nu. 1. de præscrip. Vrget etiam quod notat Anton. Butri. cons. 5. dicens, talem sententiam super æstimatione diffinitiuam censeri: facit tex. in l. 3. per totam, maxime in uers. idem Pomponius, ff. si mens. fals. mod. dix. conducit etiam ratio pub. utilitatis: aliter enim nõ daretur litium finis, nec quies in commercijs hominum, cõtra l. 6. ff. de excep. rei iud. alias ex eadem ratione sentẽtia per dicta testium in hac materia nõ transiret in rem iudicatã. Quæ opinio indubitabilis manebit retenta alia, quam contra communem urgenter probant pano. Aret. Dec. in d. c. proposuisti, & ibi Molin. ad Dec. sub litera d. ubi contendunt generaliter sentẽtiam latam ad dictum peritorum transire in rem iudicatam. Nec in praxi unquam seruatur in hac materia opinio cremen.

7 Addit barto. quod ipse iudex per se diligenter rem inquiret, quod probat tex. in l. fi. in fin. C. de iure domi. impe. commendat alex. in d. l. precia, nu. 6. Ang. in §. si quis agens, colum. 3. Insti. de actio. vbi etiam oportuerit, oculariter inspiciet, iuxta l. si irruptione, §. ad officium, ff. fin. reg. id etiam post publicata testimonia, ex bar. in l. si quod ex Pamphila, ff. de leg. 2. sentit Bal. hic n. 25. vers. & pro hoc, adde q̃ citat Aimo cõs. 218. n. 4.

8 Regulariter in hac materia fit probatio per testes ex vtraque parte. Addunt scriben. non fieri æstimationem ex caritate uel precio insolito per tex. in d. l. precia rerum, in fine, ut per Cremen. hic nu. 233. & omnes in hac materia. Quę traditio non uidetur adeo tuta: quia hic agitur de inspiciendo ualore rei iuxta tempus conuentionis, & sic illud punctualiter attendi debet, iuxta reg. temporis, l. 2. §. qui ad munera, ff. de uaca. mune. l. Titius, ff. de mili. tes. quę consideratio cessat in tractatu legis falcidiæ, ut colliges ex Alex. in d. l. precia rerum, ad fin.

9 In probatione per testes, si dicerent rem ualere centũ & plus, an illud plus attendi debeat pro augendo precio, quando intra centum non esset læsio ultra dimidiam, Bal. hic nu. 26. & alibi sæpe tenet, quod illa adiectio nihil operatur, & cum Bal. Imol. & Barba. in c. cum causa, de emp. & uend. & ibi Burg. n. 4. Alcia. in l. hæc adiectiõ ff. de uerb. sign. Alex. cons. 109. lib. 4. Sed contrarium probat Salic. hic col. pen. & cum eo Felin. in c. cũ causam,

causam, de testi. & in c. postulasti, nu. 5. de rescrip. Ias. in l. cum furti, in fine, ff. de in lit. iur. Molin. ad Alex. d. cons. Soci. nep. cons. 73. nu. 2. lib. 1. Couarru. lib. 2. resolu. cap. 3. nu. 3. quibus ego consentio ex d. l. hęc adiectio, iuncta communi traditione Cini. & omnium hic, vt etiam quid minimum vltra dimidium iusti precij, sufficiat ad remedium hius l. Bal. nu. 16. Ang. nu. 6. Panor. & Burg. in d. c. cum causa. Fabian. de emp. vend. q. 8. n. 7. & Ias. in Auten. qui rem, nu. 16. ad finem, C. de sacros. eccles. & Cagn. hic nu. 244. Cepol. de simulat. contrac. nu. 29. in 2. exposit. quod inuoluit Cremen. hic col. fi. q. penul. & Corsetus in suo tracta. de minim.

10 Si ex testibus vnus diceret rem valere centum, duo autē cētū & viginti, staretur testimonio duorum, argu. l. fi. C. de fideicō. ibi, *ut per ampliores*, ita Sal. col. antep. versi. sed tunc. Crem. nu.
b 341. Quod si vnus diceret rē valere centū alter 100. & 10. alter 100. & 20. stabitur mediæ summæ; quia in ea concordant duo, sc̄d̄m Salic. col. pen. & cum eo Crem. ad fin. colligitur ex Butrio cons. 52. ex Alex. cons. 64. lib. 2. Afflic. decis. 240. nume. 5.

b Contra hāc resolutionem uidentur obstare tradita a Dec. in reg. in eo qđ plus in 7. limitatione. nu. 17. ff. de reg. iur.

11 Addunt DD. quod testes ad probandum valorem debent assignare rationem testimonij, etiam si non interrogētur Bal. in l. solam, C. de testi. Bald. in l. fi. C. de iure dom. impe. Pau. Alexan. in d. l. precia. Lanfrancus in cap. quoniam contra, verbo, testium, nu. 156. Ias. in §. si quis agens, nume. 12. Instiu. de actio. Cremen. hic nu. 315. Bertran. cons. 256. nu. 7. & consil. 164. li. 3. q hoc intelligūt in æstimatione rei notabilis, secus in aliis leuibus, ꝓut in frumēto & victualibus quorū valor ēt a grossis cognoscit̄. Bal. ī d. l. solā, & Feli. in c. cū cām 2. de test. Sic ēt plures ex his intelligunt hunc regulā nō procedere in testibus sapientibus, creme. hic, n. 316. Mihi aūt periculosa vidētur multa quæ DD. tradūt in proposito exigētes vt testis nō interrogatus de ratione, eam in multis debeat assignare, vt per Bal. in d. l. solam, late Feli. in c. cum causam, 1. de testib. Ias. in l. cum ij, §. vult igitur, ff. de transac. verius enim credo, quod in multis a DD. traditis valeat aliqualiter testimonium non assignata ratione, si testis de illa non interrogetur, prout in fama & notorio contra DD. in dictis locis & Florian. in l. ob carmē, ff. de testib. Panormi. & Dec. in capitu. consuluit, de appell. Dec. in c. veniens, 1. de testib. nec iura tantam cautelam in teste requirunt, sed in officiali inquirēte, d. ca. cū causam, nec cō tradicit d. l. solam, c. de testi. cui adde Zas. libr. 2. respon. cap. 6.

Quando

12 Quando in teste requiritur, ut causam uel rationem assignet, non sufficeret eum dicere, se ita pro certo credere: Bal. in l.siue possidetis, nu.6. C.de probat. Cagnol. in l.unica, nu. 133. C.de sente. quæ pro eo. Nec cōcluderet testimoniū, q̄ teſtis tantum daret pro re, de qua agitur. Bar. hic ad fin ē. Salic. q. 20. Boer. conſ. 30. nu. 6. Bertran. conſ. 256. nu. 7. lib. 3. Alex. in d.l. precia rerum, nu. 12. colligitur ex Panor. & Imol in c.cum causa, de emp. & uend. Ang. & Iaſ. in d. §. ſi quis agens, Inſti. de actio Feli. in d.c.cum causam, 2. de teſti. Quod receptius eſt, & uerius uidetur, licet contradicat Bal. hic col. pen. nu. 25. & in effectu Sali. & cremen. hic, de quo uide melius cagn. hic, nu. 240. Si tamen teſtis prius asseuerat commune precium, deinde ſubdat, quod ipſe tantum daret, ualebit teſtimonium. Soci. nep. conſ. 73. lib. 2. ubi nu. 4. uidetur firmare in hac materia nō eſſe neceſſarium, quod teſtis rationem aſsignet.

13 In hac materia ſi agens non probat perfecte læſionem circa precium, non erit locus iuramento in ſupplementum probationis, ſecundum Alex. conſ. 109. nu. 12. col. fi. lib. 4. Ripa. in l. admonendi, nu. 183. Cagnol. hic col. fi. nu. 270. quod ſuadetur ratione, quia ualor rerum magis ab alijs, quàm ab ipſo læſo ſciri præſumitur: nec deerunt plures teſtes, ſi læſus ueritatem affert. Addo etiam, de iure non eſſe ſatis expreſſum, quod agenti differatur iuramentum in ſupplementum probationis, nec id patitur regula & ratio l.qui accuſare, C.de eden. l.neque natales, C.de proba. Nec in actore contrarium probat l.admonendi, ff. de iureiur. attenta litera, in uerſi. ſed hæ conſtitutiones, cui annectitur, uerſi. ſolent, quod ſenſit Duarenus libr. 2. diſpu. c. 33. Sed hæc alibi plenius cū explicatione c.fi. de iureiu.

14 Circa uarietatem teſtium in hac materia ſentit Bal. hic col. fi. nu. 29. quod in dubio credetur teſtibus affirmantibus, & cremen. nu. 339. per glo. celebrem in l.diem proferre, §. ſi plures, ff. de arb. quæ id generice tradit, & Feli. in c.in noſtra, de teſti. & DD. in uarijs locis. Sed hæc traditio Bal. periculoſa eſt, nec in praxi ſeruanda adimeret enim defenſionem emptoribus in hac materia, puta ſi teſtes uenditoris aſſerunt rem ualere centum, teſtes emptoris nihil ei prodeſſent dicendo, quod ualebat octuaginta, & non plus. Ideo non eſt in his diſtinguendum inter affirmatiuam & negatiuam, ſed attendendum, quis meliorem rationem afferat ſecundum ſupra tradita, & per Alex. conſ. 64. lib. 2. Alcia. in l. 1. §. ſi ſtipulanti, nu. 40. ff. de uerb. obliga.

Nec

Nec erit magis credendum testibus de maiori precio, quàm de minori deponentibus ex supra dictis, quicquid contradicere videatur Alex.consil.185.nume.sexto.lib.septimo.& Rebuf.in l.vnica,nume.33.c.de senten.quæ pro eo.Nec obstat glo.d.l.diem proferre,§.si plures:intelligi enim debet in negatiua vaga,quæ non tam facile comprehendi potest à teste, vt c per Ripam in cap.cum ecclesia, nume.89.de causa pos.& pro pr.Cur.sen.consil.24.nume.tertio & consil.72.nume, octauo at in proposito ta facile est scire, an res valeat octuaginta an centum.Aduerto etiam,quòd attento sensu rei,non sono verborum,non minus tunc affirmante testes emptoris,quàm venditoris,vt alias docet gloss. in l.fin.§.fin.ff.de doli.excep.Bar. in l.inter stipulantem,ff.de verb.oblig.Et sic cessat differentia inter affirmatiuam, & negatiuam. quod olim in praxi obtinui.

c Adde Dec. in reg. in omnibus causis pro facto.nu. 9.ubi cũ Bar. i.actor.col. pe.uers.item ex dictis. C.de pba.ita hanc glo. intelligit.

15 In hac materia ad probandum valorem & læsionem tam per testes,quam per aliam speciem probationis, debet haberi respectus ad tempus conuentionis: idque deduci debet ab agente,vt articulus,& probatio concludat:quod probat tex. in l.si volũtate in fine infra hoc ti.tex.in d.c.cũ dilecti,ibi, *tũc ualentem*, de emp.& vend.Barto.hic ad finem.Bartol. in lege tertia §.diui,ff.de iur.fis.omnes hic & in dicta.l.precia rerum, Ange.& Ias.in d.§.si quis agens, Guido decis.157. Molin.de comer.nume.715.& numer.724.Quod aliqui declarant, nisi esset breue spacium,nec succederet causa mutans precium, ex Bal.hic col.fin.nume.28.Paul.nume.quarto idem ad finem. Cepol.de simul.contr.nume.trigesimo Salic.hic,col.pen.ver. sic.quæro an hæc:adde quæ tradit in his Math. Afflic. decis. 316.Lanfran.in cap.quoniam contra verbo, testium, nume. 160.Sigismun.Lofred.consil.23.Ego putarem omnino esse exprimendum ualorem iuxta tempus conuentionis vel actus, de cuius rescissioue agitur,per dicta iura quæ non admittunt restrictionem Doct.Maxime attento eo,quod eadem iura dicunt,& experientia indicat sępe mutari & variari precia rerum l.quarta ff.de eo quod cer.loc.d.l.precia rerum,cum alijs.Ideo que cessat arg. præsumptionis à pręsenti ad præteritum. Qua in re culpa erit agentis,si exactius non formauit articulos: vel meliorem probationem non attulit: sed ne veritas pereat, iterum interrogabuntur testes,vel idonea diligẽtia adhibebitur quoad refi?endam probationem ad tempus conuentionis,iuxta ca

ta ea q̄ sup.deduximus ad Bar.in l. si qđ ex Pāphila,ff.de leg.2.

16 Si tamen traditio rei uel executio negocij conferatur in futurum,nō attēderetur tēpus couētionis, sed executionis,ex Panor. in c.in ciuitate,nu.3.de vsur.cum notatis a Dec. consi. 111.sic in loco destinato traditioni, argu. l. contraxisse, ff.de actio.& oblig.& in proposito colligitur ex Alex. & Ias.in l.vi nū,ff.si cer.pet.vbi in specie no.Rubeus n.132.facit argu.a per sonis,scđm doctrinā papi.in l.cū pater,§.donatiōis ff.de leg.2.

17 Attendi debet commune precium,non ex affectione vel inter esse particulari:glo.hic & omnes per d.l.precia rerum,Couar. ru.d.lib.2.resolu.ca.3.facit tex. in l.si cui fundus, ff.de lega.2. Non tamen est de forma,vel necessarium,quod plures putant, vt articuletur & probetur valor ex loco publico fori vel mercati,licet inde facilius colligatur probatio,per tex.in cap.1.de emp.& vend.& ita intelligi debet Bar.in l.si seruus,nume.7.de condic.furt.Ias.in l.qui Romæ,§.cohęredes,nu.25.ff. de verb. oblig.Corse.in sing.fol.penu.uerbo uenditio,per l.septem die bus,C.de eroga.mil.anno.Afflic.decis.316. nu.7. Ioan.Plat.in l.1.C.de censit.quod colliges ex Cagn.hic nu.152.

18 Nec attendi debet precium quod daret quilibet emptor,sed tantum sciens rei qualitatem ,ex glos.celebri & ibi Barto.in l. 18.mortis causa capimus,§.fina.ff.de don.caus.mort.Barto.in d.l.si seruus,nume. septimo ff. de condic. fur. Alexand. in d l. precia rerum,nume.tertio Ias.in l.prima §.si hæres.num.nono ff.ad Trebellia.Felin.in cap. cum causam , de testib. Rauenas in alphabe. uerbo, res:Burgens. in cap. primo nume. tertio de em.& uen.adde gl.in l.unica, uerbo,subtilitatem,C.de sente. quæ pro eo.ex hac communi traditione inferebat Moli. in cō sue.Paris.§.13.glo.5.nu.56.char.176. a quo tamen caue,quate nus sentire uidetur,cessare remediū huius l.si aliquis sciens uere rei qualitatem & ualorem,uellet plus dare , uel aliquis carius emeret,cum alter sciens uerum precium , plus sciēter offerret: ꝙ repugnat decisioni huius l.indistinctæ loquentis , solumque respicientis commune preciū,cōducūt not.a Ias. in d.l.qui Romæ,§.cohæredes. Nec attēditur leuitas alicui us plus iusto dan tis,secundū cepo.de simul.cōtrac.nu.24.Deniq; cōmunis ęsti matio in ꝓposito tantū attēdi debet,ut per Alcia. in l.ꝓpemo dum,88.ff.de uer.sign. Precium aliquando augetur,aliquando minuitur ex qualitatibus & conditionibus rei, ut in l. quod sæ pe,§.si.ff.de contrah.emp.& ibi glos.& DD. tex.& Bald.in l.si

uenditor,

venditor, §. fi. ff. de seru. expor. Inde est, quod res litigiosa multo minus æstimatur: vt ex Bar. & multis tradit Feli. in d. cap. cum causam, secundum ad finem, de testib. sic in re habente onus aliquod, vt per Cremen. & cagn. hic, per Alex. in d. l. precia rerũ, Bar. & alij in d. l. 1. §. si hęres ff. ad Trebell vbi Ias. et Ripa, nume. 26. tradunt in specie, minus ęstimari rem distractam cum pacto reuendendi ex Panor. in c. ad nostram de emp. et vend. et ibi notat Burg. uidendus, et Dec. consi. 166. Dec. consi. 308. nu. 3. et consi. 543. nume. quinto et Grat. consi. 57. lib. 2. Chas. in consue. Burg. rub. 5. §. 1. nu. 21. quam plures relati à Tiraq. de retrac. conuen. in pręfa. nume. 20. cum multis sequen. notabiliter Couarru lib. 3. reso. c. 10. col. 1 et sequen. Ex quo resoluunt omnes, quod ubi res alienatur cum illo pacto debet plenius probari læsio ex parte uenditoris longe supra dimidiũ iusti precij detracta parte precii ob id pactũ. Quod mihi verum non videtur, licet in praxi varie id iudicatũ viderim: in ea enim sententia sum, vt ex eo pacto non alteretur communis rei valor quoad materiam huius l. vel quoad similem, vt circa præsumendam vsuram ad cap. illo vos, cum ibi notatis, de pigno. et gloss in cap. conquestus, de vsur. quod recte intuentibus satis deducitur apud lusitanos ex ordinatione lib. quarto. titulo 27. §. secundo vbi valor rei distractæ cum hoc pacto non variatur, sed simpliciter rei precium attenditur. Imo ex parte venditoris dicendum est, ex eo pacto magis præsumendam fore læsionem: solent enim, qui ita vendunt, ob spem recuperandi, vilius rem vendere.

20 Inde inferebat Bar. receptus in d. l. 1. §. si hæres, ff. ad Trebellian. vt rei valor minuatur, quando venditor est implicitus ære alieno: quia dat̃ iustus timor ad deterrẽdos emptores, sequuntur Alex. Ias. Rip. commendat Cepol. de simul. contr. nu. 30. Cremen. hic, nu. 253. Iacobin. in l. si fideicommissum §. tractatũ, nu. 4. ff. de iudic. extollit cuman. (non citans Bar.) in d. l. mortis, §. fi. ff. de dona. cau. mor. dicens ita posse excusari emptorẽ à remedio huius l. ꝙ tamẽ magis coloratũ q̃ tutũ mihi videtur, nec ex ea qualitate venditoris notabilis aliqua precij quãtitas decresceret. Ante emptionẽ enim agnoscẽdũ ẽ ꝙ difficilius qs emet rẽ hominis ita impliciti ęre alieno: sed post emptionẽ locus fit decisiõi huius l. quæ facile restringi nõ debet.

21 Addebant aliqui carius emptũ, dici, quod precibus emitur: ideoq; ex parte emptoris ob ꝑces cẽseri maius ꝑciũ datũ, secũ

 dum


dum Alber.in l.fundi partem,ff. de contrah. emp.Tiraq.in præfa.retrac.conuen.nu.23.quod reiiciẽdum est omnino:quia potius in fauorem rogati interpretatio fieri debet secundum doctrinam l.si gratuitam,§.si margaritas, ff.de præscr.uerb.l.1.§.sæpe,ff.depos.l.si vt certo,§.interdum,ff.commoda.l.si mulier.contra,§.1.ff.ad uelleia.l.rogasti, cum ibi notatis.ff.si cer. pet.

22 Minuetur precium rei sitæ in loco periculis obnoxio l.8.ad finem princi.ibi,*quæ fortuitis casibus subiectæ sint* &, in l.verũ, §.penul.ibi,*ruinosa* & ibi,*multis casibus obnoxia*,ff.de mino.facit l.non solum,16.ff.de peti.hære. Ex qua arguebat Ang. ibi, quòd immobilia minoris sita in loco periculoso,prout molendina iuxta flumen obnoxia innundationi, possint sine decreto distrahi:& ita Fulgos.ibi & plures quos retuli, & merito improbaui in comentar.l.1.in.3.par.nume. 28.cha.90.C.de bon.mater.ubi ostendo talia bona non ideo minus immobilia censeri:& in eis omnino seruanda esse iuris solemnia requisita in immobilibus ad quod etiam retorquetur d. l.non solum. Nam & eo casu iudicis authoritas requiritur l.Diuus, 5.§.1.in fine, ff.eodem,ibi, *res tempore perituras permitiore debet prætor distrahere.*

23 Ex eadem inspectione oneris & qualitatis rem afficientis, e conuerso inquit Baldus in l.fina. col. prima nume. 5. C.communia de lega. quòd qualitas meliorat subiectum Alexander in rub. ff. de nou.operis nunc. nume. 29. Corn. consil. 48. nume. sexto lib. 3.Sed ex præcedentibus infertur ad quæst. quando emptio est cum pacto, ut emptor statim rem locet ad uitam, uel in emphitheusim concedat uenditori: nam ex eo pacto tradunt aliqui DD. minui precium rei quoad emptorem: ne tunc venditor tam facile obtinebat ex remedio huius, quasi emptor non omnino rem consequatur, nec venditor eam tunc prorsus demittat, argu.l. qui fundum, & l.fundi partem, ff.de contrah. emp.l.si sterilis, §.si tibi, ff.de actio.empti. & cap. cum Ioannes, §.primo & ibi notat Panor. de fid. instrumento. ibi, *cuius conditionis intuitu pro minori precio uendidisti*. Id enim pactum in partem precii cedit, secundum Doctores relatos à Cagn.in l.2. n.167.C.de pac.inter emp.latius Tiraq. in præfa de rer.conuen.ex nu.20.& nu.25. vbi speciatim applicat ad materiam huius l.Quod intelligerem,vbi locatur res uel in emphiteusim datur leuiori pensione,quam soleant alii domini: ut

sic

sic resultet æqualis compensatio, alias contrarium erit tutius, ex traditis ab insigni Azpilcueta in suo Manuali, ut retuli supra in fine 1. cap. huius par. & colligitur ex Cepol. de simula. contract. nume. 31.

24 In æstimatione etiam & circa læsionem probandam attendi tur doctrina I.C. in l. cum qui, §. melior, ff. de in diem addic. quē tex. dicit in ea re meliorem de iure Alexā. in d. l. precia rerum col. 2. Ripa in l. 1. §. si heres, nu. 28. ff. ad Trebel. Inquit tex. meliorē cōditionē in vēditione censeri, si persona ementis idonei or sit, vel solutio celerior, vel emptor à venditore nullam satisdationem exigat: tradit multa Tiraq. de retr. lign. §. 1. glo. 18. nu. 34. Sed tex. in d. §. loquitur, cōferēdo emptiones duorū: nec .n. præsens solutio vel idonea persona emptoris vitare potest remedium huius l. venditori læso: econtrariò autem si solutio præsentanea non esset augeretur læsio venditoris, ex notatis in c. fi. de usur. Dec. cons. 11. Bar. in l. in lege falcidia non habetur ff. ad l. falc. cū late traditis à Tiraq. de retr. lign. §. 1. gl. 18. nu. 34.

25 Sic ex eodem §. carius emere dicetur emptor, qui remittit ordinariam satisdationem & consuetam: quod nota, ne procuratoribus id liceat, secundum notatā in l. contra iuris, §. filiusfam. ff. de pact. Nec omittendum est, quòd I.C. ibi considerat interesse temporis, ex quo iuuatur opinio, quam contra cōmunem sustinet Dec. in c. bone, col. fi. de appel. ad l. pater qui, §. fi. ff. de castr. pecul. de qua etiam Ias. in l. cum procurator. §. dominus col. 3. ff. de no. ope. nun. Ias. i l. si creditori col. 3. ff. de leg. 1.

26 Longe aliter æstimatur possessio, quàm res ipsa, l. si mulier, §. qui possessionem, ff. quòd met. cau. tex. & glo. in l. si duo, §. fi. ff. vti. possid. Qua in re circa dignoscenda tribunalia, ad quæ appellari debeat, est noua constitutio apud lusitanos lib. 3. tit. 77. §. 10. ut causa possessionis æstimetur minus dimidia parte ualoris totius rei: facit l. unica, C. si de momen. pos. & illa difficilis theorica I.C. in §. nihil commune, ff. de acq. pos. & causam possessoriam paruam censet Bartolus in l. admonendi, nu. 55. ff. de iureiurando

27 Sic ad eandem differentiam rei & possessionis tradunt aliqui possessionem vnico teste probari. Matesil. notab. 2. & Dec. cōs. 56. nu. 1. colligitur ex Ias. in repe. l. admonendi, nu 273. Sed contrarium verius est, & ita iudicauit senatus Neapol. vt tradit Math. Afflic. decis. 364. Plures enī effectus resultāt ex possessio ne: cuius etiam commodum magnum dicitur in §. commodum

Insti de interd.cum traditis à Ripa in c.sæpe, col. 1. de resti. spol.Bal.& Affli.in c.1.de cōte.inter dominū & vassal.& in possessorio id colligi potest ex doctrina l.fi.C. si per vim vel alio mo.Quoad alia vero variāt DD.circa cām possessoriā an leuis dicatur,vt tra lit Aimo.cons.258.nu.3.

28 Res immobilis æstimatur ex fructibus & redditibus,gl.hic per l.si quos infra eod.ibi,*rei qualitas & fructuum quantitas*: l.si fundū,94.ff.de leg.1.ibi,*excusso precio secundum redditum*, & ibi glo.& Doct.tex.cum glos.in l.si fundus, ibi, *pro modo fructuum*,ff.de reb.eo.Sic alibi tradūt DD.q turris vel castelū nōęstimatē ex sumptib.& valore ędificij,sed ex redditu. secūdum Io.Plat.in l.2 C de pręd. & omn.reb. nau. Ad qđ solet notari tex.in l.qui bonis,ff.de cess.bon.ibi,*ex quantiate*,intelligendo ibi quātitatem pro reddito & vtilitate: ex Bar.ibi. et illum tex. d ad hoc,& ad alia commēdāt.DD.vt p Ias.in §.sed& si qs,n.11. Institu.de actio Alexan.in l.maritum,col.fi.& notanter in l si maritus.ff.sol.mat.Ias.inl.si constante,nu.150.ff.eo.Boe.dec. 19.nu.6.Vnde prædium non ex magnitudine, sed ex bonitate æstimatur, vt ex Bar.& Bal.tradit Afflic.decis.58.num.6.

d Adde ultra hic citatos Salyc.in l.1 nu. 4. C. de fidei com.& Arct. in l.alimenta n.3.C. de ne go. gest.

29 In eadem re solent scriben.resoluere, quòd integrale precium rei immobilis æstimatur ex quantitate redditūum viginti annorum, per tex.& glo.in Autenti.de non alien.reb. ecclesi §.si uero.gloss. Salic. & alij in Auté.perpetua,C.de sacro. ecclesi. idque vt receptum tradit Ias. in d.l.si fundum per fideicommissum, nu.5.& Mauritiin l.1. pag. 295. C. de mulier.in quo loc.Paul.in Auten.si quas ruinas,nu.2.in fine,C.de sacros.eccles.Afflic.decis.284.in fine,sentit Alcia.in l.propemodum,ff.de verb.sign.notat Afflic.in constitu.prothomi.§. vt intra,nu.27.cagnol.hic,nu.233,Corn.cons.223.ad fi.lib. 1.& ita plures vt per Tiraq.de retr.lig.§.1. glo. 6.nu. 19.Sed contradicit Molin.quem vide,in lib de commer.q.5.nu.118. tradit vtiliter Couarru.videndus lib.3.resol.c.9. nu. 5. Et ita secundum receptam opin. iustum precium censebitur ea quantitas, ad quam ascendere poterunt pensiones vel redditus eiusdem rei per spacium viginti annorum, Ea tamen cōputatio fieri non potest,nisi secundum pręsens tempus:quia in futurum precia variantur,facit reg.l.non quemadmodū, ff.de iudi. Nisi sint cōtractus separati,vel tēpora separatim exprimantur,secundum tradita ab Aemil.Ferre.cons. 11.

30 Sic ad præcedentia aliquando incidit quæstio quoad ęstimationem

mationem fructuum vel redditium,& in praxi vidi obseruatū vt redditus computentur secundum quantitatem collectam tribus proximioribus annis,idque similiter obseruatum vidisse tradit Math.Afflic.lib.2.Feu.tit.per quos fiat inuesti.§. sed & res,nu.40.facit tex.celebris,& quę per eū dicuntur,in l. quicunque C.de apoch.publ.

31 Congruit pręcedentibus quęstio ita contrahentium, vt alter accepta certa quantitate,alere debeat alterum: videretur enim in ea specie cessare remedium huius l.ob nimiam vitę incertitudinem arg.l.de fideicommisso,& ibi Alex.C.de transf. Bonus tex.in l.sancimus.§.fi.ibi.*incertus fortunæ exitus*, C.de donat.et quę dici solent per l.si iactum retis.ff. de act. emp. et de incertitudine vitæ humanæ est tex notab.in l. senatus, ff.de dona cau.mor. Et per hæc ita concludunt aliqui relati ab Ale. in d.l.de fideicommisso.qui tamen se remittit ad cin.et alios alibi resoluentes, vt etiam hoc casu sit locus remedio huius l.facta computatione à precio , & ab ętate eius qui alendus est.Quod plenius tradit Paul.videndus in l.si pater puellę, C. de inoffi. test.& cum eo Ias.ibi in fine:facit tex.in l. cum ij, §. modus,ff.de transf.gloss.in l.is qui,15.ff.de fideicommi. liber. Qua in re incidit tractatio æstimandi dubij euentus de qua superius egimus in quarto cap.primę par.in quęst. transactionis.Tandenque hic articulus iudicandus videtur ex communi æstimatione, quatenus homines darēt communiter pro alimentis ad vitam, iuxta generalem doctrinam I. C. in d. l.precia rerum,& post relatos Oldr.et alios tradit Couarru.d.lib.2. cap.9.nu.7.

32 In his autem non abs re putabunt plures,spectari debere iuris præsumptionem circa humanæ vitę spatium . occurretque decisio l.hæreditatum,68.ff.ad l falci.de qua vltra Alex.ibi & Hispan. Xuar.in l. quoniam in prioribus, fol. 11. Ioan. Lup. in rubri.§.25.in princi.agit melius Molin.dict.lib.commer.q. 72.et Couarru.dicto capi.9. libr. secundo numer. octauo vbi I.C.ex ętate diuersas pręsumptiones inducit,vt secundum eas in re ambigua aliquid certum ad iudicia colligatur. Occurret etiam decisio tex.in l.si quis argentum,§. sin autem donator, C.de dona.ibi in donatione redditu um ad vitam secundum glo.& DD sumitur spacium quindecim annorum,et ita generaliter iudicauit consi.Neapol.vt per Afflic. decis. 34. Sed is tex.specialiter intelligitur à Bal.Alb.Fulgos. Sali. in fauorem

donantis: & ita DD. alibi, vt refert Couarru. d. c. 9. nu. 5. & prius Tiraq. de retr. ligna. §. 1. glo. 6. ad finem, nu. 10. Quam uis autem tex. in d. §. si autem, loqueretur in omni debitore, nihil faciebat contra receptam opinionem glo. & Doctor. de qua supra nu. 29. de æstimatione ad respectum uiginti annorum: nec in iis ulla resultabat repugnantia, quicquid incaute scripserit Chass. in consue. Burg. rub. xi. §. 4. ad finem, char. 258. col. tertia. Tex. enim in d. §. loquitur de solutione redditUum ad uitam, glo. autem & Doctor. loquuntur de æstimanda re ex redditibus uel fructibus.

33 Ex proxime dictis colliges aperte infirmum & parum probabile esse, quod apud scriben. sæpissime dici solet, iuris præsumptione cuiuslibet hominis uitam censeri usque ad centum annos: ad quod vulgo citatur l. fin. C. de sacrosan. eccles. & inde ad multa arguunt, inferuntque Doctores, ut per Cepol. caut. 118. Francus in cap. fina. in fine, de iudic. in sexto. Sed ius non utitur tali præsumptione, ut inde aliquid certum statuat: nec d. l. fina. contrarium probat, quia tantum inquit posse hominem usq; ad c. annos uiuere, non quòd ita iure præsumatur, ut bene aduertit Areti. in l. sed & si de sua col. quarta. ff. de acquiren. hæred. & cum eo Ial. in d. l. fina. ad fin. Dec. in cap. cum dilecta. col. quarta, de confir. util. Dec. in l. fina. num. 18. C. de edic. diu. Adr. tol. Soci. in l. si inter, col. fina. ff. de reb. dub. Gozadi. consi. 68. num. 6. Alcia. reg. 1. præsump. 44. Marmerius in §. nihil commune, col. quinta. in fine. Neuizan. in sua silua. Corras. lib. quinto. miscel. cap. decimooctauo. Vnde aptius & uerius allegabitur negatiue d. l. fina. ut nemo præsumatur uiuere ultra centum annos: quod probat text. in l. proponebatur. ff. de iudi. & notat Corn. consi. 241. lib. tertio. quem sequitur Capitius decis. quarta. nume. decimooctauo. Corras. d. loco. Molin. in consue. paris. §. j glo. 2. nume. 3. & cotta in memorab. uerbo, filiusfa.

34 Ex supradictis maxime ex d. l. eum qui. §. melior. ff. de in diem addic. liquet, de iure meliorem censeri conditionē quoad uenditorem, quando solutio precii statim sibi fit: & quodā modo ex dilatione solutionis precium minui. §. plus, instit. de actio. ut supra nu. 24. & 25. & bonus tex. in l. circa legem 66. ff. ad l. falci. cum aliis congestis a Tiraq. de retrac. lign. §. i. glo. 18. nu. 34. quod an aliquando excuset mercatores carius uendentes credita, q̄ recepta pecunia, tradit Dec. cōs. 111. & refert Couarru.

couarru.d.lib.2.resolu.cap.3.n.6.tradit D.Soto lib.6. de iusti. & iur.q.4.arti.1.& 2,& vide Cepol.consi.ciuil.10. facit textus in cap.nauiganti,& cap.in ciuitate,de vsur.

35 circa hæc propria l.nostræ retinendum est ad d.l.precia rerum,vltra omnes,iustum precium rei censeri, quod à principe vel à Repub.statuitur,secundum Cepol.de simula.contr. ut tradit Cagnol.hic ad finem nu.269.Cremen.num.173.Molin.de commerc.q.58.Couarru.lib.3.resol.cap.9. nu.6.ad finem.Ex quo infert Molin.ad precium,quo rex vendit redditus: vel pecuniam mutuam accipit:quod in Lusitania & Hispania conducet ijs, qui à principibus redditus emerunt in perpetuum, uel ad uitam,quod vulgo *iuros* & *tencas* appellatur: facit quod notat Bal.in l.fin.C.de magistr.conuen. & l.1.C. de prædi. decur. Facit quod dicunt sæpe scriben.de contractu principis,vt pro lege habeatur Ias.post Bar.Pau & alios in l.ciuitas, ff.si cer.petat.per l.cæsar,ff.de pub.& vect.& l.pen.C.de dona.inter vir.& vxo.Afflic.decis.299.nu.14.Bar.Pau.in l.1.ff.de consti.princi. Decius cons.689.ad finem, Aret.cons.153.nu.1.Curt.Iun.cõs. 174.nu.19.de intellectu tamen illarum legum alibi agimus:nõ enim à DD.sat bene expenduntur.

36 Estimatio totius rei integraliter, non per partes fieri debet, quando de tota re agitur:nam per partes minuitur valor rei,vt probat text.cum gloss.in l.1.C.commu.diui.tex.in l. Melius,§.fin.ff.fami.ercis.Bar.in l.vxorem,§.plagam, in fine,ff.de lega.2. Felin. in c.cum causam,2.de testi.& alii supra citati.

37 Minus æstimabitur actio quàm res,ex l.minus,ff.de reg.iur. & l.sexta.ff.de mino.quod deduces ex traditis in quæstio.transactionis: & ita Soci.consi 100. libro primo & Cagn.in l.qui actionem, nume.undecimo ff. de regulis iuris & hic nu.200.

38 Seruus ex patria aliquando minus, aliquando plus æstimatur l. quòd si nolit, §. qui mancipia, ff. de ædil, edic. glo.in l.fina.c.de munici.& orig. Seruus ex fuga minus æstimatur l.si pecuniam.uerlicu. penul.ibi,*vilior factus*,ff.de condic.ob cau.

39 Serua prægnans secundum aliquos plus æstimatur, ut per Alexand.in l.falcidia placuit. ff.ad leg. falci. per text. & gloss. in l.si quod ex Pamphila, 75.ff.de leg. secundo. vbi paul. & alij ita sentiunt. Sed iudicio meo textus ille non uidetur id satis probare, & forsan ob maximum periculum fœminarum in partu, non deberet plus æstimari ancil-

la



la prægnans, secundum doctrinam de qua supra circa res periculis obnoxias. Tex. vero in d.l. loquitur de partu æstimando postquam nascitur, vt effectum habeat voluntas testatoris relinquentis id, quod ex ancilla nascetur, in quo inest conditio, iuxta leg. primã ad finem, ff. de cond. & dem. l. interdum, 73. ff. de verborum obliga.

40 Subdit glos. hic, quòd in æstimatione inter alia habebitur etiam consideratio locorum vicinorum, prout in ijs fieri solet, sed principaliter attenditur locus, in quo fit venditio, vt probat textus in l. fin. §. si c. de admin. tuto. de alijs enim locis non est tuta probatio, vt per Cagnol. hic numero 233. versic. videtur. De æstimanda gemma vel simili re, quæ a vulgo emi non solet, vide curtium Brugen. libr. secundo ad Viuid. colleg. capi. vndecimo & idem intelliges de scriptis seu commentarijs alicuius docti viri. argume. §. si quis in aliena tabula, vbi notat Balduin. quem vide, Institu. de rer. diuis. De æstimanda prebenda agit Boer, decis. 19. nu. 4.

41 Dixi supra nume. vndecimo non videri verum, quod communiter tradunt DD. vt testes circa probandum valorem & læsionem etiam non interrogati asignare debeant rationem testimonij: quod etiam probat Dec. in l. quatenus, nume. quinto & sexto ff. de reg. iur. Nec aduertebant tot DD. tunc non esse quid imputetur testi, sed litiganti incaute articulanti, vel officiali negligenter interroganti: testis enim potius videretur suspectus dicens vltra interrogata, argu. l. quæ omnia, § primo ff. de procur. Sed tunc vtiliter applicabitur doctrina, quam ex Bald. retuli. num. septimo quam extollit Cagnol. hic colum. penult. num. 265. in fine, ut etiam post publicatas probationes interroget iudex testes ipsos de ratione eorum, quæ dixerunt. Subdit Dec. in d.l. quatenus, ad finem, ut opinio Bald. contra glos. Barto. & communem, de qua supra nume. duodecimo de teste dicente, quod ipse tantum daret, saluetur, quando articulus continebat, rem tantum ualere communiter: quasi tunc dictum testis uel eius ratio referatur ad formam articuli, & secũdum illum intelligatur: ad quod adducit doctrinam Barto. l. Labeo, ff. de suppel. lega. Sed melius citasset Alexand. consil. 88. nume 26. libr. quinto ubi alios refert: & Bald. in l. sed & si possessori, §. item si iurauero, ff. iureiuran. Barto. enim in d.l. nume. octauo aliud dicit, nempe quod ratio testis intelligitur secundum eius dictum precedens, quod extollit Areti. in l. si

quis

quis posthumos,§.si filium, colum.fin. ff. de liber.& posth.Nec uidetur etiam in ijs terminis idoneum testimonium,quo testis deponeret de eo q ipse dabit.Itē cōtra Dec.facit:nā testis minus deponendo , quàm in articulis continetur , magis uidetur contradicere,ex uulgari reg.capitu.non ne,de pręsump.

42 Credo etiam contra plures ubi supra, & Dec.in d.l. quatenus,ut sufficiat testes dicere,quod res tantum ualebat,ut intelligatur de precio communi:aliud enim non est iustum preciū rei,iuxta d.l. precia rerū : quod si quis replicet,posse rem tantū ualere alicui ob particularem causam,respondebitur, quod id nō dicitur ualor rei , sed necessitas uel particularis affectio,per d.l.nec dictum testis referri potest ad particularem causam de qua nulla est mentio in articulis.Tutius tamen & apertius erit, articulare & probare communem æstimationem. Qua in re ualet testimonium,licet testis deponat secundum arbitrium suum: quando res non admittit omnimodam certitudinem : ex Bar. in l fin.c.de prædi.nauic.Imol.& Alexand.nume.nono ad fin. in d.l.precia rerum,colligitur ex traditis a Felin.in captu.quoties,nume.undecimo & præceden.de testi. ubi omnino uidendum est:declarat etiam hoc corse.in sing uerbo, testis 1.foli. 197.& Lofredus consil. 23.nume.octauo & ita intellige supra tradita nume.duodecimo.

43 Vltimo ad complementum materiæ spectantis ad praxim huius l.notabilis articulus restat nullibi explicatus,quid iudicandum,si ex adductis ex parte conuenti, uel alio modo aliqualiter eneruetur probatio agentis,ne omnino concludat & secūdum iuris regulas uideretur cōuentus absoluendus, l.qui accusare,c. de e de.Pro eo etiā uidetur regula l. Arrianus,ff.de actio. & obli.Magis ēt in specie uideretur urgere quod sensit glos.& ibi notant Bald.& Cuman.in l.si fundus,in fine princi.ff. de reb. cor.quod in dubio res præsumitur iusto precio uendita , & ita Iacobin.a sancto Georg.in l unica , nume.59.c.ne lic. poten. ex Bald.& Salic.in l.per diuersas , C.manda.quos etiam refert Panth.cremen.hic nume.143 & Fabian.de emp.&uend.quęst. octaua ad finem nume.23 ex quibus secure asserit cremen.hic nume.2 3.in hac materia in dubio absoluendum fore conuentum:nec læsum obtinere,nisi efficaciter probet læsionem ultra dimidium iusti precij,quod etiam tradit Boerius consili.30.n. octauo idque in praxi magis recipitur.

Ego tamen æquius existimo,ut si actor bene probauit hanc læ sionem

sionem, obtinere debeat, licet ex probatione conuenti obscuretur eius probatio: quia tunc non est causa in ambiguo, cum probatio actoris per se plena & efficax sit: iuxta l.ob carmen, §. fina. ff. de testib. Sic etiam ex eadem probatione actoris, licet aliquid in ea desideretur, cessat obiectio proximie adducta, quòd res præsumatur iusto precio distracta. Item pro agente tunc vrget æquitas seu humanitas, in qua fundatur hæc lex: quæ æquitas aliquando præualet pro actore contra reum, vt tradit Dec. in l. fin. ad fin. c. de edic. diu. Adr. tol. Idque magis probandum videtur, quando probatio agentis nõ leuiter vrget: eo quòd tunc nulla iniuria conuento infertur cui a iure datur electio retinendi rem supplendo precium, vel restituendi eam tertertis fructibus, secundum veriorem & receptiorem sententiam de qua latissime egimus supra in quarto capit. secundę par. His verò non adductis ita iudicari in senatu par. tradit Molin. de commer. quæstio. 14. nume. 173. quod etiam colligi potest ex Bald. satis in simili in Auten. omnes, in fine, C. commu. de succes.

44 Iuuatur hæc resolutio ex notabili doctrina recepta (quæ in hac materia sæpissime conducet,) effectum probationis pro maiori parte arbitrarium esse: vt scilicet ex ratione & alijs adminiculis possit iudex circunspecte recedere ab eo, quod testes (fortasse corrupti vel decepti) asserunt, quod colligunt scriben. ex l. tertia post princi ff. de testi. ibi, *tu magis scire potes*. Ex quo tex solent DD. sępe dicere, probationem esse arbitrariã, & ita Paul. in l. Lutius ff. de ijs qui not. infa. Pal. in l. admonendi, nu. trigesimonone ff. de iureiuran. Alexander consil. 105. nume. quarto libr. quinto Deci. consil. 463. nume. 23 & in alijs multis, & Tom. decis. 34. nume. 47. Curti. Iun. consil. 178. nume. 1. Ex quo vltra DD. in ijs locis recte intelligetur tex. in quo glo. vacillat, in l. prima versicu. nam si quidem, ff. ad senat. Turpil. vbi Marcellus cũ Papiniano inquit, *facti quæstionem in arbitrio iudicantis esse*. Id enim ad probationem referendum videtur secundum præcedentia, in quibus distinguit I.C. circa modum sententiæ, quia pronũciatur, accusantẽ nõ probare, vel calumniatum fuisse.

45 Ne tamen fraudibus occasio detur, & ne ob tale arbitriũ iudices omittere possint veram probationem, contra reg. l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. præs. & l. qui sententiam. C. de pœn. cauendum est ea generali traditione multorum, & intelligendum

dū notabiliter cum Bart.in d.l. Luc. in fine,ff.de ijs qui not. infam.vt iudex exprimere debeat.cur recedit a probationibus,et ita Ripa id extollens in d.l.admonendi,nu.67. Alexand.in l.si is ad ad quem,nume.vndecimo ff.de acqui.hæred. Felin.in ca. licet causam,4.not.in fine, de proba.Exprimi enim debet, cur a regulis & consuetis recedatur:ut colligitur ex Barto. in l.secūda num.1.ff.si quis ius voc Ias.in l.properandum,§.siue autem alterutra,nume.10.c.de iudi.Felin.in cap.primo nume.7. colum.tertia de re iudi.& in cap.super literis,nume.17. de rescrip.quod obiter diximus in præced.cap.Sic etiam doctrina illa,quod probatio cēseatur arbitraria iudici, declaratur notabiliter ab Alexand.d. consi.105. lib. quinto vt sine probatione corruat sententia quando iudex eam impediuit, & ita Math. Afflic.decis.28.

HIC tandem his commentarijs finem imponimus,in quibus veriores sententias, & Reipub. vtiliores semper secuti sumus. Lectores autem admonitos velim, me non passim, nec in leuibus de numero athorum sollicitum esse, sed tantum in ijs,quæ controuersa sunt. Quapropter nimium dilicati erunt,qui in ambiguis allegationum copiam, vt superuacanea plaustra damnauerint:præsertim cum ex receptis sententijs,& ex patrijs vbique cōstitutionibus,authorum numerus sæpissime præualeat:agnoscentque periti in ijs,& alijs nostris lucubrationibus,nos semper longe plus veritati, quàm numero tribuere.diligentiamque a iudicio & examine superari.Omnia vero quæ ad præsentem tractatum spectare videbantur,diligēter pensauimus, & perspicue tradere studuimus. Quid autem præstiterimus,periti candidi iudicent:quibus omnia nostra libenter submittimus,securi quid calumniarores oblatrent: nec solliciti de eorum iudicio qui aliorum ædes se obscuraturos iactitant: impia allusione significantes, eruditionis nomen, vel claritatem(si qua inde paratur)se alijs posse,velleque extinguere.Quod si labori nostro fortunę aura defuerit, apud posteros saltim sublata iam inuidia,extincto ambitu, cessantibus fucis(quibus plurimi sine virtute virtutis præmia sæpe consequuntur)incorrupta, præiudicataque eruditionis opinio vnicuique pro meritis manebit.

Deo laus & gloria.

ARIVS PINELVS.



REGISTRVM.

a b A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb

Omnes ſunt Quaterniones, præter a, qui eſt Duernio.




VIRTVTI SIC CEDIT INVIDIA

